SAN PEDRO DAMIÁN

Sermones

TOMO I · III

SABBATISMUS

San Pedro Damián (1007–1072)
Sermones · Sermones

Texto latino: dominio público.
Traducción, alineación y edición © 2026 Inversiones San Juan Diego (Sabbatismus). Licencia Creative Commons Atribución-CompartirIgual 4.0 Internacional (CC BY-SA 4.0).

Edición bilingüe frente a frente: latín en las páginas pares, español en las impares.
Sabbatismus es la editorial de la fundación Inversiones San Juan Diego, San Pedro Sula, Honduras.
Compuesto en EB Garamond y Cinzel.
sabbatismus.com

ÍNDICE

SERMONES DEL BIENAVENTURADO PEDRO DAMIÁN, CARDENAL DE LA SANTA IGLESIA ROMANA, OBISPO DE OSTIA, DE LA ORDEN DE SAN BENITO, CONSERVADOS POR EL ORDEN DE LOS MESES (C,G)* 5
Sermón Primero. 5
SERMÓN II. 21
SERMÓN III. 29
Sermón V. 51
Sermón VI. 67
IX. HOMILÍA EN HONOR Y ALABANZA DE SAN BENITO ABAD Y CONFESOR. (21 DE MARZO). 91
Sermón X. 101
* SERMÓN XI. DE LA ANUNCIACIÓN DE LA BIENAVENTURADA VIRGEN MARÍA. (25 DE MARZO) 109
Sermón XII 123
Sermón XIII. 133
Sermón XIV. 143
Sermón XV. 163
Sermón XVI. 165
Sermón XVII. 171
Sermón XVII 187
Sermón XVIII. 207
Sermón XIX. 227
Sermón XX. 235
Sermón XXI. 245
Sermón XXII. 251
Sermón XXIII. 259
* SERMÓN XXIV. II. EN LA NATIVIDAD DE S. JUAN BAUTISTA. (24 DE JUNIO.) 283
Sermón XXV. 291
Sermón XXVI. 303
Sermón XXVII. 309
JULIO. 317
Sermón XXVIII. 317
Sermón XXIX. 335
Sermón XXX. 347
Sermón XXXI. 357
Sermón XXXII. 365
Sermón XXXIII. 381
Sermón XXXIV. 393
La cabeza de Cristo es Dios, como dice el Apóstol (1 Cor. 11). 399
Sermón XXXV. 403
Sermón XXXVI. 407
AGOSTO. 419
Sermón XXXVII. 419

B. PETRI DAMIANI SANCTAE ROMANAE ECCLESIAE CARDINALIS, EPISCOPI OSTIENSIS, ORDINIS S. BENEDICTI, SERMONES ORDINE MENSIUM SERVATO (C,G)*

1-2 JANUARIUS.

VI. Sermo in Epiphania Domini.
XIV. Sermo de translatione S. Hilarii episcopi Pictaviensis et confessoris.
XXII. Sermo de S. Anastasio monacho et martyre.

Sermo Primus.

IN EPIPHANIA DOMINI (VI JAN.).

«Cum natus esset Jesus in Bethlehem Judae in diebus Herodis regis, ecce magi ab oriente venerunt Hierosolymam, dicentes: Ubi est, qui natus est rex Judaeorum? Vidimus enim stellam ejus in oriente, et venimus cum muneribus adorare eum (Matth. II).» «Laudate Dominum, omnes gentes, et collaudate eum omnes populi (Psal. CXVI).» Nam cum omnipotens sermo nondum a regalibus sedibus descendisset «et nox in suo cursu medium iter ageret (Sap. XVIII),» populus gentium ambulabat in tenebris (Isai. IX), quia «dilexerunt magis tenebras quam lucem (Joan. III),» variosque secuti errores, «in circuitu impii ambulabant (Psal. I),» euntes unusquisque, «alius ad villam, alius ad negotiationem suam (Matth. XXII); et obscuratum est insipiens cor eorum (Rom. I),» quia incurvatus est unusquisque ad opus manuum suarum. Patres etiam illi antiqui omnes sub nube fuerunt (I Cor. X), eo quod aspiciebant in visu noctis, nec claritatem vultus Moysi poterant intueri (Exod. XXXIV; II Cor. III), quia velamen erat positum super cor eorum, et erat aqua tenebrosa in nubibus aeris (Psal. XVII), cum videlicet filii Sion inclyti conversi sunt in vasa testea, opus manuum figuli; dispersi sunt lapides sanctuarii in capite omnium platearum; argentum eorum versum est in scoriam, eo quod caupones eorum miscebant aquam vino; quando obscuratum est aurum, mutatus est color optimus (Thren. IV); nec erat de eis qui faceret bonum, nec etiam usque ad unum (Psal. XIII). Tunc ergo tenebrae factae sunt super universam terram (Matth. XXVII), quia Judaeus et gentilis in tenebris straverunt lectum suum, habitantes in tenebrosis et umbra mortis (Luc. I).

SERMONES DEL BIENAVENTURADO PEDRO DAMIÁN, CARDENAL DE LA SANTA IGLESIA ROMANA, OBISPO DE OSTIA, DE LA ORDEN DE SAN BENITO, CONSERVADOS POR EL ORDEN DE LOS MESES (C,G)*

1-2 DE ENERO.

VI. Sermón en la Epifanía del Señor.
XIV. Sermón sobre la traslación de S. Hilario, obispo de Poitiers y confesor.
XXII. Sermón sobre S. Anastasio, monje y mártir.

Sermón Primero.

EN LA EPIFANÍA DEL SEÑOR (6 DE ENERO).

«Cuando nació Jesús en Belén de Judá en los días del rey Herodes, he aquí que unos magos vinieron del oriente a Jerusalén, diciendo: ¿Dónde está el que ha nacido rey de los judíos? Porque hemos visto su estrella en el oriente, y hemos venido con dones a adorarle (Mat. II)». «Alabad al Señor, todas las gentes, y alabadle juntos todos los pueblos (Sal. CXVI)». Pues cuando la palabra omnipotente aún no había descendido de las sedes reales «y la noche estaba en la mitad de su curso (Sab. XVIII)», el pueblo de las naciones caminaba en tinieblas (Is. IX), porque «amaron más las tinieblas que la luz (Jn. III)», y siguiendo varios errores, «los impíos caminaban en circuito (Sal. I)», yendo cada uno, «uno a su villa, otro a su negocio (Mat. XXII); y su corazón insensato se oscureció (Rom. I)», porque cada uno se inclinó a la obra de sus propias manos. También todos aquellos antiguos padres estuvieron bajo la nube (I Cor. X), por cuanto miraban en una visión nocturna, ni podían contemplar la claridad del rostro de Moisés (Éx. XXXIV; II Cor. III), porque el velo estaba puesto sobre su corazón, y había agua tenebrosa en las nubes del aire (Sal. XVII), cuando a saber los ínclitos hijos de Sión fueron convertidos en vasos de barro, obra de manos de alfarero; fueron dispersadas las piedras del santuario en la cabecera de todas las plazas; su plata se convirtió en escoria, porque sus taberneros mezclaban agua con el vino; cuando se oscureció el oro, se cambió el color óptimo (Lam. IV); ni había entre ellos quien hiciera el bien, ni siquiera hasta uno (Sal. XIII). Entonces, pues, se hicieron tinieblas sobre toda la tierra (Mat. XXVII), porque el judío y el gentil extendieron su lecho en las tinieblas, habitando en las tinieblas y en la sombra de la muerte (Lc. I).

Quia igitur tunc nox praecessit, ecce dies appropinquavit (Rom. XIII), et lumen refulsit in habitaculo carceris nostri, ex eo quod exortum est in tenebris lumen rectis corde (Psal. CXI), cum visitavit nos oriens ex alto (Luc. I); et ortus est nobis lucifer matutinus, qui non novit occasum, quando lux illa vera, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, in tenebris luxit, et tenebrae eam non comprehenderunt (Joan. I).

Judaei itaque et gentiles in tenebris erant usque ad tempus plenitudinis. At ubi venit plenitudo temporis (Galat. IV), emisit Agnum Dominus dominatorem terrae de petra deserti ad montem filiae Sion (Isa. XVI), et lapidem, quem reprobaverunt aedificantes, hic factus est in caput anguli (Psal. CXVII). Et quia ad hoc venerat, ut oves dispersas congregaret in unum, licet non fuerit primo missus, nisi ad oves, quae perierant domus Israel (Matth. XV); quia tamen alias oves habebat, quae non erant ex hoc ovili, et illas oportebat eum adducere, ut fieret unum ovile et unus pastor (Joan. X), idcirco habitantibus in regione umbrae mortis tam Judaeis quam gentibus lux orta est eis utrisque (Isa. IX), propter quod et in nativitate claritas Dei circumfulsit pastores, quia angelus evangelizavit eis gaudium magnum (Luc. II); et hodierna die stellae claritas natum denuntiat Salvatorem (Matth. II). Judaeis itaque tanquam ratione utentibus loquitur vox angelorum, gentibus vero quasi brutis et jumentis in campis silvae loquitur lingua, sive stella coelorum. Lux nostra itaque demonstrat lucem, creatura suum indicat Creatorem, suum loquitur factura factorem, et nova stella denuntiat verum solem. «Laudate ergo Dominum, omnes gentes, et collaudate eum, omnes populi (Psal. CXVI). Laetamini, gentes, simul cum plebe ejus (Rom. XV).» Gaudeant gentiles, exsultent Judaei, quia ecce sol de stella enituit, et Factor Virginis factus est in Virgine factura sua. Homo enim, qui factus est in ea, ipse fundavit eam Altissimus (Psal. LXXXVI). Ortus est itaque sol de stella, sanitas ex aegritudine, ex morticinio vita, lux ex tenebris, dulcedo ex amaritudine, et spina rosa, pater ex filia, dominus ex ancilla, ex de exiguo rivulo «fons aquae salientis in vitam aeternam (Joan. IV).» Oritur ergo sol de stella, et demonstratur sol per stellam.

Erat stella in aere, stella in terra, sol in praesepio. Stella in aere, corpus illud lucidum; stella in terra virgo Maria; sol in praesepio, Christus noster. Stella in aere, de qua habuimus in Evangelio: «Vidimus enim stellam ejus in oriente, et venimus adorare eum (Matth. II).» Stella in terra, de qua Balaam praedixit in prophetia sua: «Orietur stella ex Jacob, et confringet omnes alienigenas (Num. XXIV).» Sol in praesepio de quo reprobi, secundum quod in libro Sapientiae legitur, dicturi sunt in futuro: «Eravimus a via veritatis, et sol justitiae non illuxit nobis (Sap. V).»

Puesto que, por tanto, entonces la noche pasó, he aquí que el día se ha acercado (Rom. XIII), y la luz resplandeció en el habitáculo de nuestra cárcel, por el hecho de que ha nacido en las tinieblas la luz para los rectos de corazón (Sal. CXI), cuando nos visitó el oriente desde lo alto (Lc. I); y nos ha nacido el lucero matutino, que no conoce ocaso, cuando aquella luz verdadera, que ilumina a todo hombre que viene a este mundo, lució en las tinieblas, y las tinieblas no la comprendieron (Jn. I).

Los judíos, por tanto, y los gentiles estuvieron en tinieblas hasta el tiempo de la plenitud. Pero cuando vino la plenitud del tiempo (Gál. IV), el Señor envió al Cordero dominador de la tierra desde la piedra del desierto al monte de la hija de Sión (Is. XVI), y la piedra que desecharon los edificadores, esta ha sido hecha cabeza de esquina (Sal. CXVII). Y porque a esto había venido, para congregar en uno a las ovejas dispersas, aunque no fuera enviado primero sino a las ovejas que habían perecido de la casa de Israel (Mat. XV); porque, sin embargo, tenía otras ovejas que no eran de este redil, y a aquellas le convenía traerlas para que se hiciera un solo redil y un solo pastor (Jn. X), por eso para los que habitaban en la región de la sombra de la muerte, tanto judíos como gentiles, la luz nació para ambos (Is. IX), por lo cual también en el nacimiento la claridad de Dios rodeó a los pastores, porque el ángel les evangelizó un gran gozo (Lc. II); y en el día de hoy la claridad de la estrella anuncia al Salvador nacido (Mat. II). Así pues, a los judíos, como a quienes usan la razón, les habla la voz de los ángeles; pero a los gentiles, como a brutos y animales en los campos de la selva, les habla la lengua, o mejor, la estrella de los cielos. Nuestra luz, por tanto, demuestra la luz, la criatura indica a su Creador, la obra habla de su hacedor, y una nueva estrella anuncia al verdadero sol. «Alabad, pues, al Señor, todas las gentes, y alabadle juntos todos los pueblos (Sal. CXVI). Alegraos, gentes, juntamente con su pueblo (Rom. XV)». Alégrense los gentiles, salten de gozo los judíos, porque he aquí que el sol brilló desde la estrella, y el Hacedor de la Virgen se hizo en la Virgen hechura suya. Porque al hombre que fue hecho en ella, el mismo Altísimo la fundó (Sal. LXXXVI). Nació, pues, el sol de la estrella, la salud de la enfermedad, de la muerte la vida, la luz de las tinieblas, la dulzura de la amargura, y de la espina la rosa, el padre de la hija, el señor de la sierva, y de un pequeño arroyo «una fuente de agua que salta hasta la vida eterna (Jn. IV)». Nace, pues, el sol de la estrella, y el sol es demostrado por la estrella.

Había una estrella en el aire, una estrella en la tierra, el sol en el pesebre. La estrella en el aire, aquel cuerpo lúcido; la estrella en la tierra, la virgen María; el sol en el pesebre, nuestro Cristo. La estrella en el aire, de la cual tuvimos en el Evangelio: «Porque hemos visto su estrella en el oriente, y hemos venido a adorarle (Mat. II)». La estrella en la tierra, de la cual Balaam predijo en su profecía: «Nacerá una estrella de Jacob, y quebrantará a todos los extranjeros (Núm. XXIV)». El sol en el pesebre, del cual los réprobos, según lo que se lee en el libro de la Sabiduría, han de decir en el futuro: «Erramos del camino de la verdad, y el sol de justicia no nos iluminó (Sab. V)».

De quo Apostolus: «Sol non occidat super iracundiam vestram (Ephes. IV).» An non ipse est, qui «in sole posuit tabernaculum» suae carnis, quando fuit «tanquam sponsus procedens de thalamo suo? (Psal. XVIII).»

In stella, fratres, quatuor principaliter attenduntur. Stella enim igneae naturae est; stella in se lucida est et clara; stella ex se radium emittit; stella in nocte lucet. Haec eadem in stella nostra, id est, in virgine Maria, possumus invenire. Stella, ut diximus, igneae naturae est [apparet ignea], et ipsa virgo Maria igneae naturae fuit. Ipsa est enim rebus ille igneus, in quo apparuit Dominus Moysi, qui videbatur quippe ardere, sed non comburebatur (Exod. III), quia gravida quidem apparuit Virgo, sed igne libidinis non est consumpta. Ipsa in se splendida est et clara, adeo ut de ea scriptum sit in Canticis canticorum: «Quae est ista, quae progreditur sicut aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol? (Cant. VI.)» Ipsa ex se radium illum emisit, qui penetrat usque ad cordis secreta. Scrutatur enim corda et renes (Jer. XVII; Rom. VIII; Apoc. II); eo quod vivus est sermo Dei, et efficax et penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens usque ad divisionem animae et spiritus (Hebr. IV); unde et merito congruit ei nominis interpretatio. Maria namque stella maris interpretatur, Mare hic mundus est, sicut scriptum est: «Hoc mare magnum et spatiosum, illic reptilia quorum non est numerus (Psal. CIII).» Merito ergo stella maris dicitur, quia ipsa tanquam sidus singulare refulsit in mundo, et cujus splendor illuminat mundum, et ex se radium illum emisit, qui «illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum (Joan. I).» Et sicut radius processit a stella, stella integra permanente; sic filius ex Virgine, virginitate inviolabili perdurante, secundum quod et propheta Ezechiel inquit: «Porta, quam vides, semper erit clausa, et nullus transibit per eam, sed Dominus solus introibit per eam (Ezech. XLIV).» Stella lucet in nocte, et ipsa Virgo in nocte hujus saeculi singulariter fulsit, secundum quod de ea scriptum est: «Quae cunctas haereses sola interemisti in universo mundo.» Talis est stella nostra, fratres, talis est virgo Maria, talis est stella maris, et quia reliquit nobis exemplum, ut sequamur vestigia ejus (I Petr. II), talis etiam debet esse anima nostra.

Simus ergo, fratres, igneae naturae, ut sit in nobis ille ignis, quem venit Dominus mittere in terram (Luc. XII): et ignis ille qui erat flammigerans in ossibus Jeremiae, accendatur in conflatorio cordis nostri, juxta quem sedet Dominus purgans et mundans filios Levi (Mal. III).

Del cual dice el Apóstol: «No se ponga el sol sobre vuestra ira (Ef. IV)». ¿No es él mismo quien «puso en el sol el tabernáculo» de su carne, cuando fue «como un esposo que sale de su tálamo? (Sal. XVIII)».

En una estrella, hermanos, se observan principalmente cuatro cosas. Pues la estrella es de naturaleza ígnea; la estrella es lúcida y clara en sí misma; la estrella emite de sí un rayo; la estrella luce en la noche. Estas mismas cosas podemos encontrarlas en nuestra estrella, esto es, en la virgen María. La estrella, como dijimos, es de naturaleza ígnea [aparece ígnea], y la misma virgen María fue de naturaleza ígnea. Pues ella misma es aquella zarza ardiente en la que el Señor se apareció a Moisés, la cual parecía ciertamente arder, pero no se consumía (Éx. III), porque la Virgen ciertamente apareció encinta, pero no fue consumida por el fuego de la lascivia. Ella misma es espléndida y clara en sí, de tal modo que de ella está escrito en el Cantar de los cantares: «¿Quién es esta que avanza como la aurora naciente, hermosa como la luna, elegida como el sol? (Cant. VI)». Ella emitió de sí aquel rayo que penetra hasta lo secreto del corazón. Pues escudriña los corazones y las entrañas (Jer. XVII; Rom. VIII; Apoc. II); por cuanto es viva la palabra de Dios, y eficaz y más penetrante que toda espada de dos filos, llegando hasta la división del alma y del espíritu (Heb. IV); por lo cual también le conviene con razón la interpretación de su nombre. Pues María se interpreta como estrella del mar (stella maris). El mar es este mundo, como está escrito: «Este mar grande y espacioso, allí hay reptiles cuyo número no existe (Sal. CIII)». Con razón, pues, es llamada estrella del mar, porque ella misma resplandeció como astro singular en el mundo, y cuyo esplendor ilumina el mundo, y emitió de sí aquel rayo que «ilumina a todo hombre que viene a este mundo (Jn. I)». Y así como el rayo procedió de la estrella, permaneciendo íntegra la estrella; así el hijo de la Virgen, perdurando la virginidad inviolable, según lo que también dice el profeta Ezequiel: «La puerta que ves siempre estará cerrada, y nadie pasará por ella, sino que solo el Señor entrará por ella (Ez. XLIV)». La estrella luce en la noche, y la misma Virgen lució singularmente en la noche de este siglo, según lo que de ella está escrito: «Tú que sola destruiste todas las herejías en el universo mundo». Tal es nuestra estrella, hermanos, tal es la virgen María, tal es la estrella del mar, y porque nos dejó ejemplo para que sigamos sus huellas (I Pe. II), tal debe ser también nuestra alma.

Seamos, pues, hermanos, de naturaleza ígnea, para que esté en nosotros aquel fuego que el Señor vino a traer a la tierra (Lc. XII): y aquel fuego que estaba llameante en los huesos de Jeremías, se encienda en el crisol de nuestro corazón, junto al cual se sienta el Señor purgando y limpiando a los hijos de Leví (Mal. III).

Simus etiam et nos clari et fulgidi, ut aspiret nobis dies, et inclinentur umbrae (Cant. II, IV): et «deponentes veterem hominem cum actibus suis, induamur novum, qui secundum Deum creatus est (Col. III);» ut si fuimus aliquando tenebrae, nunc simus lux in Domino (Ephes. V): et induti armis lucis, ambulemus honeste, sicut decet ambulare in die (Rom. XIII). Emittamus etiam ex nobis, fratres, radium bonae operationis, quia scriptum est: «Sint lumbi vestri praecincti, et lucerna ardentes in manibus vestris (Luc. XII).» Lucernas quippe ardentes in manibus portamus, cum proximis nostris per exempla bonae operationis lucemus, ut cortina cortinam trahat; «et qui audit, dicat: Veni (Apoc. XXII);» et «sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videntes opera vestra bona glorificent Patrem, qui in coelis est (Matth. V),» et currant multi in odorem unguentorum nostrorum (Cant. I).

Stella lucet etiam in nocte, et nos, fratres, in nocte hujus saeculi luceamus, secundum quod scriptum est: «Inter quos lucetis, quasi luminaria fixa in firmamento (Phil. II).» Contra haereticorum tenebras sapientiae lumine splendeamus, quia scriptum est: «Capite nobis vulpeculas, quae demoliuntur vineam Domini (Cant. II).» Propter quod Dominus inquit: «Estote prudentes sicut serpentes, et simplices sicut columbae (Matth. X).» Sic ergo, fratres, ad verum solem poterimus pervenire, si Virginis et stellae nostrae vestigia fuerimus imitati.

In sole autem quinque principaliter attenduntur. Sol incommutabilis est in se, cum luna singulis mensibus commutetur. In sole est nulla macula, cum semper macula sit in luna. Sol habet plenitudinem luminis, a quo et alia luminaria lumen accipiunt. Sol licet sit immutabilis, interdum tamen patitur eclypsim. Sol semper lucet in die. Sed eadem in vero sole nostro sollicite investigemus. Sol in se incommutabilis est et ipse Christus secundum divinitatis potentiam semper incommutabilis perseverat. Unde ipse ait: «Ego sum Deus, et non mutor (Mal. III); apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio (Jac. I).» In sole nulla est macula; et ipse est, qui singulariter ingressus est mundum sine macula «qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus (Isai. LIII).» Sol habet plenitudinem luminis; et in eo habitavit plenitudo divinitatis corporaliter (Col. II), cui non est datus Spiritus ad mensuram (Joan. III), imo de plenitudine ejus accepimus omnes gratiam pro gratia (Joan. I), quando unguentum a capite descendit usque ad barbam, et a barba stillavit in oram vestimenti (Psal. CXXXII). Sol interdum patitur eclypsim; et ipse Christus eclypsim mortis passus est in passione, quando recessit Pastor ovium, ponens animam pro ovibus suis (Joan. X), «et inclinato capite emisit spiritum (Joan. XIX).»

Seamos también nosotros claros y fúlgidos, para que aspire para nosotros el día y se inclinen las sombras (Cant. II, IV): y «despojándonos del hombre viejo con sus actos, revistámonos del nuevo, que ha sido creado según Dios (Col. III)»; para que si fuimos alguna vez tinieblas, ahora seamos luz en el Señor (Ef. V): y revestidos con las armas de la luz, caminemos honestamente, como conviene caminar en el día (Rom. XIII). Emitamos también de nosotros, hermanos, el rayo de la buena obra, porque está escrito: «Estén vuestros lomos ceñidos y las lámparas ardiendo en vuestras manos (Lc. XII)». Llevamos ciertamente lámparas ardiendo en las manos cuando lucimos para nuestros prójimos mediante los ejemplos de la buena obra, para que una cortina atraiga a la otra; «y el que oye, diga: Ven (Apoc. XXII)»; y «así luzca vuestra luz ante los hombres, para que viendo vuestras buenas obras glorifiquen al Padre que está en los cielos (Mat. V)», y corran muchos al olor de nuestros ungüentos (Cant. I).

La estrella luce también en la noche, y nosotros, hermanos, luzcamos en la noche de este siglo, según lo que está escrito: «Entre los cuales lucís como luminares fijos en el firmamento (Fil. II)». Contra las tinieblas de los herejes resplandezcamos con la luz de la sabiduría, porque está escrito: «Cazadnos las raposas que demuelen la viña del Señor (Cant. II)». Por lo cual el Señor dice: «Sed prudentes como serpientes y sencillos como palomas (Mat. X)». Así, pues, hermanos, podremos llegar al verdadero sol, si hubiéramos imitado las huellas de la Virgen y de nuestra estrella.

En el sol, sin embargo, se observan principalmente cinco cosas. El sol es inmutable en sí mismo, mientras que la luna cambia cada mes. En el sol no hay mancha alguna, mientras que en la luna siempre hay una mancha. El sol tiene plenitud de luz, de la cual también los otros luminares reciben la luz. El sol, aunque sea inmutable, a veces sin embargo padece eclipse. El sol siempre luce en el día. Pero investiguemos solícitamente estas mismas cosas en nuestro verdadero sol. El sol en sí es inmutable, y el mismo Cristo según el poder de la divinidad permanece siempre inmutable. Por lo cual él mismo dice: «Yo soy Dios, y no cambio (Mal. III); en quien no hay transmutación, ni sombra de mudanza (Sant. I)». En el sol no hay mancha alguna; y él es quien singularmente entró en el mundo sin mancha, «quien no cometió pecado, ni se halló engaño en su boca (Is. LIII)». El sol tiene plenitud de luz; y en él habitó la plenitud de la divinidad corporalmente (Col. II), a quien no le fue dado el Espíritu por medida (Jn. III), antes bien de su plenitud todos recibimos gracia por gracia (Jn. I), cuando el ungüento descendió desde la cabeza hasta la barba, y de la barba destiló hasta la orla de la vestidura (Sal. CXXXII). El sol a veces padece eclipse; y el mismo Cristo padeció el eclipse de la muerte en la pasión, cuando se retiró el Pastor de las ovejas, poniendo su alma por sus ovejas (Jn. X), «e inclinada la cabeza entregó el espíritu (Jn. XIX)».

Sol semper lucet in die; et ipse Dominus, postquam resurgendo consumpsit tenebras nostrae mortalitatis, «resurgens ex mortuis jam non moritur, mors illi ultra non dominabitur (Rom. VI).» Sed lucem habitat inaccessibilem (I Tim. VI), et in eo tenebrae non sunt ullae (I Joan. I). Hunc solus aquila Joannes irreverberatis luminibus intuitus est in rota sua, quando adeo alte volavit, quod si paulo altius intonuisset, totus mundus eum capere non potuisset, inquiens: «In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum (Joan. I).»

Magi ergo illuminati a sole veniunt ad Solem, qui illustrati per stellam, quae lumen suum habet a sole, venerunt ad adorandum Solem; quorum gesta diligenter singula attendamus. Venerunt ergo ab oriente Hierosolymam, et cum venissent, inquisiverunt: «Ubi est qui natus est rex Judaeorum (Matth. II)?» Cum pervenissent ad locum, prociderunt; cum procidissent, adoraverunt; cum adorassent, munera obtulerunt. Venerunt ergo infatigabili labore, inquisiverunt provida sollicitudine, prociderunt debita humiliatione, adoraverunt mentis devotione, munera obtulerunt integra fidei religione; «et obtulerunt ei aurum, thus et myrrham (Ibid.).» Ecce primitiae gentium primo puram et integram fidem offerunt. Obtulerunt enim thus Deo, myrrham mortali, aurum regi. Thus per fidem divinitatis, myrrham per fidem humanitatis, sive mortalitatis, aurum per fidem regiae dignitatis. Fuit enim Deus et homo, Emmanuel, nobiscum Deus, cum factus est simul in unum dives et pauper, fuitque ex regia tribu, secundum quod in ejus genealogia describitur: «Liber generationis Jesu Christi filii David, filii Abraham (Matth. I),» etc.

Vel obtulerunt haec tria humanitati Christi, aurum regi, sacerdoti thus, myrrham mortali. Fuit enim ex regia et sacerdotali tribu. Fuit rex, quia habuit in vestimento, et in femore suo scriptum: «Rex regum, et Dominus dominantium (Apoc. XIX).» Fuit et sacerdos secundum ordinem Melchisedech (Psal. CIX) regis Salem, qui sacerdos fuit Dei summi (Genes. XIV; Hebr. VII), quia non per sanguinem hircorum, aut vitulorum, sed per proprium sanguinem introivit semel in sancta, aeterna redemptione inventa (Hebr. IX). «Conversi enim sumus ad pastorem et episcopum animarum nostrarum (I Petr. II).» Fuit etiam mortalis, quia «vere languores nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portavit (Isa. LIII)» in corpore suo super lignum.

Haec eadem ipsa Virgo, stella maris, obtulit Soli nato suo in persona sua. Obtulit enim aurum regiae dignitatis, quia fuit ipsa de regia tribu, secundum quod in dicta genealogia legitur: «Jacob genuit Joseph virum Mariae, de qua natus est Jesus, qui vocatur Christus (Matth. I).» Obtulit etiam thus et myrrham; unde in Cantico amoris haec duo in ipsa junguntur, ubi dicitur: «Quae est ista, quae ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhae, et thuris, universi pulveris pigmentarii?» (Cant. III.)

El sol siempre luce en el día; y el mismo Señor, después que resucitando consumió las tinieblas de nuestra mortalidad, «resucitando de entre los muertos ya no muere, la muerte no tendrá ya más dominio sobre él (Rom. VI)». Pero habita una luz inaccesible (I Tim. VI), y en él no hay tinieblas algunas (I Jn. I). A este solo lo contempló el águila Juan con ojos firmes en su rueda, cuando voló tan alto que si hubiera tronado un poco más alto, todo el mundo no hubiera podido contenerle, diciendo: «En el principio era el Verbo, y el Verbo estaba junto a Dios, y el Verbo era Dios (Jn. I)».

Los magos, por tanto, iluminados por el sol, vienen al Sol; quienes, ilustrados por la estrella que tiene su luz del sol, vinieron a adorar al Sol; cuyos actos observemos diligentemente uno por uno. Vinieron, pues, del oriente a Jerusalén, y cuando hubieron llegado, inquirieron: «¿Dónde está el que ha nacido rey de los judíos (Mat. II)?». Cuando hubieron llegado al lugar, se postraron; cuando se hubieron postrado, adoraron; cuando hubieron adorado, ofrecieron dones. Vinieron, pues, con infatigable trabajo, inquirieron con próvida solicitud, se postraron con debida humillación, adoraron con devoción de mente, ofrecieron dones con la íntegra religión de la fe; «y le ofrecieron oro, incienso y mirra (ibíd.)». He aquí que las primicias de las naciones ofrecen primero una fe pura e íntegra. Pues ofrecieron incienso a Dios, mirra al mortal, oro al rey. Incienso por la fe de la divinidad, mirra por la fe de la humanidad o mortalidad, oro por la fe de la dignidad regia. Pues fue Dios y hombre, Emmanuel, God with us, cuando fue hecho a la vez en uno rico y pobre, y fue de tribu regia, según lo que se describe en su genealogía: «Libro de la generación de Jesucristo, hijo de David, hijo de Abraham (Mat. I)», etc.

O bien ofrecieron estas tres cosas a la humanidad de Cristo: oro al Rey, incienso al Sacerdote, mirra al mortal. Pues fue de tribu regia y sacerdotal. Fue rey, porque tuvo escrito en su vestidura y en su muslo: «Rey de reyes, y Señor de señores (Apoc. XIX)». Fue también sacerdote según el orden de Melquisedec (Sal. CIX), rey de Salem, que fue sacerdote del Dios Altísimo (Gén. XIV; Heb. VII), porque no por la sangre de machos cabríos o de becerros, sino por su propia sangre entró una vez en el santuario, hallada la eterna redención (Heb. IX). «Pues nos hemos convertido al pastor y obispo de nuestras almas (I Pe. II)». Fue también mortal, porque «verdaderamente él tomó nuestras flaquezas y él llevó nuestros dolores (Is. LIII)» en su cuerpo sobre el madero.

Estas mismas cosas la misma Virgen, estrella del mar, las ofreció al Sol nacido de ella en su persona. Pues ofreció el oro de la dignidad regia, porque ella misma fue de la tribu regia, según lo que se lee en dicha genealogía: «Jacob engendró a José, esposo de María, de la cual nació Jesús, que se llama Cristo (Mat. I)». Ofreció también incienso y mirra; por lo cual en el Cantar del amor estas dos cosas se unen en ella, donde se dice: «¿Quién es esta que sube por el desierto como varita de humo de los aromas de mirra e incienso, de todo polvo de perfumista?» (Cant. III).

Myrrha arcet vermes a corporibus mortuorum, et ipsa corpora conservat a corruptione, propter quod Nicodemus attulit misturam myrrhae et aloes (Joan. XIX), ut condiret corpus Jesu. Per myrrham ergo carnis integritas designatur, thus vero mentis exprimit devotionem. Bene ergo hae duae species in stella, et virga nostra junguntur, quia in virgine Maria carnis integritas, et mentis devotio semper indivisa manserunt. Et merito additur: «universi pulveris pigmentarii;» quia ipsa adeo fuit donis Spiritus sancti referta, ut audire meruerit: «Ave, gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui (Luc. I).» Sic ergo, fratres, obtulerunt magi, obtulit et virgo Maria stella nostra. Et quia exempla dederunt nobis, ergo et nos ita faciamus.

Venerunt magi, veniamus et nos, quia scriptum est: «Venite ad me, omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos (Matth. XI).» Et alibi: «Venite ad me, qui concupiscitis me (Eccli. XXIV).» Inquisierunt magi, inquiramus et nos, quia scriptum est: «Quaerite Dominum, dum inveniri potest.» Prociderunt magi, procidamus et nos, quia scriptum est: «Venite, adoremus, et procidamus ante Deum (Psal. XCIV).» Adoraverunt magi, adoremus et nos, quia scriptum est: «Adorate Dominum in aula sancta ejus (Psal. XXVIII).» Obtulerunt magi, offeramus et nos, quia scriptum est: «Obsecro vos, fratres, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum (Rom. XII).» Offeramus et nos illa tria, quae obtulerunt magi, aliter tamen quam illi.

Offeramus myrrham mortificationis, ut mortificantes corpora nostra, quae sunt super terram (Col. III), carnis curam non faciamus in desideriis, crucifigentes corpora nostra cum vitiis, et concupiscentiis (Gal. V); et in his tamen omnibus rationabile sit, ut dictum est, obsequium nostrum (Rom. XII). Offeramus thus devotae orationis, secundum quod Apostolus ait: «Orabo spiritu, orabo et mente; psallam spiritu, psallam et mente (I Cor. XIV),» ut, «dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu Domini (Psal. CXL).» Offeramus et aurum, splendorem sapientiae; aurum namque sapientiam designat, juxta illud: «Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis (Prov. XXI),» ut simus parati omni poscenti de ea, quae in nobis est, fide, et spe reddere rationem, et splendore sapientiae fulgeamus, et contra haereticorum tenebras intrepidi dimicemus, atque dicere possimus: «Bonum mihi lex oris tui super millia auri et argenti (Psal. CXVIII).»

La mirra aleja los gusanos de los cuerpos de los muertos, y conserva los mismos cuerpos de la corrupción, por cuya razón Nicodemo trajo una mezcla de mirra y áloes (Jn. XIX) para ungir el cuerpo de Jesús. Por la mirra, por tanto, se designa la integridad de la carne, mientras que el incienso expresa la devoción de la mente. Bien, pues, se unen estas dos especies en nuestra estrella y vara, porque en la virgen María la integridad de la carne y la devoción de la mente permanecieron siempre indivisas. Y con razón se añade: «de todo polvo de perfumista»; porque ella misma estuvo de tal modo colmada de los dones del Espíritu Santo, que mereció oír: «Ave, llena de gracia, el Señor es contigo, bendita tú entre las mujeres, y bendito el fruto de tu vientre (Lc. I)». Así, pues, hermanos, ofrecieron los magos, y ofreció la virgen María nuestra estrella. Y porque nos dieron ejemplos, por tanto hagámoslo nosotros también así.

Vinieron los magos, vengamos también nosotros, porque está escrito: «Venid a mí todos los que estáis fatigados y sobrecargados, y yo os daré descanso (Mt 11)». Y en otro lugar: «Venid a mí los que me deseáis (Eclo 24)». Inquirieron los magos, inquiramos también nosotros, porque está escrito: «Buscad al Señor mientras puede ser hallado». Se postraron los magos, postrémonos también nosotros, porque está escrito: «Venid, adoremos y postrémonos ante Dios (Sal 94)». Adoraron los magos, adoremos también nosotros, porque está escrito: «Adorad al Señor en su atrio santo (Sal 28)». Ofrecieron los magos, ofrezcamos también nosotros, porque está escrito: «Os ruego, hermanos, que presentéis vuestros cuerpos como sacrificio vivo, santo, agradable a Dios, vuestro culto racional (Rom 12)». Ofrezcamos también nosotros esas tres cosas que ofrecieron los magos, aunque de manera diferente a ellos.

Ofrezcamos la mirra de la mortificación, para que mortificando nuestros cuerpos, que están sobre la tierra (Col 3), no nos preocupemos por la carne en sus deseos, crucificando nuestros cuerpos con sus vicios y concupiscencias (Gál 5); y que en todas estas cosas nuestro culto sea racional, como se ha dicho (Rom 12). Ofrezcamos el incienso de la oración devota, según lo que dice el Apóstol: «Oraré con el espíritu, oraré también con la mente; salmodiaré con el espíritu, salmodiaré también con la mente (1 Cor 14)», para que «mi oración se dirija como incienso en la presencia del Señor (Sal 140)». Ofrezcamos también el oro, el esplendor de la sabiduría; pues el oro designa la sabiduría, según aquello: «El tesoro deseable descansa en la boca del sabio (Prov 21)», para que estemos preparados para dar razón de la fe y la esperanza que hay en nosotros a todo el que la pida, y brillemos con el esplendor de la sabiduría, y luchemos intrépidos contra las tinieblas de los herejes, y podamos decir: «Mejor es para mí la ley de tu boca que miles de oro y plata (Sal 118)».

Et utinam non possetis dicere potius: Bonum mihi lex oris Justiniani super millia auri et argenti, «Narraverunt mihi iniqui fabulationes, sed non ita ut lex tua, Domine (Ibid.);» «dereliquerunt venam aquarum viventium Dominum (Jer. XVII),» ut merito ipsa sapientia conqueratur, dicens: «Dereliquerunt me fontem aquae vivae (Jer. II).» Nam hi qui in legem Domini debent meditari die ac nocte a veritate ad fabulas convertunt auditum.

Custodes ergo super muros ecclesiae constituti vigilantes sint, ne vulpes Samsonis incendant segetes nostras (Judic. XV); et ponatur turris David cum propugnaculis contra Damascum, ex qua dependeant clypei mille (Cantic. IV); turris namque fortissima nomen Domini; ad eam confugiet justus et exaltabitur (Prov. XVIII). Haec est scriptura, ubi nomen Domini invocatur, in qua propugnacula sunt praelati atque doctores, qui ejus terminos debent custodire, de quibus scribitur: «Non transgredieris terminos, quos tibi patres tui constituerunt (Prov. XXIV).» Statuit namque Moyses terminos contra montem Sinai, quo transgredi non licebat (Exod. XIX). Et utinam istos terminos nulli transgrediantur, alioquin lapidibus erunt digni. Ex hac pendent clypei mille, perfectio videlicet auctoritatum, quae est ad munimentum ipsius. Haec turris ponitur contra Damascum, scilicet contra robur haereticorum. Aliud fundamentum alius nemo potest ponere, praeter id quod positum est, quod est Christus Jesus (I Cor. III), id est mysterium Christi.

Immobile profecto et immutabile est Christi mysterium, quia multiplex habuit testimonium. Habuit enim testimonium hominum, testimonium mulierum, testimonium virorum, testimonium senum, testimonium terrenorum, testimonium coelorum, testimonium gentilium, testimonium Judaeorum, testimonium antiquorum, testimonium modernorum, testimonium lucis, testimonium tenebrarum, testimonium legis, testimonium prophetarum, testimonium regum, testimonium turbarum, testimonium vivorum, testimonium mortuorum, testimonium brutorum, testimonium solis, testimonium elementorum.

Habuit testimonium hominum, quia pastores erant in regione illa, qui venientes invenerunt de verbo, sicut dictum erat ad eos de puero (Luc. II). Testimonium angelorum, qui angelus Domini stetit juxta illos, et dixit eis: «Ecce evangelizo vobis gaudium magnum, quia natus est hodie Salvator mundi, qui est Christus Dominus in civitate David (Ibid.).» Et facta est cum angelo multitudo coelestis exercitus, laudantium Deum, et dicentium: «Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonae voluntatis (Ibid.).»

Habuit testimonium mulierum, quia Anna prophetissa filia Phanuel confitebatur Domino, et loquebatur de illo omnibus qui exspectabant redemptionem Israel (Ibid.). Habuit testimonium virorum, quia uno die conversi sunt tria millia, et alio quinque millia (Act. II; IV), qui testimonium perhibebant de Jesu.

Y ojalá no pudierais decir más bien: Mejor es para mí la ley de la boca de Justiniano que miles de oro y plata, «Los inicuos me contaron fábulas, pero no como tu ley, Señor (Ibíd.)»; «abandonaron al Señor, vena de aguas vivas (Jer 17)», de modo que con razón la misma Sabiduría se queja, diciendo: «Me abandonaron a mí, fuente de agua viva (Jer 2)». Pues aquellos que deben meditar día y noche en la ley del Señor, apartan el oído de la verdad hacia las fábulas.

Por tanto, los centinelas puestos sobre los muros de la iglesia sean vigilantes, para que las zorras de Sansón no incendien nuestras mieses (Jue 15); y sea levantada la torre de David con baluartes contra Damasco, de la que cuelguen mil escudos (Cant 4); pues torre fortísima es el nombre del Señor; a ella acudirá el justo y será exaltado (Prov 18). Esta es la Escritura, donde se invoca el nombre del Señor, en la cual los baluartes son los prelados y doctores, que deben custodiar sus términos, de los cuales se escribe: «No traspasarás los términos que te fijaron tus padres (Prov 24)». Pues Moisés fijó términos frente al monte Sinaí, los cuales no era lícito traspasar (Éx 19). Y ojalá nadie traspase estos términos, de lo contrario serán dignos de pedradas. De esta cuelgan mil escudos, a saber, la perfección de las autoridades, que sirve para su defensa. Esta torre se sitúa contra Damasco, es decir, contra la fuerza de los herejes. Nadie puede poner otro fundamento fuera del que está puesto, que es Cristo Jesús (1 Cor 3), esto es, el misterio de Cristo.

Inmóvil, por cierto, e inmutable es el misterio de Cristo, porque tuvo un testimonio múltiple. Pues tuvo el testimonio de hombres, el testimonio de mujeres, el testimonio de varones, el testimonio de ancianos, el testimonio de las cosas terrenas, el testimonio de los cielos, el testimonio de los gentiles, el testimonio de los judíos, el testimonio de los antiguos, el testimonio de los modernos, el testimonio de la luz, el testimonio de las tinieblas, el testimonio de la ley, el testimonio de los profetas, el testimonio de los reyes, el testimonio de las turbas, el testimonio de los vivos, el testimonio de los muertos, el testimonio de los brutos, el testimonio del sol, el testimonio de los elementos.

Tuvo testimonio de hombres, porque había pastores en aquella región, quienes al venir hallaron lo referente a la palabra, tal como se les había dicho sobre el niño (Lc 2). Testimonio de ángeles, pues el ángel del Señor se presentó ante ellos y les dijo: «He aquí que os anuncio una gran alegría, porque hoy ha nacido el Salvador del mundo, que es Cristo el Señor, en la ciudad de David (Ibíd.)». Y se unió al ángel una multitud del ejército celestial, que alababan a Dios y decían: «Gloria a Dios en las alturas, y en la tierra paz a los hombres de buena voluntad (Ibíd.)».

Tuvo testimonio de mujeres, porque Ana la profetisa, hija de Fanuel, confesaba al Señor y hablaba de él a todos los que esperaban la redención de Israel (Ibíd.). Tuvo testimonio de varones, porque en un solo día se convirtieron tres mil, y en otro cinco mil (Hech 2; 4), que daban testimonio de Jesús.

Habuit testimonium senum, quia antiquus ille dierum Simeon, cujus capilli erant sicut lana alba, qui acceperat responsum a Spiritu sancto non visurum se mortem nisi videret Christum Domini, accipiens eum in ulnas suas, dixit: «Nunc dimittis servum tuum, Domine, secundum verbum tuum, in pace, quia viderunt oculi mei salutare tuum (Luc. II).» Habuit testimonium parvulorum, quia Innocentes illi, eum quamvis non loquendo, moriendo tamen confessi sunt (Matth. II).

Habuit testimonium terrenorum, quia pax facta est in terra hominibus bonae voluntatis; tanta, ut ab uno homine Caesare Augusto totus orbis describeretur (Luc. II); de cujus tranquillitate Isaias inquit: «Conflabunt gladios suos in vomeres, et lanceas suas in falces (Isa. II).»

Habuit testimonium coelorum, quia coeli miserunt novam stellam, secundum quod habuimus in Evangelio: «Et ecce stella, quam viderant magi in oriente, antecedebat eos usque dum veniens staret supra, ubi erat Puer (Matth. II).» Habuit testimonium gentilium, quia magi venientes Hierosolymam dixerunt: «Ubi est, qui natus est rex Judaeorum (Matth. II).» Habuit testimonium Judaeorum, quia Herodes principes sacerdotum et scribas populi conveniens, sciscitabatur ab eis ubi Christus nasceretur; et illi dixerunt: «In Bethlehem Judae (Ibid.).»

Habuit testimonium antiquorum, quia in manibus prophetarum assimilatus est (Ose. XII); ipse enim est Agnus occisus ab origine mundi (Apoc. XIII). Habuit testimonium modernorum, unde et ipse discipulis inquit: «Eritis mihi testes in Hierusalem, et in omni Judaea, et Samaria et usque ad ultimum terrae (Act. I).»

Habuit testimonium lucis, quia claritas Dei circumfulsit pastores (Luc. II), et claritas stellae illustravit magos (Matth. II) Testimonium tenebrarum quia in morte ejus tenebrae factae sunt super universam terram (Matth. XXVII; Marc. XV; Luc. XXIII).

Habuit testimonium legis, quia Moyses dixit in lege: «Prophetam suscitabit vobis Deus de fratribus vestris; ipsum tanquam me audietis (Deut. XVIII).» Et alibi: «Et erit vita tua pendens in ligno; videbis, et non cognosces (Deut. XXVIII).» Testimonium prophetarum, quia Isaias ait: «Egredietur virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet, et requiescet super eum spiritus Domini (Isa. I).» Et alibi: «Ecce virgo concipiet, et pariet filium, et vocabitur nomen ejus Emmanuel (Isa. VII).» Baruch autem: Post haec, inquit, in terris visus est et cum hominibus conversatus est (Baruch. III). Ezechiel in ejus testimonio filius appellatus est (Ezech. II). Daniel ait: «Cum venerit Sanctus sanctorum, cessabit unctio vestra (Dan. IX).» Oseas in ejus testimonio accepit uxorem fornicariam (Ose. I). Habacuc dicit: «Cornua sunt in manibus ejus (Habac. III).» Jonas in ventre ceti ejus testimonium testatus est (Jon. II). Et quid discurram per singula? Nullus prophetarum exstitit, qui ei testimonium non perhiberet.

Tuvo testimonio de ancianos, porque aquel anciano de días, Simeón, cuyos cabellos eran como lana blanca, que había recibido la respuesta del Espíritu Santo de que no vería la muerte sin ver al Cristo del Señor, tomándolo en sus brazos, dijo: «Ahora, Señor, según tu palabra, dejas a tu siervo irse en paz, porque mis ojos han visto tu salvación (Lc 2)». Tuvo testimonio de párvulos, porque aquellos Inocentes, aunque no hablando, sin embargo muriendo lo confesaron (Mt 2).

Tuvo testimonio de las cosas terrenas, porque se hizo la paz en la tierra a los hombres de buena voluntad; tanta, que por un solo hombre, César Augusto, fue censado todo el orbe (Lc 2); de cuya tranquilidad Isaías dice: «Forjarán sus espadas en rejas de arado, y sus lanzas en podaderas (Is 2)».

Tuvo testimonio de los cielos, porque los cielos enviaron una nueva estrella, según lo que tuvimos en el Evangelio: «Y he aquí que la estrella que los magos habían visto en oriente iba delante de ellos hasta que, llegando, se detuvo encima de donde estaba el Niño (Mt 2)». Tuvo testimonio de los gentiles, porque los magos, al llegar a Jerusalén, dijeron: «¿Dónde está el que ha nacido rey de los judíos? (Mt 2)». Tuvo testimonio de los judíos, porque Herodes, reuniendo a los príncipes de los sacerdotes y a los escribas del pueblo, les preguntaba dónde nacería el Cristo; y ellos dijeron: «En Belén de Judea (Ibíd.)».

Tuvo testimonio de los antiguos, porque fue prefigurado en las manos de los profetas (Os 12); pues él mismo es el Cordero inmolado desde el origen del mundo (Apoc 13). Tuvo testimonio de los modernos, por lo cual él mismo dijo a los discípulos: «Me seréis testigos en Jerusalén, en toda Judea, en Samaría y hasta lo último de la tierra (Hech 1)».

Tuvo testimonio de la luz, porque la claridad de Dios rodeó a los pastores (Lc 2), y la claridad de la estrella iluminó a los magos (Mt 2). Testimonio de las tinieblas, porque en su muerte se hicieron tinieblas sobre toda la tierra (Mt 27; Mc 15; Lc 23).

Tuvo testimonio de la ley, porque Moisés dijo en la ley: «Dios os suscitará un profeta de entre vuestros hermanos; a él escucharéis como a mí (Dt 18)». Y en otro lugar: «Y estará tu vida pendiente de un madero; la verás y no la conocerás (Dt 28)». Testimonio de los profetas, porque Isaías dice: «Saldrá una vara de la raíz de Jesé, y una flor de su raíz subirá, y descansará sobre él el espíritu del Señor (Is 1)». Y en otro lugar: «He aquí que la virgen concebirá y dará a luz un hijo, y su nombre será llamado Emmanuel (Is 7)». Baruc, por su parte: «Después de esto —dice— fue visto en las tierras y conversó con los hombres (Bar 3)». Ezequiel en su testimonio fue llamado hijo (Ez 2). Daniel dice: «Cuando venga el Santo de los santos, cesará vuestra unción (Dan 9)». Oseas en su testimonio tomó a una mujer fornicaria (Os 1). Habacuc dice: «Hay cuernos en sus manos (Hab 3)». Jonás en el vientre del cetáceo dio fe de su testimonio (Jon 2). ¿Y para qué discurrir por cada uno? No hubo ninguno de los profetas que no diera testimonio de él.

Testimonium regum; unde David rex: «Terra nostra dabit fructum suum (Psal. LXXXIV).» Et alibi: «Aperiatur terra, et germinet Salvatorem (Psal. XLV).» Et Salomon: «Osculetur me osculo oris sui, quia meliora sunt ubera tua vino, fragrantia unguentis optimis,» et: «Dum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum (Cant. I).»

Testimonium turbarum, unde dixerunt in Evangelio: «Vidimus mirabilia hodie (Luc. V).» Et: «Nisi esset hic a Deo, non posset facere quod facit (Joan. IX):» propter quod voluerunt etiam eum rapere, et regem facere (Joan. VI).

Testimonium vivorum, quia illi duo, qui ibant in Emmaus, venerunt et narraverunt omnia quae eis acciderant (Luc. XXIV). Testimonium mortuorum, quia «multa corpora sanctorum, qui dormierant, surrexerunt et apparuerunt multis (Matth. XXVII).»

Testimonium brutorum, quia «cognovit bos possessorem suum, et asinus praesepe Domini sui (Isa. I).» Testimonium solis, quando ipse obscuratus est (Luc. XXIII). Testimonium elementorum, quia testimonium perhibuit terra, quando terraemotus magnus factus est (Matth. XXVII). Testimonium perhibuit aqua, quando siccis pedibus ambulavit super aquas (Joan. VI). Testimonium perhibuit aer, quando nubes suscepit eum ab oculis eorum, scilicet discipulorum (Act. I). Testimonium perhibuit ignis, quando angelus Domini descendit de coelo, et resplenduit facies ejus sicut fulgur (Matth. XXVIII); fulgur enim igneae naturae est.

Quia ergo, fratres, mysterium crucis habuit testimonium omnium praedictorum, erubescat Judaeus infelix, qui negat Christum de Virgine natum; quia pastores Judaei invenerunt sicut dictum erat illis (Luc. I). Confundatur gentilis, qui dicit ligno: «Deus meus es; et lapidi: Tu me genuisti (Jer. II);» quia magi gentiles ipsum adoraverunt. Obmutescat haereticus, qui mysterio contradicit. Et omnis lingua confiteatur quia Dominus noster Jesus Christus in gloria est Dei Patris (Philip. II). Ad quam gloriam nos perducat ipse Dominus noster Jesus, qui cum sit splendor luminum, flos florum, vita morum, schola virtutum, et corona sanctorum, super choros angelorum regnat in saecula saeculorum. Amen.

SERMO II.

DE TRANSLATIONE S. HILARII EPISCOPI PICTAVIENSIS ET CONFESSORIS (XIV JAN.).

Testimonio de reyes; de donde el rey David: «Nuestra tierra dará su fruto (Sal 84)». Y en otro lugar: «Ábrase la tierra y germine al Salvador (Sal 45)». Y Salomón: «Béseme con el beso de su boca, porque mejores son tus pechos que el vino, fragantes con los mejores ungüentos», y: «Mientras el rey estaba en su diván, mi nardo dio su olor (Cant 1)».

Testimonio de las turbas, por lo cual dijeron en el Evangelio: «Hemos visto maravillas hoy (Lc 5)». Y: «Si este no fuera de Dios, no podría hacer lo que hace (Jn 9)»: por lo cual quisieron incluso arrebatarlo y hacerlo rey (Jn 6).

Testimonio de los vivos, porque aquellos dos que iban a Emaús vinieron y contaron todo lo que les había sucedido (Lc 24). Testimonio de los muertos, porque «muchos cuerpos de santos que habían dormido resucitaron y se aparecieron a muchos (Mt 27)».

Ofrezcamos gloria y honor a nuestro Dios, según el Salmista, con mentes alegres (Sal 28), hermanos carísimos, porque mientras esperamos la celebérrima solemnidad de la ofrenda del Señor, en el presente también cultivamos la venerable asunción del excelente sacerdote, el bienaventurado Severo. Deleite a nuestros corazones celebrar la festividad presente; plázcanos también esperar con alegría la inminente. Aquella festividad nos enseñe a dar gracias a nuestro Redentor; pero esta encienda en nosotros el amor a la patria celestial. En aquella aprendamos cuánto padeció Dios por el hombre; en esta sopesemos a qué tan gran cumbre de alteza ascendió el hombre por Dios. Pues en aquella festividad el Hijo unigénito de Dios fue presentado humildemente en el templo; en esta su beatísimo siervo fue sublimado con gloria al palacio del cielo. En aquella sus padres trajeron a nuestro Redentor a Jerusalén para presentarlo al Señor (Lc 2); en esta los santos ángeles portaron el alma del beatísimo confesor a la Jerusalén celestial para presentarla ante el rostro de la majestad divina. En aquella solemnidad el Mediador de Dios y de los hombres, una vez desechado ya el prepucio de la carne, fue ofrecido como niño pequeño en el templo; en esta el excelente confesor, una vez depuesto el peso del cuerpo terreno, ascendió libre al cielo. En aquella aquel que nada debía a la ley pagó los tributos de la ley; en esta aquel que estaba sujeto a la muerte escapó de las leyes de la muerte. Aquel, al nacer de una madre, se dignó ser mortal; este, al morir en la carne, mereció hacerse inmortal. Al venir al mundo Dios se revistió de la forma de siervo; al retirarse del mundo Severo fue promovido a la dignidad angélica. Pero si aquel no hubiera descendido, este de ninguna manera hubiera ascendido. Si Dios no asumiera la forma humana, nunca el hombre alcanzaría la gloria celestial. Si Dios no se humillara por debajo de sí mismo, de ninguna manera el hombre sería exaltado por encima de sí. ¿Y qué más diré? Si el Dios hombre no hubiera sido hecho un poco menor que los ángeles (Sal 8), nunca el hombre puro se haría igual a los ángeles. Cuya igualdad la Verdad misma promete en el Evangelio, diciendo: «En la resurrección no se casarán ni se darán en casamiento, sino que serán como los ángeles de Dios en el cielo (Mt 12)».

Ad hujus felicissimae dignitatis culmen, o homo, si te desideras provehi, totis nisibus satage verae humilitatis dejectione prosterni; si exaltari cupis in Christo, dejicere prius in temetipso, deprime superbiam carnis, et ad altitudinem te subleva Creatoris, cohibe quidquid tumidum surgit in te, et mox erigeris valde eminus ultra te. Et certe altus est Deus, imo altissimus. Sed si te in tantum tetenderis ut etiam rumpas, hoc tamen pacto ad ejus celsitudinem non aspiras; imo quo te propius accendere aestimas, eo ad inferiora propulsatus elongas: Audi quid Psalmista dicat: «Excelsus Dominus humilia respicit, et alta a longe cognoscit (Psal. CXXXVII).» Attende etiam qualiter huic sententiae Veritas ipsa concordat: «Omnis, inquit, qui se exaltat, humiliabitur; et qui se humiliat, exaltabitur (Luc. XVIII).»

Hinc est, quod beatus iste et egregius pontifex, cujus hodie gloriosa solemnia frequentare gaudemus, et in hac vita sedem meruit episcopalem suscipere, et post felicem obitum regni coelestis atria penetrare. Sed, ut virtus humilitatis ejus clarius innotescat, aliquid ex ipsa gestorum illius historia nobis praelibare non pigeat. Legitur enim quia quadam die, dum lanisterii esset occupatus officio, ait ad conjugem: Vadam, et videbo visionem mirabilem, videlicet quomodo columba de coelo veniat, et super electi caput solito more consideat. Conjux vero ejus coepit eum subsannare et increpare, dicens: Sed hic labora, noli otiosus stare. Sive enim ieris, sive non ieris, te pontificem populus non ordinabit. Et ille: Sine me, inquit, ut vadam. Tunc illa mentiri se putans, sed ignoranter vera denuntians, ait: Vade, quia qua hora ieris, statim pontifex ordinaberis. Et paulo post subditur: quia pro deformitate squalidi vestimenti, quo erat indutus, abscondit se post januam ipsius loci, ubi erant omnes orantes; et expleta oratione, statim venit columba et requievit super caput ejus post januam latitantis.

Audistis, fratres charissimi, vitam hominis rebus inopem, virtutum divitiis locupletem. Audistis hominem apud homines in humili loco positum, apud Deum vero in arduae sublimitatis arce subnixum. Audistis virum pannosis quidem vestibus foedum, sed praeclara morum honestate conspicuum. Ubi sunt illi qui dicunt: Nos Dei praecepta servare non possumus, quia terrenam substantiam ad usus necessarios non habemus? Ubi sunt, inquam, qui dum hominibus se excusare nituntur, Deo se multo deterius inexcusabiles reddunt?

A la cumbre de esta felicísima dignidad, oh hombre, si deseas ser promovido, procura con todos tus esfuerzos ser postrado en la abyección de la verdadera humildad; si deseas ser exaltado en Cristo, humíllate primero en ti mismo, deprime la soberbia de la carne y elévate a la altura del Creador, reprime lo que sea que surja tumidamente en ti y pronto serás erigido muy lejos por encima de ti. Y ciertamente Dios es alto, incluso altísimo. Pero si te estiras tanto que incluso te rompas, sin embargo por este pacto no aspiras a su alteza; más bien, cuanto más cerca crees acceder, tanto más te alejas repelido hacia las cosas inferiores. Oye lo que dice el Salmista: «Excelso es el Señor y mira a los humildes, y conoce las cosas altas desde lejos (Sal 137)». Atiende también cómo la Verdad misma concuerda con esta sentencia: «Todo el que se ensalza —dice— será humillado; y el que se humilla será ensaltado (Lc 18)».

De aquí es que este bienaventurado y excelente pontífice, cuyas gloriosas solemnidades nos gozamos en frecuentar hoy, mereció tanto recibir la sede episcopal en esta vida como penetrar los atrios del reino celestial después de su feliz fallecimiento. Pero, para que la virtud de su humildad se dé a conocer más claramente, no nos pese gustar algo de la historia misma de sus hechos. Pues se lee que cierto día, mientras estaba ocupado en el oficio del trabajo de la lana, dijo a su esposa: Iré y veré una visión admirable, a saber, cómo una paloma viene del cielo y se posa sobre la cabeza del elegido según la costumbre usual. Pero su esposa comenzó a burlarse de él y a increparle, diciendo: Pero trabaja aquí, no te quedes ocioso. Pues vayas o no vayas, el pueblo no te ordenará pontífice. Y él: Déjame que vaya. Entonces ella, pensando que mentía, pero anunciando ignoradamente cosas verdaderas, dijo: Ve, porque en la hora en que fueras, al instante serás ordenado pontífice. Y poco después se añade: que por la deformidad del vestido sucio con el que estaba revestido, se escondió detrás de la puerta del mismo lugar donde estaban todos orando; y terminada la oración, al instante vino una paloma y descansó sobre la cabeza del que se ocultaba detrás de la puerta.

Habéis oído, hermanos carísimos, la vida de un hombre pobre en cosas, pero rico en las riquezas de las virtudes. Habéis oído de un hombre colocado en un lugar humilde entre los hombres, pero verdaderamente apoyado en la cima de una ardua alteza ante Dios. Habéis oído de un varón ciertamente asqueroso por sus vestidos harapientos, pero conspicuo por la preclara honestidad de sus costumbres. ¿Dónde están aquellos que dicen: «No podemos guardar los preceptos de Dios, porque no tenemos sustancia terrenal para los usos necesarios»? ¿Dónde están, digo, los que mientras se esfuerzan por excusarse ante los hombres, se vuelven ante Dios mucho peor inexcusables?

Accedant et ex B. Severi magisterio veris abundare divitiis discant, ne, dum rebus sunt vacui, sint vitiis pleni et paupertatis caminus si non vitiorum rubiginem purgat, vitiosum metallum ad inanis scoriae fuliginem vertat. Ecce enim beatissimus iste vir sub paupertatis suae onere positus et divinae legis praecepta sufficienter implevit; et, quia aliud non habebat, semetipsum in ara sanctae simplicitatis, velut magnam aliquam columbam, opulentissimum Deo sacrificium obtulit; et, quia in moribus columba fuit, columbae munus accipere meruit. Egestatis quippe angustatus inopia, non ad obsequendum cujuslibet domum potentis intravit, non adulari divitibus, ut mos est pauperum, studuit, non ambitiosa negotiatione augere pecunias anhelavit, non periculosae militiae quae sine peccato bajulari non potest stipendium concupivit, sed muliebri contentus officio, simplicem victum manu et arte quaerebat, et, secundum Psalmistae vocem, labores manuum suarum innocens manducabat (Psal. CXXVII). Qui idcirco hujusmodi artem elegisse prae caeteris non immerito creditur, ut inter uxorem et virum major mutuae charitatis occasio praeberetur, ne, si esset inter eos inaequalitas officiorum, subriperet (subreperet) aliquando etiam diversitas animorum, et ex artis exercendae distantia oriretur forsitan in domestica pace scissura, sed dum uni operi utriusque exhiberetur industria, vere esset in utroque, sicut de primitiva Ecclesia legitur: «Cor unum, et anima una (Act. IV).» Hinc est etiam, quod dum illa beatissimum virum objurgaret, irrideret, verbis mordacibus increparet, ille mitis ac placidus non in iram prorupit, non contumeliosa verba respondit, non ad ulciscendum se in uxorem jus debitae potestatis exercuit. Servans illud Apostoli: «Viri, diligite uxores vestras, et nolite amari esse ad illas (Col. III);» et quia idem dicit Apostolus: «Vir non habet potestatem corporis sui, sed mulier (I Cor. VII);» donec ab ea licentiam suae petitionis extorsit, ire ex propria voluntate ad miraculum non praesumpsit.

Pensate, fratres mei, quando iste in quemlibet virum esse contumax potuit, qui et subjectae mulieri tam humiliter obedivit? quando adversantibus inimicis malum pro malo reddidit, qui et suae uxoris injurias tam aequanimiter toleravit? Aut quando vir iste contumelias proximo praesumpsit inferre, qui et illatam sibi, cum utique potuisset, noluit vindicare? «Beatus siquidem vir, qui potuit transgredi, et non est transgressus, facere mala, et non fecit; ideo stabilita sunt bona illius in Domino (Eccli. XXXI).»

Acérquense y aprendan del magisterio del bienaventurado Severo a abundar en las verdaderas riquezas, no sea que, mientras están vacíos de cosas, estén llenos de vicios, y el horno de la pobreza, si no purga la herrumbre de los vicios, convierta el metal vicioso en el hollín de la escoria vana. Pues he aquí que este beatísimo varón, puesto bajo el peso de su pobreza, tanto cumplió suficientemente los preceptos de la ley divina; y, como no tenía otra cosa, se ofreció a sí mismo en el altar de la santa simplicidad como sacrificio opulentísimo a Dios, como si fuera alguna gran paloma; y, porque en sus costumbres fue paloma, mereció recibir el don de la paloma. En verdad, estrechado por la penuria de la indigencia, no entró en la casa de ningún potente para servir; no procuró adular a los ricos, como es costumbre de los pobres; no anheló aumentar sus dineros mediante una negociación ambiciosa; no deseó el estipendio de la milicia peligrosa que no puede ejercerse sin pecado; sino contento con el oficio mujeril, buscaba el sustento sencillo con su mano y arte, y, según la voz del Salmista, comía inocente los trabajos de sus manos (Sal 127). Quien por eso se cree no sin mérito que eligió este tipo de arte por sobre los demás, para que se ofreciera entre esposa y marido una mayor ocasión de mutua caridad, no fuera que, si hubiera entre ellos desigualdad de oficios, se deslizara alguna vez también una diversidad de ánimos, y de la distancia del arte a ejercer surgiera tal vez en la paz doméstica una escisión; sino que mientras se aplicaba la industria de ambos a una sola obra, hubiera verdaderamente en ambos, como se lee de la Iglesia primitiva: «Un solo corazón y una sola alma (Hch 4)». De aquí es también que mientras ella reprendía al beatísimo varón, se burlaba de él e increpaba con palabras mordaces, él, manso y plácido, no prorrumpió en ira, no respondió palabras contumeliosas, no ejerció el derecho del poder debido para vengarse en la esposa. Guardando aquello del Apóstol: «Maridos, amad a vuestras mujeres y no seáis amargos con ellas (Col 3)»; y porque el mismo Apóstol dice: «El marido no tiene potestad sobre su cuerpo, sino la mujer (1 Cor 7)»; hasta que extorsionó de ella la licencia de su petición, no presumió ir al milagro por propia voluntad.

Pensad, hermanos míos, ¿cuándo pudo este hombre ser contumaz hacia cualquier hombre, él que obedeció tan humildemente a una mujer sujeta? ¿Cuándo devolvió mal por mal a los enemigos adversarios, quien también toleró las injurias de su propia esposa con tanta ecuanimidad? ¿O cuándo este varón presumió inferir contumelias al prójimo, él que no quiso vengar la inferida a sí mismo, habiendo podido ciertamente hacerlo? «Bienaventurado ciertamente el varón que pudo transgredir y no transgredió, hacer males y no los hizo; por eso han sido establecidos sus bienes en el Señor (Eclo 31)».

Sed quid est hoc, fratres mei, quod omnipotens Deus electos suos, quos tam charos sibi in aeternum conspicit, tam vehementer quasi despiciens affligit? Et undique in hoc saeculo adversitatum verberibus cingit, quos ante saecula ad ineffabile gaudium supernae felicitatis elegit? Nisi hoc quod pietati fidelium patet, quoniam idcirco sic eos premit in infimis, quia videt quomodo remuneret in summis? Et foris usque ad despecta dejicit, quia intus usque ad incomprehensibilia perducit. Hinc ergo, hinc unusquisque colligat quid illi sunt passuri quos reprobat, si hic tanta severitate cruciat quos amat. Ecce enim beatus Severus rebus necessariis destituitur, deformis indumenti squalore foedatur, vilis lanisterii labore conficitur, et quod omnibus est intolerabilius, subsannantis uxoris derisionibus perurgetur. Antiquus enim hostis, quem non de paupertatis inopia, non de assidui laboris afflictione, non de inhonestarum vestium deformitate provocare ad impatientiam potuit, ad irrogandam verborum contumeliam mentem uxoris accendit, et ejus linguam ad injuriam mordacis objurgationis exacuit; cor mulieris consuetis suae suggestionis aculeis incitat, et linguam ejus in audaciam male liberae praesumptionis effrenat, quatenus virilis animus, qui ad impatientiam ex mundi adversitate non flectitur, saltem ex uxoris injuria ad iracundiam provocetur, et munitissimum Christi vallum, quod circumfusa hostium multitudo non penetrat, exorta intrinsecus seditio civilis aperiat; quod obsidentis exercitus impacti arietes diruere nequeunt, domestica scissura praebente aditum capiatur. In alto quippe vir sanctus mentis aedificium fixerat, et idcirco illuc irrumpere hostiles impetus non valebant. Quaeritur ergo ab adversario, quia haec excelsa munitio inexpugnabilis cernitur, quibus ad eam gradibus ascendatur. Vicina est autem vero mulier atque subjuncta. Cor igitur mulieris tenuit, et quasi scalam, qua ad cor viri ascendere potuisset, invenit. Occupavit animum conjugis scala mariti; sed nihil hac arte praevaluit, quia vir fortis patientiae scutum verborum telis opposuit, et ea pro nihilo deputans, velut audiens non audivit Dignum nempe erat ut mulieris verba virilis animus non admitteret, cum profecto de ipso primo lapsu humani generis nosset quod docere mulier recta nesciret. Unde bene etiam per Paulum dicitur: «Docere autem mulierem non permitto (I Tim. I).» Quia nimirum aliquando cum docuit, a sapientiae tramitae deviavit.

Pero ¿qué es esto, hermanos míos, que el Dios omnipotente aflige a sus elegidos, a quienes ve como tan queridos para sí por la eternidad, tan vehementemente como si los despreciara? ¿Y por todas partes en este siglo ciñe con los azotes de las adversidades a quienes antes de los siglos eligió para el gozo inefable de la felicidad suprema? ¿Sino esto que está patente a la piedad de los fieles, que por eso los oprime así en lo ínfimo, porque ve cómo los remunerará en lo sumo? Y hacia fuera los abate hasta las cosas despreciadas, porque hacia dentro los conduce hasta las incomprensibles. De aquí, pues, de aquí recoja cada uno qué van a padecer aquellos a quienes reprueba, si aquí crucifica con tanta severidad a los que ama. Pues he aquí que el bienaventurado Severo es privado de las cosas necesarias, es ensuciado por la suciedad de un vestido deforme, es consumido por el trabajo del vil oficio de la lana y, lo que es para todos más intolerable, es hostigado por las burlas de su esposa escarnecedora. Pues el antiguo enemigo, a quien no pudo provocar a la impaciencia por la penuria de la pobreza, ni por la aflicción del trabajo asiduo, ni por la deformidad de los vestidos deshonestos, encendió la mente de la esposa para infligir la contumelia de las palabras, y afiló su lengua para la injuria de la mordaz reprensión; incita el corazón de la mujer con los acostumbrados aguijones de su sugestión, y desboca su lengua hacia la audacia de una presunción mal libre, para que el ánimo viril, que no se dobla a la impaciencia por la adversidad del mundo, sea al menos provocado a la ira por la injuria de la esposa, y una sedición civil surgida intrínsecamente abra el munitísimo baluarte de Cristo, que la multitud circundante de enemigos no penetra; que lo que los arietes impactados del ejército sitiador no pueden destruir, sea capturado por la escisión doméstica que ofrece el acceso. En lo alto, ciertamente, el varón santo había fijado el edificio de su mente, y por eso no valían los ímpetus hostiles para irrumpir allí. Se busca, pues, por el adversario, dado que esta excelsa fortificación se ve inexpugnable, por qué gradas se asciende a ella. Pero la mujer está verdaderamente cerca y unida. Ocupó, pues, el corazón de la mujer y encontró como una escala por la cual hubiera podido ascender al corazón del varón. La escala del marido ocupó la mente de la esposa; pero nada prevaleció con este arte, porque el varón fuerte opuso el escudo de la paciencia a los dardos de las palabras y, reputándolos como nada, como quien oye no oyó. Digno era, ciertamente, que el ánimo viril no admitiera las palabras de la mujer, pues por la misma primera caída del género humano sabía que la mujer no sabía enseñar cosas rectas. De donde bien se dice también por Pablo: «No permito a la mujer enseñar (1 Tim 1)». Porque, a saber, alguna vez cuando enseñó, se desvió de la senda de la sabiduría.

Antiquus itaque hostis ab Adam in officina lanisterii perdidit qui Adam in paradiso superavit (Gen. I); atque adjutricem suam mulierem, dum ad contumeliam amarae correptionis ascendit, ad exemplum potius discendae patientiae nesciens destinavit; et dum illam perversa quae doceret edocuit, ad scholam rectitudinis misit; et quae excitata fuerat ut perderet, erudita est ne periret. Sic, sic a nostris viris fortibus hostis percutitur, ut sua ei tela rapiantur. Unde se exaggerare aestimat dolorem vulnerum, inde eis contra semetipsum suggerit arma virtutum.

Ex verbis autem male corripientis uxoris, dilectissimi fratres, solerter debemus inspicere quod antiquus adversarius non solum per semetipsum, sed per eos etiam qui nobis adhaerent, statum satagit nostrae mentis inclinare. Cum enim cor nostrum lubricus serpens sua persuasione non subruit, ad hoc nimirum per linguas adhaerentium repit. Hinc enim scriptum est: «A filiis tuis cave, et a domesticis tuis attende (Eccli. XXXII)» Hinc per prophetam dicitur: «Unusquisque se a proximo suo custodiat, et in omni fratre suo non habeat fudiciam (Jer. IX).» Hinc rursum scriptum est: «Inimici hominis domestici ejus (Mich. VII; Matth. X).» Improbus namque adversarius eum a bonorum cordibus repelli se conspicit, eos, qui ab illis familiarius diliguntur, exquirit, et eos saepe ad inferendam injuriam concitat, quatenus sancti viridum eorum, a quibus maxime venerari debuerant, perversitate lacerantur, eorum mens proclivius ad iracundiam provocetur. Sed ecce iniquus hostis ubique frangitur, ubique superatur: Bellatoribus enim Christi per cuncta jam tentationum argumenta succubuit, qui illud suum familiare solatium etiam de muliere frustratus amisit. Sic enim et beatus Job postquam cuncta quae possederat abstulisset, post quam ipsum ejus corpus gravi ulcere vulnerasset, quia vulneribus carnis ad mentis vulnus pervenire non valuit, etiam conjunctae mulieris linguam quaesivit, et quia aperto certamine superari se doluit, de ore conjugis jaculum quasi de insidiis intorsit. Dixit enim illa: «Adhuc permanes in simplicitate tua? Benedic Deo, et morere (Job II).» Sic et beatus Tobias postquam ad nimiae paupertatis aerumnam, Deo disponente, devenit, postquam oculorum lumen amisit, quia illum malignus spiritus vidit corporeo lumine non videntem, divino autem splendore interius coruscantem, foris rebus vacuum, intrinsecus Deo plenum, ad solita arma cucurrit et uxoris lingnam ad inferendum vehementissimae objurgationis opprobrium concitavit. Quae dixit: «Vere vana facta est spes tua, eleemosynae tuae modo apparuerunt (Tob. II).»

Así, pues, el antiguo enemigo perdió ante Adán en la oficina de la lanistería a quien superó ante Adán en el paraíso (Gén 1); y destinó sin saberlo a su ayudante la mujer, mientras ella ascendía a la contumelia de la amarga corrección, más bien como ejemplo de paciencia por aprender; y mientras le enseñaba las cosas perversas que ella enseñara, la envió a la escuela de la rectitud; y la que había sido incitada para que perdiera, fue instruida para que no pereciera. Así, así es golpeado el enemigo por nuestros varones fuertes, para que le sean arrebatados sus propios dardos. De donde estima exagerar el dolor de las heridas, de allí les sugiere contra sí mismo las armas de las virtudes.

Por las palabras de la esposa que mal reprende, dilectísimos hermanos, debemos inspeccionar con solercia que el antiguo adversario no solo por sí mismo, sino también por aquellos que se nos adhieren, procura inclinar el estado de nuestra mente. Pues cuando la serpiente lubricante no subvierte nuestro corazón con su persuasión, a esto ciertamente repta por las lenguas de los que se adhieren. De aquí, pues, está escrito: «Guárdate de tus hijos y atiende a tus domésticos (Eclo 32)». De aquí se dice por el profeta: «Guárdese cada uno de su prójimo y en ningún hermano suyo tenga confianza (Jer 9)». De aquí nuevamente está escrito: «Los enemigos del hombre son sus domésticos (Miq 7; Mt 10)». Pues el improbo adversario se ve repelido de los corazones de los buenos, busca a aquellos que son amados por ellos más familiarmente, y a menudo los incita a inferir injuria, para que mientras los santos son lacerados por la perversidad de aquellos por quienes debieron ser venerados máximamente, su mente sea provocada más proclivemente a la ira. Pero he aquí que el inicuo enemigo en todas partes se rompe, en todas partes es superado: pues sucumbió ante los guerreros de Cristo por todos los argumentos de las tentaciones ya, quien perdió frustrado aquel su familiar consuelo incluso respecto de la mujer. Pues así también el bienaventurado Job, después de que le hubiera quitado todo lo que poseía, después de que su mismo cuerpo hubiera herido con grave úlcera, dado que no pudo llegar a la herida de la mente por las heridas de la carne, buscó también la lengua de la mujer unida y, dado que le dolió ser superado en certamen abierto, lanzó un dardo desde la boca de la esposa como desde una emboscada. Pues dijo ella: «¿Aún permaneces en tu simplicidad? Bendice a Dios y muere (Job 2)». Así también el bienaventurado Tobías, después de que llegó a la penuria de una excesiva pobreza, disponiéndolo Dios, después de que perdió la luz de los ojos, porque el espíritu maligno lo vio no viendo con la luz corpórea, pero coruscando interiormente con el esplendor divino, vacío de cosas por fuera, lleno de Dios por dentro, corrió a las armas acostumbradas e incitó la lengua de la esposa para inferir el oprobio de una reprensión vehementísima. La cual dijo: «Verdaderamente se ha hecho vana tu esperanza, tus limosnas han aparecido ahora (Tob 2)».

Et sicut istae perversae conjugi nihil respondit, sed injecto sibi diabolicae suggestionis telo, mox ad orationis arma, Scriptura teste, cucurrit (Tob. IV), sic et beatissimus vir Severus respondere ad uxoris verba contempsit; ad accipiendum vero S. Spiritus donum, eodem suggerente spiritu, nesciens properavit.

Si autem divinae justitiae ordinem subtili meditatione perpendimus, non sine causa sanctos viros uxorum afflictos molestia reperimus. Quia enim vir uxori male consentiendo Creatoris sui praecepta contempserat, jam dignum est ut a viro mulier dissentiendo duris eum verberum contumeliis vehementer affligat. Quo enim mulieri male obediens paruit, eo Conditori suo inobediens fuit. Scriptum quippe est: «Tulit mulier de fructu et comedit, deditque viro suo qui comedit: et aperti sunt oculi amborum (Genes. III).» Ex ea igitur ab Auctore feriendus erat, quam errans Auctori praeposuerat, ut unde homo culpam non timuit superbus admittere, inde poenam corrigendus inveniret. Et tanto citius respiceret ad illum quem superbiendo contempsit, quanto amaritudinis plenam esse conspiceret cui delectabiliter obedivit.

Verumtamen non idcirco ista dicimus, ut beati viri uxorem periisse cum reprobis mulieribus asseramus. Si enim ab electorum sorte exclusam esse cognosceret, nequaquam vir sancto repletus Spiritu unum cum ea sepulcrum habere voluisset. Communis igitur sepultura corporum indicat quod beatorum conjugum animas meritorum varietas non discernat; et dum vir uxori in morte se libenter associat, constat utique quia in illa vita utriusque inter se merita non elongat. Credi quippe non immerito potest, quia postquam mulier beatissimum virum divinitus electum ad pontificale fastigium contra suam opinionem vidit, mox maculam sui reatus agnovit, confusa erubuit, poenitentiam egit, et sic de caetero studiosius se in virtutibus sanctae conversationis exercuit. Unde etiam de illa scriptum est quia postquam beatissimus vir episcopus factus est, admirans congratulabatur ei.

Vos autem, dilectissimi fratres mei, qui ad audienda tanti viri praeconia, Deo vos inspirante, diligenter intenditis, patientiam laudatis, humilitatem exollitis, tantarum virtutum insignia in usus vestros assumite, et quod illum fuisse libenter auditis, ipsi etiam fieri per Dei gratiam studiose curate. Eritis namque quod est, si contenditis et ipsi esse quod fuit.

Y como este nada respondió a la perversa esposa sino que, lanzado contra sí el dardo de la sugestión diabólica, pronto corrió a las armas de la oración, testificándolo la Escritura (Tob 4), así también el beatísimo varón Severo despreció responder a las palabras de la esposa; pero se apresuró sin saberlo a recibir el don del Espíritu Santo, sugiriéndolo el mismo espíritu.

Pero si sopesamos el orden de la justicia divina con sutil meditación, no sin causa encontramos a los varones santos afligidos por la molestia de las esposas. Pues dado que el varón, al consentir mal a la esposa, había despreciado los preceptos de su Creador, ya es digno que la mujer, al disentir del varón, lo aflija vehementemente con las duras contumelias de los azotes. Pues en lo que obedeciendo mal a la mujer paró, en eso fue inobediente a su Conditor. Está escrito, ciertamente: «Tomó la mujer del fruto y comió, y dio a su varón que comió: y se abrieron los ojos de ambos (Gén 3)». Por ella, pues, debía ser herido por el Autor, a la cual errando había antepuesto al Autor, para que de donde el hombre no temió admitir la culpa soberbio, de allí encontrara la pena por corregir. Y tanto más pronto mirara hacia aquel a quien soberbiendo despreció, cuanto más viera llena de amargura a aquella a quien obedeció deleitablemente.

Sin embargo, no decimos estas cosas para afirmar que la esposa del bienaventurado varón pereció con las mujeres réprobas. Pues si él hubiera conocido que ella estaba excluida de la suerte de los elegidos, de ninguna manera el varón lleno del Espíritu Santo hubiera querido tener un solo sepulcro con ella. Por lo tanto, la sepultura común de los cuerpos indica que la variedad de los méritos no separa las almas de los bienaventurados cónyuges; y mientras el varón se asocia voluntariamente con su esposa en la muerte, consta ciertamente que en aquella vida los méritos de ambos no los alejan entre sí. Pues puede creerse no sin mérito que, después de que la mujer vio al beatísimo varón, elegido divinamente para la cumbre pontifical (*pontificale fastigium*) contra su opinión, pronto reconoció la mancha de su culpa, se avergonzó confusa, hizo penitencia y así, en lo sucesivo, se ejercitó más estudiosamente en las virtudes de la santa conversación. Por lo cual también se ha escrito de ella que, después de que el beatísimo varón fue hecho obispo, admirada le felicitaba.

Vosotros, pues, mis queridísimos hermanos, que atendéis diligentemente a oír los elogios de tan gran varón, inspirándoos Dios, alabáis la paciencia, ensalzáis la humildad; tomad las insignias de tan grandes virtudes para vuestro uso, y lo que gustosamente oís que él fue, procurad estudiosamente serlo también vosotros por la gracia de Dios. Pues seréis lo que él es, si os esforzáis también vosotros por ser lo que él fue.

In hujus igitur peregrinationis itinere nulla vos prosperitatis suadela decipiat, nulla irruens adversitas frangat, non mentem vestram paupertatis inopia deprimat, non spes abundantiae temporalis extollat, non illata ex ore proximi contumelia ad iracundiam provocet, non ad ulciscendum vos libertas permissae in quemlibet potestatis instiget, quatenus qui nunc imitanda B. Severi vestigia tenetis in vita, cum illo postmodum de aeternae felicitatis praemio gaudere valeatis in patria, auxiliante Domino nostro Jesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et gloriatur [regnat] per infinita saecula saeculorum. Amen.

Sermo V.

II. DE SANCTO SEVERO EPISCOPO RAVENNATE ET CONFESSORE. (I FEBR).

Audistis, fratres charissimi, ex B. Severi, dum legeretur, historia, qualiter illum Deus de lanificii ergodochio sustulit, quam mirabiliter illum non solum praeter opinionem omnium civium, sed etiam sui, ad arcem pontificatus elegit. Audistis pauperculum hominem a Deo mundi divitibus auferri. Audistis dejectum [abjectum] et humilem supra potentatus nobilium cum gloria sublimari. Audistis Spiritum sanctum sapientes saeculi contemnentem, simplicem hominem eligentem, ornatos vestibus transvolantem, in pannosum et squalidum, quasi in amicum familiarem et olim sibi notissimum descendentem.

Libet autem, dilectissimi, ad illud pulchrum spectaculum totos interiorum luminum radios diligenter expandere, et omnipotens Deus quam diverso modo ab hominibus judicet, in quantum mihi possibile est, studiose pensare. Conveniunt universi cives ad oratorium, descendit Spiritus sanctus in columbae specie super populum congregatum. Multa inferius corda, unus desuper inspector. Praestolantur isti magnum aliquem ex divitibus eligi; considerat ille quis ex omnibus maxime valeat dives virtutibus inveniri. Isti apud se praeferunt eruditam linguam, luculentum sermonem; ille autem animum simplicem et cordis eligit puritatem. Hinc populus visu plebeios praeterit, ad primates vero, quis eorum maxime eligatur, attendit; inde autem «excelsus Dominus humilia respicit, et alta a longe cognoscit (Psal. CXXXVII).» Hinc multi sibimetipsis, illud sacrae dignitatis culmen exoptant, et garrulo silentio intra conscientiam clamant: O si columba veniat super me, o si Deus eligat me! Putas ego ero electus? Putas mihi dabitur episcopatus? Inde autem ille scrutatur renes et corda (I Par. XXVIII; Psal. VII), «qui finxit sigillatim corda eorum, qui intelligit omnia opera eorum (Psal. XXXII).»

Por lo tanto, en el camino de esta peregrinación, ninguna persuasión de prosperidad os engañe, ninguna adversidad que irrumpa os rompa, no deprima vuestra mente la penuria de la pobreza, no os ensalce la esperanza de la abundancia temporal, no os provoque a la ira la contumelia inferida por la boca del prójimo, no os instigue a vengaros la libertad de la potestad permitida sobre cualquiera, para que quienes ahora mantenéis en la vida las huellas de San Severo que deben ser imitadas, podáis después alegraros con él por el premio de la felicidad eterna en la patria, con la ayuda de nuestro Señor Jesucristo, que vive y es glorificado [reina] con el Padre y el Espíritu Santo por los infinitos siglos de los siglos. Amén.

Sermón V.

II. SOBRE SAN SEVERO, OBISPO DE RÁVENA Y CONFESSOR. (1 DE FEB).

Habéis oído, hermanos queridísimos, de la historia de San Severo, mientras se leía, cómo Dios lo levantó del taller de lanas (*lanificii ergodochio*), cuán maravillosamente lo eligió, no solo más allá de la opinión de todos los ciudadanos, sino incluso de la suya, para la cima del pontificado. Habéis oído que un hombre pobrecillo fue arrebatado por Dios de los ricos del mundo. Habéis oído que el abatido y humilde fue sublimado con gloria sobre los potentados de los nobles. Habéis oído que el Espíritu Santo, despreciando a los sabios del siglo, eligiendo a un hombre sencillo, pasando por alto a los adornados con vestiduras, descendió sobre uno andrajoso y escuálido, como sobre un amigo familiar y antaño muy conocido por Él.

Place, queridísimos, expandir diligentemente todos los rayos de las luces interiores hacia aquel hermoso espectáculo y sopesar estudiosamente, en cuanto me sea posible, de cuán diverso modo juzga Dios omnipotente respecto de los hombres. Se reúnen todos los ciudadanos en el oratorio; desciende el Espíritu Santo en forma de paloma sobre el pueblo congregado. Muchos corazones abajo, un solo Inspector arriba. Estos esperan que sea elegido alguien grande de entre los ricos; Aquel considera quién de entre todos prevalece más en ser encontrado rico en virtudes. Estos prefieren ante sí una lengua erudita, un sermón brillante; Él, en cambio, elige un ánimo sencillo y la pureza del corazón. De aquí que el pueblo pasa por alto con la vista a los plebeyos, y atiende a los próceres, sobre quién de ellos sea elegido máximamente; pero de allá «el Señor excelso mira las cosas humildes y conoce las altas desde lejos (Sal 137)». De aquí que muchos anhelan para sí mismos aquella cumbre de la sagrada dignidad, y claman con un gárrulo silencio dentro de la conciencia: ¡Oh, si viniera la paloma sobre mí, oh, si Dios me eligiera a mí! ¿Crees que yo seré el elegido? ¿Crees que se me dará el episcopado? Pero de allá escudriña los riñones y los corazones (1 Crón 28; Sal 7), «el que formó individualmente los corazones de ellos, el que entiende todas las obras de ellos (Sal 32)».

Et quidem aderant ibi multi, utpote in egregia civitate, alii quidem frementium equorum glomeratis gressibus incedere soliti, alii claris natalium titulis insigniti, alii pretiosarum vestium nitore conspicui, alii crebris obsequentium militum cuneis constipati, alii omnibus his mundi muneribus multipliciter praediti, alii quibusdam pro sua possibilitate dotati. Sed omnipotens Deus, qui corda omnium subtiliter intendebat, quod olim per prophetam dixerat, sine aliquo vocis strepitu iterum repetebat: «Super quem, inquit, requiescet Spiritus meus, nisi super humilem, et quietum, et trementem sermones meos?» (Isa. LXVI.) Videbat populus in aperto loco columbam coelitus exspectantem. Aspiciebat illa Severum pauperculum post januam latitantem. Qui enim se hominibus abscondebat, divinae majestatis intuitum declinare non poterat.

Quid est hoc, S. Severe? tam pauper, tam dives? tam humilis, tam sublimis? tam pannosus, tam gloriosus? apud judicia humana dejectus, ex divina providentia invisibiliter sublimatus? Cur te abscondere niteris, qui ad hoc proveheris ut ad virtutis exemplum omnium oculis proponaris? Cur vultus hominum crubescis, qui divinae majestatis conspectui prae omnibus placuisti? Videlicet idcirco absconderis, ut videas, et non videaris; videas scilicet columbam pro admiratione; non videaris autem pro vestium foeditate. Age jam manifesta te in publicum, procede in medium, et Christianae familiae suscipe villicatum. Exeat margarita de sterquilinio, ut in summi regis fulgeat ornamento. Non lateat ulterius lucerna sub modio, sed super candelabrum posita, omnes, qui in domo sunt, splendoris sui luce perfundat (Matth. V). Pasce igitur Dominicum gregem, et super ovile Christi curam exhibe pastoralem. Tibi Christus Ecclesiam suam committere jam decrevit, quam inaestimabili sui sanguinis pretio comparavit. Suscipe egregiae administrationis officium, ut de commissi talenti foenore auctum referas lucrum. Nec expavescas ignorantiam litterarum, non dubites de incompositorum enormitate sermonum, quia ille qui promovet te, sine legendi labore instruet te; qui tibi doctrinae committit officium, docendi etiam suggeret incrementum. Summum quippe est verbum, quod tibi seminandi verbi exhibet ministerium. Hoc verbum tibi, tuisque [f. tuique] similibus per semetipsum dicit: «Cum steteritis ante reges, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini; dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini (Matth. X).» Et iterum: «Non vos estis, qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis (Ibid.).»

Y ciertamente estaban allí presentes muchos, como en una ciudad egregia: unos, por cierto, acostumbrados a caminar con los pasos apiñados de caballos relinchantes; otros, distinguidos por preclaros títulos de nacimiento; otros, conspicuos por el brillo de preciosas vestiduras; otros, rodeados por frecuentes cuñas de soldados obedientes; otros, dotados múltiplemente con todos estos dones del mundo; otros, dotados de algunos según su posibilidad. Pero Dios omnipotente, que atendía sutilmente los corazones de todos, repetía de nuevo sin ningún estrépito de voz lo que antaño había dicho por el profeta: «¿Sobre quién —dice— descansará mi Espíritu, sino sobre el humilde y el queeto, y el que tiembla ante mis palabras? (Is 66)». Veía el pueblo en lugar abierto a la paloma esperando desde el cielo. Miraba ella al pobrecillo Severo que acechaba tras la puerta. Pues quien se escondía de los hombres, no podía declinar la mirada de la majestad divina.

¿Qué es esto, san Severo? ¿Tan pobre, tan rico? ¿Tan humilde, tan sublime? ¿Tan andrajoso, tan glorioso? ¿Abatido ante los juicios humanos, sublimado invisiblemente por la divina providencia? ¿Por qué te esfuerzas en esconderte, tú que eres promovido a esto para que seas propuesto a los ojos de todos como ejemplo de virtud? ¿Por qué te avergüenzas ante los rostros de los hombres, tú que complaciste a la vista de la majestad divina por encima de todos? Ciertamente, por eso te escondes, para que veas y no seas visto; veas, a saber, a la paloma por admiración; no seas visto, en cambio, por la fealdad de tus vestiduras. Ea, ya manifiéstate en público, sal al medio y recibe la administración de la familia cristiana. Salga la margarita del estercolero para que brille en el ornamento del sumo Rey. No se oculte más la lucerna bajo el modio (*modius*), sino puesta sobre el candelero, bañe con la luz de su esplendor a todos los que están en la casa (Mt 5). Apacienta, pues, la grey del Señor y exhibe el cuidado pastoral sobre el redil de Cristo. Cristo ya decretó encomendarte su Iglesia, la cual compró con el inestimable precio de su sangre. Recibe el oficio de la egregia administración para que, del interés del talento encomendado, devuelvas un lucro aumentado. No te espante la ignorancia de las letras, no dudes de la enormidad de los sermones mal compuestos, porque aquel que te promueve, te instruirá sin el trabajo de leer; el que te encomienda el oficio de la doctrina, te sugerirá también el incremento de la enseñanza. Pues el Verbo sumo es el que te ofrece el ministerio de sembrar la palabra. Este Verbo te dice a ti, y a los que son como tú, por sí mismo: «Cuando estéis ante los reyes, no penséis cómo o qué hablaréis; pues se os dará en aquella hora qué hablaréis (Mt 10)». Y de nuevo: «No sois vosotros los que habláis, sino el Espíritu de vuestro Padre el que habla en vosotros (ibíd.)».

Quid plura? Tandem venit columba, et mirantibus cunctis dilectum sibi caput invisit. Et certe jam olim in ejus pectore invisibiliter erat, in cujus nunc verticem corporaliter descendebat. Sed quid jam fugitivus Dei faceret? Quo se verteret? Quod sibi latibulum tutius inveniret? A conspectu omnium fugit, valvas opposuit, ad videndum sibi solas postium rimulas dereliquit. Sed qui humanos aspectus avertere potuit, columbini acumen intuitus non evasit. Videt se deprehensum; conqueritur intra se nihil sibi profuisse confugium. Verumtamen adhuc suspicatur deceptam errare columbam, nec posse in tanta hominum multitudine certam eligendi notare personam. Tertio igitur ad se volitantem agitatis manibus repulit, et sic in nomine sanctissimae Trinitatis benedictionem suae consecrationis accepit.

O novum, et inauditum promotionis ordinem! o admirabilem egregii pontificis dignitatem! Nam quid aliud fuit, in caput beatissimi viri columbam tertia vice descendere, nisi patenter illum in Patris, et Filii, et Spiritus sancti nomine consecrare? Et quid aliud fuit eamdem columbam a se exturbando, manibus tangere, nisi ecclesiasticae institutionis ordine, in ipsis manibus oleum sanctae unctionis accipere? Nam quod columba in sanctissimi viri caput illapsa descendit, officium manus impositionis implevit. Quod autem sacris se manibus tangi permisit, ipsas manus sancti Spiritus unctione signavit.

Jam vero illud quantae gratiae, quantaeque est excellentiae, Spiritum sanctum in illa figura suscipere, in qua constat super ipsum Dominum nostrum, Mediatorem videlicet Dei et hominum, descendisse? (Matth. III.) Et certe quocunque modo Spiritum sanctum quis accipiat, magni admodum meriti est; in illa autem figura, in qua et ipse unigenitus Patris Filius, accipere Spiritum sanctum, summae est sanctitatis indicium. Super ipsos namque apostolos Spiritus sanctus in igneis linguis apparuit (Act. II); super beatum vero Severum non in ignis imagine, non in linguarum diversitate; sed, sicut super baptizatum Dominum, in columbae visus est specie (Matth. III); ut profecto ostenderet quia sicut columba simplex est animal atque ab amaritudine fellis alienum, ita et beatissimus vir omni carebat livoris amaritudine, et in sancta vivebat simplicis animi puritate. Ecce liquido manifestatur quod per apostolorum principem dicitur: «Quia non est personarum acceptor Deus, sed in omni gente, qui timet illum, et operatur justitiam, acceptus est illi (Act. X).»

Illud etiam nunc in electione beatissimi hujus viri per semetipsam divina providentia custodivit quod olim nos observare per B. Jacobum monuit. Ait enim inter caetera: «Fratres mei, nolite in personarum acceptione habere fidem Domini nostri Jesu Christi gloriae (Jac. II).»

¿Qué más? Al fin vino la paloma y, maravillándose todos, visitó la cabeza que le era querida. Y ciertamente ya antaño estaba invisiblemente en su pecho aquel que ahora descendía corporalmente sobre su coronilla. ¿Pero qué haría ya el fugitivo de Dios? ¿A dónde se volvería? ¿Qué escondite más seguro encontraría para sí? Huyó de la vista de todos, opuso las puertas, dejó para sí solo las rendijas de los postes para mirar. Pero quien pudo apartar las miradas humanas, no escapó a la agudeza de la intuición de la paloma. Se ve atrapado; se queja para sus adentros de que nada le ha servido el refugio. Sin embargo, todavía sospecha que la paloma yerra engañada y que no puede, en tan gran multitud de hombres, notar a una persona determinada para elegir. Por tercera vez, pues, la rechazó con las manos agitadas mientras volaba hacia él, y así, en el nombre de la santísima Trinidad, recibió la bendición de su consagración.

¡Oh, nuevo e inaudito orden de promoción! ¡Oh, admirable dignidad de un egregio pontífice! ¿Pues qué otra cosa fue que la paloma descendiera por tercera vez sobre la cabeza del beatísimo varón, sino consagrarlo patentemente en el nombre del Padre, y del Hijo, y del Espíritu Santo? ¿And qué otra cosa fue tocar a la misma paloma al espantarla de sí con las manos, sino recibir, según el orden de la institución eclesiástica, el óleo de la sagrada unción en esas mismas manos? Pues en cuanto que la paloma descendió deslizándose sobre la cabeza del santísimo varón, cumplió el oficio de la imposición de las manos. Y en cuanto que permitió ser tocada por sus sagradas manos, marcó esas mismas manos con la unción del Espíritu Santo.

Ahora bien, ¡de cuánta gracia y de cuánta excelencia es recibir al Espíritu Santo en aquella figura en la que consta que descendió sobre nuestro mismo Señor, a saber, el Mediador de Dios y de los hombres (Mt 3)! Y ciertamente, de cualquier modo que uno reciba al Espíritu Santo, es de muy gran mérito; pero recibir al Espíritu Santo en aquella figura en la que también lo recibió el mismo Hijo unigénito del Padre, es indicio de la suma santidad. Pues sobre los mismos apóstoles el Espíritu Santo apareció en lenguas de fuego (Hech 2); pero sobre el bienaventurado Severo no se vio en imagen de fuego, ni en diversidad de lenguas, sino, como sobre el Señor bautizado, en forma de paloma (Mt 3); para que ciertamente mostrara que, así como la paloma es un animal sencillo y ajeno a la amargura de la hiel (*fel*), así también el beatísimo varón carecía de toda amargura de malicia y vivía en la santa pureza de un ánimo sencillo. He aquí que se manifiesta claramente lo que se dice por el príncipe de los apóstoles: «Que Dios no hace acepción de personas, sino que en toda nación, el que le teme y obra la justicia, le es acepto (Hech 10)».

Aquello mismo que antaño nos advirtió que observáramos por San Santiago, la divina providencia misma lo guardó ahora en la elección de este beatísimo varón. Pues dice entre otras cosas: «Hermanos míos, no tengáis la fe de nuestro Señor Jesucristo de la gloria con acepción de personas (Sant 2)».

Deinde subjungit: «Etenim si introierit in conventum vestrum vir aureum annulum habens in veste candida: introierit autem et pauper in sordido habitu, et intendatis in eum, qui indutus est veste praeclara, et dixeritis ei: Tu sede hic bene; pauperi autem dicatis: Tu sta illic, vel sede sub scabello pedum meorum; nonne judicatis apud vosmetipsos, et facti estis judices cogitationum iniquarum?» (Ibid.) Nam si hoc beatus apostolus de quotidiani consessibus loquitur, quis non de acceptione personarum in culpam saepissime labitur, nisi cum apud semetipsum forsitan ita judicat, ut ille, cui honorem exhibet, tanto ei melior, quanto et ditior videatur? Sed haec apostolica sententia tunc rectius intelligitur, si illa sedendi ac standi distantia ad honores ecclesiasticos referatur. Non enim leve crimen esse putandum est quemlibet divitem ad ecclesiastici regiminis culmen evehi; pauperem vero sanctiorem et doctiorem a suscipiendi honoris dignitate repelli. Fecit itaque mirabilis in sanctis suis omnipotens Deus (Psal. LXVII), quod fieri debere per apostolum suum docuit, quando spretis divitibus magnum hunc pauperem squalidis indutum vestibus ad episcopalem cathedram mirabiliter sublimavit. Qui suscepto pontificatus officio non magis ex ordine ecclesiasticae dignitatis ascendit quam in arcem quoque summae sanctitatis excrevit.

Nonnulli enim cum regiminis curam suscipiunt, ad lacerandos subditos protinus inardescunt, terrorem potestatis exhibent, et quibus prodesse debuerant, magis nocent, et quia charitatis viscera in filios non habent, domini videri appetunt, patres se esse minime recognoscunt humilitatis locum in elationem dominationis immutant, et semetipsos quasi quidam tyranni in superbiae cornibus exaltant et si quando extrinsecus blandiuntur, intrinsecus saeviunt. De quibus per semetipsam Veritas dicit: «Veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces (Matth. VII).» In vestimentis quippe ovium veniunt, quia vellus quidem innocentiae in superficie praetendunt, sed lupi rapaces sunt, quia malitiae morsus in occulto cordis exacuunt, non attendentes illud quod Dominus discipulis suis dicit: «Ecce, inquit, ego mitto vos sicut agnos inter lupos (Luc. X).» Qui enim locum praedicationis suscipit, mala inferre non debet, sed tolerare, ut ex ipsa sua mansuetudine iram saevientium mitiget, et peccatorum vulnera in aliis ipse afflictionibus vulneratus sanet. Quem et se quando zelus rectitudinis exigit ut erga subjectos saeviat, furor ipse de amore sit, non de crudelitate, quatenus et jura disciplinae exhibeat, et intus paterna pietate diligat quos foris quasi insequendo, [saeviendo] castigat. Mali autem pastores non sicut agni inter lupos, sed potius sicut lupi inter agnos sunt, quia, dum a subditis sibi nullum plerumque morsum laesionis excipiunt, ipsi in eos rapinae suae dentes crudeliter figunt.

Luego añade: «Pues si entrare en vuestra asamblea un hombre que tiene un anillo de oro en vestidura blanca, y entrare también un pobre con hábito sucio, y atendiereis al que está vestido con la vestidura resplandeciente, y le dijereis: Tú siéntate aquí bien; y dijereis al pobre: Tú estate allí de pie, o siéntate bajo el escabel de mis pies, ¿acaso no juzgáis entre vosotros mismos y os habéis hecho jueces de pensamientos inicuos? (ibíd.)». Pues si el bienaventurado apóstol dice esto sobre los asientos cotidianos, ¿quién no cae frecuentemente en culpa sobre la acepción de personas, sino cuando en su interior juzga tal vez de modo que aquel a quien exhibe honor le parece tanto mejor cuanto más rico? Pero esta sentencia apostólica se entiende entonces más rectamente si aquella distancia de sentarse y estar de pie se refiere a los honores eclesiásticos. Pues no debe pensarse que es un crimen ligero que cualquier rico sea elevado a la cumbre del régimen eclesiástico, y que el pobre más santo y más docto sea repelido de la dignidad de recibir el honor. Así, pues, Dios omnipotente, admirable en sus santos (Sal 67), hizo lo que enseñó que debía hacerse por su apóstol, cuando, despreciados los ricos, sublimó maravillosamente a este gran pobre vestido con vestiduras sucias a la cátedra episcopal. El cual, recibido el oficio del pontificado, no ascendió más por el orden de la dignidad eclesiástica de lo que creció también hacia la cima de la suma santidad.

Pues algunos, cuando reciben el cuidado del régimen, al punto se encienden para lacerar a los súbditos; exhiben el terror de la potestad y dañan más a quienes debieron haber aprovechado; y porque no tienen entrañas de caridad con los hijos, apetecen ser vistos como señores, de ningún modo se reconocen como padres; mudan el lugar de la humildad en la elación de la dominación, y se ensalzan a sí mismos como ciertos tiranos en los cuernos de la soberbia; y si alguna vez halagan por fuera, por dentro se enfurecen. De los cuales dice la Verdad por sí misma: «Vienen a vosotros con vestidos de ovejas, pero por dentro son lobos rapaces (Mt 7)». Ciertamente vienen con vestidos de ovejas porque pretenden un vellocino de inocencia en la superficie, pero son lobos rapaces porque aguzan las mordeduras de la malicia en lo oculto del corazón, no atendiendo a aquello que el Señor dice a sus discípulos: «He aquí —dice— que yo os envío como corderos entre lobos (Lc 10)». Pues quien recibe el lugar de la predicación no debe inferir males, sino tolerarlos, para que por su misma mansedumbre mitigue la ira de los que se enfurecen, y él mismo, herido por las aflicciones, sane en otros las heridas de los pecados. Y aun cuando el celo de la rectitud le exija enfurecerse contra los súbditos, ese mismo furor sea por amor, no por crueldad, para que tanto exhiba los derechos de la disciplina como ame interiormente con paterna piedad a quienes por fuera castiga como persiguiéndolos [enfureciéndose]. Pero los malos pastores no son como corderos entre lobos, sino más bien como lobos entre corderos, porque, mientras no reciben de los súbditos casi ninguna mordedura de lesión, ellos mismos clavan cruelmente en ellos los dientes de su rapiña.

Nonnulli vero antequam officii sacerdotalis culmen attingant, mites se et humiles in omnibus exhibent, excrescere in virtutibus student, bonis moribus pollent, et in omni se honestate sanctae conversationis exercent, mala nulli aliquando inferunt, illata vero patienter ferunt, carnem suam assidue jejuniis et orationibus edomant, et cunctos in se vitiorum motus censura rigidae severitatis frenant. Sed cum pastoralis custodiae jura suscipiunt, quidquid sanctitatis habuerant, ut ita, proh dolor! dicam, concambio miserae permutationis amittunt, omne quod pie vixerant obliviscuntur, et decurrentium more fluminum, ad ima absque ullo retentionis obstaculo devolvuntur, et velut mali remiges, cum ad alta pelagi vento impellente deveniunt, quando scilicet majori conamine opus est, in somnum se mortifera securitate resolvunt; vel potius cum gubernandae navis clavum suscipiunt, qui prius cum caeteris strenue navigaverant, jam in magisterio positi in negligentiae se torpore dejiciunt, et non solum alios non custodiunt, sed semetipsos etiam infeliciter perdunt.

Sed quid ista de reprobis pastoribus loquimur, cum et ipsi summae sanctitatis viri suscepto curae pastoralis officio, et si ad mala, quod absit, nullatenus proruunt, saepe tamen ex ipsa boni perfectione, necessitate cogente aliquantulum minuuntur? Hinc est quod B. papa Greg. in prioris vitae conversatione visibilia quaeque se transcendisse gloriatur, postmodum vero curis exterioribus implicari pia lamentatione conqueritur (GREG. in praef. lib. I Dialog.). Hinc est etiam quod de B. Martino Turonensi episcopo legitur, quia major ei virtus ante episcopatum fuerat quam post episcopatum (SEVER. SULPIT., Vita S. Martini, lib. II. cap. 5). Quanquam procul dubio credendum sit quia sanctis praedicatoribus quidquid pro aliorum custodia de propria perfectione subtrahitur, multo largius, multoque uberius in acquirendis subditorum lucris augetur.

Perpendite ergo, fratres charissimi, quam mirabilis vir fuerit beatus Severus, cui sanctitatis meritum suscepti cura regiminis addidit quod aliis excellentissimis etiam viris minuere consuevit. Nam quod aliis saepe descensionis est causa, hoc illi provectionis probatur exstitisse materia; et inde sibi perfectionis culmen est auctum, unde et perfectissimis viris plerumque non ambigitur imminutum. Ecce enim ante commissae praelationis officium virtutum quidem vitam duxisse cognoscitur, virtutum tamen signa nequaquam fecisse perhibetur, post ordinationem vero facta per illum miraculorum signa apertis vocibus clamant quantum priorem vitam merita posteriora transcendant.

Otros, por el contrario, antes de alcanzar la cumbre del oficio sacerdotal, se muestran mansos y humildes en todo; se esfuerzan por crecer en virtudes, brillan por sus buenas costumbres y se ejercitan en toda la honestidad de la santa conversación; nunca infieren males a nadie, sino que llevan con paciencia los inferidos; dominan asiduamente su carne con ayunos y oraciones, y frenan todos los movimientos de los vicios en sí mismos con la censura de una rígida severidad. Pero cuando reciben los derechos de la custodia pastoral, todo cuanto habían tenido de santidad lo pierden —¡ay dolor!, por así decirlo— en un canje de mísera permutación; olvidan todo lo que habían vivido piadosamente y, al modo de los ríos que corren, se deslizan hacia lo profundo sin ningún obstáculo de retención; y como malos remeros, cuando llegan a lo alto del piélago impulsados por el viento, cuando precisamente es necesario un mayor esfuerzo, se abandonan al sueño con una seguridad mortífera; o mejor, cuando reciben el timón de la nave que debe ser gobernada, los que antes habían navegado denodadamente con los demás, ya puestos en la maestría se dejan caer en el torpor de la negligencia, y no solo no custodian a los otros, sino que incluso se pierden infelizmente a sí mismos.

Pero ¿por qué decimos estas cosas sobre los pastores réprobos, cuando incluso los varones de suma santidad, una vez recibido el oficio del cuidado pastoral, aunque de ningún modo se lancen a los males —¡lo que Dios no quiera!—, sin embargo, a menudo se ven un tanto disminuidos en la misma perfección del bien, obligándoles la necesidad? De aquí que el bienaventurado papa Gregorio se gloría de haber trascendido todas las cosas visibles en la conversación de su vida anterior, pero después se queja con piadoso lamento de estar implicado en cuidados exteriores (GREGORIO en el prefacio del libro I de los Diálogos). De aquí es también que se lee sobre el bienaventurado Martín, obispo de Tours, que hubo en él mayor virtud antes del episcopado que después del episcopado (SULPICIO SEVERO, Vida de san Martín, libro II, cap. 5). Aunque sin duda debe creerse que a los santos predicadores, lo que se les resta de la propia perfección por la custodia de los otros, se les aumenta mucho más largamente y mucho más copiosamente en la adquisición de los lucros de los súbditos.

Sopesad, pues, hermanos queridísimos, qué varón tan admirable fue el bienaventurado Severo, a quien el mérito de la santidad le fue aumentado por el cuidado del régimen recibido, el cual para otros varones excelentísimos solía disminuir. Pues lo que para otros es frecuentemente causa de descenso, para él se prueba que existió como materia de promoción; y de allí le fue aumentada la cumbre de la perfección, de donde para los varones más perfectos no se duda que la mayoría de las veces disminuyó. Pues he aquí que antes del oficio de la prelatura encomendada se reconoce, por cierto, que llevó una vida de virtudes, pero de ningún modo se refiere que haya hecho signos de virtudes; después de la ordenación, en cambio, los signos de los milagros hechos por él claman con voces abiertas cuánto trascienden los méritos posteriores a la vida anterior.

Nam quam praeclarum, dilectissimi fratres mei, quam stupendum fuit illud insigne miraculum, quo videlicet inter ipsa missarum solemnia subito in extasim raptus, per spiritum Mutinense oppidum petiit, defuncti fratris et coepiscopi Deo animam commendavit, corpus in sepulcro posuit, et omne funebrium exsequiarum officium per ordinem celebravit! O quam novum spectaculum quantaque admiratione dignissimum, si totum illud simul mortalis capere potuisset intuitus! Aderat siquidem congregatis fidelibus absens, aberat vero praesens. Nimirum a semetipso etiam longe positus, hic viventibus filiis commissae pastoralis curae reddebat debitum, illic defuncto fratri piae humanitatis impendebat officium. Sed et quam leve, quam velox vehiculum noster episcopus habuit, qui, non dicam puncto, non momento, sed in brevissimi temporis ictu tam longa terrarum spatia transmeavit? Nescit sane currus ille viarum asperitatibus reprimi, ignorat oppositionis sufflamine retardari. Verumtamen hoc tam grande miraculum, quo ab aliquo sanctorum ostensum fuisse rarius auditur, eo ab his, qui non credunt omnia possibilia esse credenti, fortasse difficilius creditur.

Quid enim rarius, quid admiratione dignius quam purum spiritum corpus corporaliter sepelire? Et, ut ita dixerim, animam visibiliter animam commendare? Sed ad hoc credendum cito animum flectimus, si et alia divinae virtutis opera studiose pensamus. Liquet profecto quia mobilioris naturae est spiritus, quam corpus, et certe, Scriptura teste, novimus, quod propheta Habacuc ex Judaea sublevatus, repente est in Chaldaeam cum prandio deportatus. Quo videlicet prandio Danielem prophetam refecit, seseque in Judaea iterum invenit (Dan. XIV). Si igitur tam longe Habacuc potuit sub momento corporaliter ire et prandium deferre, quid mirum si beatus Severus obtainit, quatenus per spiritum iret, et defuncto fratri funeris officium exhiberet? Ut sicut ille ad deferendum prophetae cibum corporis corporaliter perrexit, ita iste ad commendandum Deo beatissimi hominis spiritum spiritaliter pergeret.

Jam vero illud quantae virtutis fuit, quantaeque potentiae, quod illi aridus cinis olim jam defuncti cadaveris paruit, et ad vocis ejus imperium exanimata uxoris caro, ut locum filiae cederet, in angustum se sepulturae angulum coarctavit? Justo quippe Dei judicio, mulier, quae olim illum in hac vita subsannando despexerat, jam, mutata sententia, ejus praecepta humiliter observabat. Nimirum quem nentem stamina in humili ergasterio pauperculum noverat, jam tunc in aula superni Regis quam magnus senator esset, his, qui falli non poterant, oculis attendebat.

Pues ¡cuán preclaro, hermanos míos queridísimos, cuán estupendo fue aquel insigne milagro por el cual, a saber, entre las mismas solemnidades de las misas, arrebatado súbitamente en éxtasis, buscó en espíritu la ciudad de Módena, encomendó a Dios el alma del hermano y coepíscopo difunto, puso el cuerpo en el sepulcro y celebró por su orden todo el oficio de las exequias fúnebres! ¡Oh, qué nuevo espectáculo y cuán dignísimo de admiración, si el intuitu mortal hubiera podido captar todo aquello a la vez! Pues ciertamente estaba ausente para los fieles congregados, pero presente; estaba fuera, pero cerca. Sin duda, puesto lejos incluso de sí mismo, aquí devolvía el débito del cuidado pastoral encomendado a los hijos vivientes, allá cumplía el oficio de la piadosa humanidad con el hermano difunto. Pero también, ¡qué ligero, qué veloz vehículo tuvo nuestro obispo, que —no diré en un punto, no en un momento, sino en el golpe de un brevísimo tiempo— atravesó tan largos espacios de tierras! Ciertamente, aquel carro no sabe ser reprimido por las asperezas de los caminos, ignora ser retardado por el freno de la oposición. Sin embargo, este milagro tan grande, del cual rara vez se oye que haya sido mostrado por alguno de los santos, por eso mismo es creído tal vez más difícilmente por aquellos que no creen que todas las cosas son posibles para el que cree.

Pues ¿qué hay más raro, qué más digno de admiración, que un espíritu puro sepulte corporalmente un cuerpo? ¿Y —por así decirlo— que un alma encomiende visiblemente un alma? Pero pronto inclinamos el ánimo a creer esto si sopesamos también estudiosamente otras obras de la virtud divina. Pues consta que el espíritu es de naturaleza más móvil que el cuerpo y ciertamente, testificándolo la Escritura, sabemos que el profeta Habacuc, levantado de Judea, fue transportado de repente a Caldea con una comida. Con la cual comida, a saber, confortó al profeta Daniel y se encontró de nuevo en Judea (Dan 14). Si, pues, Habacuc pudo ir corporalmente y llevar la comida tan lejos en un momento, ¿qué tiene de extraño si el bienaventurado Severo obtuvo ir por el espíritu y cumplir el oficio del funeral con el hermano difunto? Para que así como aquel marchó corporalmente para llevar el alimento al cuerpo del profeta, así este marchara espiritualmente para encomendar a Dios el espíritu del varón beatísimo.

Ahora bien, ¡de cuánta virtud y de cuánta potencia fue que la ceniza seca de un cadáver ya hace tiempo difunto le obedeciera, y que al mandato de su voz la carne exánime de la esposa, para ceder el lugar a su hija, se encogiera en un estrecho rincón de la sepultura! Ciertamente por un justo juicio de Dios, la mujer que antaño lo había despreciado mofándose de él en esta vida, ya, cambiada su opinión, observaba humildemente sus preceptos. Sin duda, a quien había conocido como un pobrecillo hilando estambre en un humilde taller (*ergasterium*), ya entonces con ojos que no podían ser engaados, atendía a cuán gran senador era en el aula del Rey superno.

Sed et hoc incredibile quis forsitan judicat, quamvis venerabilem, et sanctissimum virum, adhuc tamen in hac corruptibili carne degentem, insensibilem potuisse pulverem suis legibus subdere, cujus animam constat ad illud jam invisibile judicium transmigrasse? Hoc tamen etiam facile creditur, si collata hominibus divina gratia subtiliter indagetur. Nunquid enim Petrus in ista adhuc carne non erat, qui ex ore Veritatis audiebat: «Quodcunque ligaveris super terram erit ligatum et in coelis: et quodcunque solveris super terram erit solutum et in coelis?» (Matth. XVI.) Cujus nunc vicem in ligando et solvendo possident quicunque locum sancti regiminis fide et moribus tenent. Sed ut tanta valeat homo de terra, coeli et terrae Conditor in terram venit e coelo; atque ut judicare caro non solum de carne, sed etiam de spiritibus possit, hoc ei largiri dignatus est factus pro hominibus Deus caro. Quia inde surrexit ultra se infirmitas nostra, unde sub se infirmata est firmitas Dei.

Sed cur ista de antiquis B. Severi miraculis dicimus, cum hodie non pauca prodigiorum signa in venerabili sepulturae suae basilica fieri frequenter audiamus? Nam, ut de caeteris sileam, illud unum quantis est praeconiis dignum quantaque laetitia ad divinae omnipotentiae gloriam referendum, quod sub ipso altaris sacratissimi sui corporis clarissima sensim emanataqua, diversis languentium valetudinibus profutura! Nam si fides bibentium exigat, mox ut eam pectora aegrota percipiunt, protinus de infirmitate ad salutem pristinam convalescunt. Et, ut mirabilem rem fieri mirabiliter audias, non in vernalis inclementia temporis, non in autumnalis inundantiae pluviis, non in imbriferae algoribus hiemis, quando ex diversis saxorum molibus solet aqua tenuiter exsudare, sed in ipso fervidae aestatis ardore eam noveris ex arida calce et duris lapidibus ebullire. Ut videlicet quando major incumbit necessitas aegritudinum, tunc potissimum conferat miseratio divina remedium, et humanae infirmitati, quae tunc ex ignei caloris gignitur vitio, medicorum more, vim curationis ex contrario objiciat elemento. Cui illud conferri miraculum satis rationabiliter potest, quod similiter Nilus Aegypti fluvius non alio, nisi aestivo tempore sese in cumulum elevat, plana quaeque hinc inde per circuitum irrigat, et terrarum venas largo suae inundationis madore fecundat. Ne igitur humana vecordia divinae virtutis opera naturae viribus tribuat, saltem ex ipso, quo fiunt, tempore, cui jure deputentur, addiscat; et tanto alacrius ad referendas Creatori suo gratias surgat, quanto et ipsas naturarum vices mutatas suae utilitatis gratia non ignorat.

¿Pero alguien juzga esto tal vez increíble, que un hombre, aunque venerable y santísimo, que aún vivía en esta carne corruptible, pudiera someter a sus leyes el polvo insensible, cuya alma consta que ya había emigrado a aquel juicio invisible? Sin embargo, esto también se cree fácilmente si se indaga sutilmente la gracia divina conferida a los hombres. ¿Acaso no estaba Pedro todavía en esta carne cuando oía de la boca de la Verdad: «Todo lo que ligares sobre la tierra será ligado también en los cielos, y todo lo que desatares sobre la tierra será desatado también en los cielos (Mt 16)»? Cuyo turno en ligar y desatar poseen ahora todos los que ocupan el lugar del santo régimen con fe y costumbres. Pero para que el hombre pudiera tanto desde la tierra, el Conditor del cielo y de la tierra vino a la tierra desde el cielo; y para que la carne pudiera juzgar no solo sobre la carne, sino también sobre los espíritus, se dignó otorgarle esto quien se hizo Dios-carne por los hombres. Porque de allí surgió más allá de sí nuestra enfermedad, de donde la firmeza de Dios se enfermó por debajo de sí.

Pero ¿por qué decimos estas cosas sobre los antiguos milagros de san Severo, cuando hoy oímos que frecuentemente se hacen no pocos signos de prodigios en la venerable basílica de su sepultura? Pues, por callar lo demás, ¡aquella sola cosa de cuántos elogios es digna y con cuánta alegría debe referirse a la gloria de la divina omnipotencia, que bajo el mismo altar de su sacratísimo cuerpo emana sensiblemente un agua clarísima, que ha de aprovechar a las diversas necesidades de salud de los que languidecen! Pues si la fe de los que beben lo exige, tan pronto como los pechos enfermos la perciben, al punto convalece de la enfermedad hacia la salud prístina. Y para que oigas que una cosa admirable se hace admirablemente, no en el tiempo de la inclemencia vernal, no en las lluvias de la inundación otoñal, no en los fríos del invierno imbrífero, cuando suele el agua sudar tenuemente de diversas moles de piedras, sino en el mismo ardor del ferviente estío sabrás que burbujea de la cal seca y de las duras piedras. Para que, a saber, cuando incumbe una mayor necesidad de enfermedades, entonces potísimamente confiera la misericordia divina el remedio y a la enfermedad humana, que entonces se engendra por el vicio del calor ígneo, al modo de los médicos, oponga la fuerza de la curación desde el elemento contrario. Al cual milagro puede compararse razonablemente el hecho de que igualmente el río Nilo de Egipto no en otro tiempo, sino en el estivo, se eleva en un cúmulo, irriga todas las llanuras por aquí y por allá en circuito y fecunda las venas de las tierras con el largo humor de su inundación. No sea, pues, que la necedad humana atribuya las obras de la virtud divina a las fuerzas de la naturaleza; aprenda al menos por el mismo tiempo en que se hacen a quién deben ser justamente imputadas; y levántese tanto más alacremente a dar gracias a su Creador, cuanto no ignora que los mismos cambios de las naturalezas son para su propia utilidad.

Ecce enim omnipotens Deus antiqua operationis suae miracula repetit, ecce iterum per alterum Moysen aquam de petra producit (Exod. XVII); Israeliticum nobis saeculum renovat, quo per exteriora beneficia, utpote verum Israel, ad amorem nos suae visionis accendat. Ecce de beatissimi confessoris sui Ecclesia alterum nobis quodammodo paradisum restituit, cujus saluberrimo fonte nostrae fragilitatis terram clementer infundit.

Agamus igitur, dilectissimi, gratias Creatori nostro, qui idcirco adhuc producit aquam de petra rupis, ut per hanc etiam hauriamus aquam in gaudio de fontibus Salvatoris (Isa. XII). Illam videlicet, de qua ipse in Evangelio dicit: «Qui biberit aquam quam ego do, fiet in eo fons aquae salientis in vitam aeternam (Joan. IV).» Et iterum clamat dicens: «Si quis sitit, veniat ad me, et bibat, et de ventre ejus fluent aquae vivae (Joan. VII).» Quanti sunt hodie, qui si petram illam, ex qua in tempore Moysis aqua producta est, cernere potuissent, lucrum non minimum deputarent. Isti itaque nunc beati Severi ingrediantur ecclesiam, et in multis simul fieri lapidibus videant, quod in uno fuisse factum laetitia piae devotionis exsultant. Hoc etiam superaddito quod aqua illa sitim solummodo bibentibus auferebat, ista etiam diversas languentium aegritudines curat. Illa dum biberetur, simplicis aquae de se dabat indicium, ista dum medetur, diversorum aromatum et medicinalium specierum implet officium.

Haec igitur tot et tam praeclara miracula, fratres charissimi, ad verae utilitatis lucra convertite, et per exteriora divini muneris beneficia, ad interiora quoque medullitus anhelate. Quid enim prodest caduca haec et transitoria bona temporaliter ex divina benignitate percipere, si non contingat ad aeterni quoque boni suscipienda praemia pervenire? Mementote quid Judaeis de antiquis eorum patribus Veritas dixit: «Patres, inquit, vestri manducaverunt manna in deserto, et mortui sunt (Joan. VI).» Perpendite etiam quanta sit in coelis sanctorum gloria, quibus contra naturae suae ordinem ipsa in terris famulantur et obediunt elementa. Quid enim sanctorum animae sive in coelo, sive in terra, sive etiam in abysso non possunt, qui cum ipso, qui omnibus praesidet, unum sunt? Ad illam igitur, dilectissimi, tantae gloriae dignitatem totis nisibus tendite; ad illam quotidie sanctarum virtutum et piae conversationis gressibus properate. Contemnenda quippe sunt vobis cuncta quae cernitis, si ad ea vultis pertingere quae speratis. Attestante etenim beato Paulo, non possumus hic gaudere de saeculo, et illic regnare cum Deo (Rom. XII). Qui iterum dicit: «Non contemplantibus nobis quae videntur, sed quae non videntur. Quae enim videntur, temporalia sunt, quae autem non videntur, aeterna sunt (II Cor. IV).»

He aquí que Dios omnipotente repite los antiguos milagros de su operación; he aquí que de nuevo produce agua de la piedra por otro Moisés (Éx 17); nos renueva el siglo israelítico, para que por los beneficios exteriores nos encienda, como verdadero Israel, en el amor de su visión. He aquí que de la Iglesia de su beatísimo confesor nos ha restituido en cierto modo otro paraíso, de cuya salubérrima fuente infunde clementemente la tierra de nuestra fragilidad.

Demos, pues, queridísimos, gracias a nuestro Creador, el cual por eso produce todavía agua de la piedra del risco, para que por esta saquemos también nosotros agua con gozo de las fuentes del Salvador (Is 12). Aquella, a saber, de la cual Él mismo dice en el Evangelio: «El que bebiere el agua que yo le doy, se hará en él una fuente de agua que salta para la vida eterna (Jn 4)». Y de nuevo clama diciendo: «Si alguno tiene sed, venga a mí y beba, y de su vientre fluirán aguas de agua viva (Jn 7)». Cuántos hay hoy que, si hubieran podido ver aquella piedra de la cual se produjo agua en tiempo de Moisés, lo habrían reputado como un lucro no pequeño. Estos, pues, entren ahora en la iglesia de san Severo y vean hacerse en muchas piedras a la vez lo que se alegran con el gozo de la piadosa devoción de que haya sido hecho en una sola. Con esto añadido además: que aquella agua solo quitaba la sed a los que bebían; esta cura también las diversas enfermedades de los que languidecen. Aquella, mientras se bebía, daba de sí el indicio de ser agua simple; esta, mientras sana, cumple el oficio de diversos aromas y especies medicinales.

Convertid estos tantos y tan preclaros milagros, hermanos queridísimos, en lucros de verdadera utilidad y, por los beneficios exteriores del don divino, anhelad también los interiores desde la médula. ¿Pues qué aprovecha percibir temporalmente estos bienes caducos y transitorios de la benignidad divina, si no acontece llegar a recibir los premios del bien eterno? Recordad lo que la Verdad dijo a los judíos sobre sus antiguos padres: «Vuestros padres —dijo— comieron el maná en el desierto y murieron (Jn 6)». Sopesad también cuánta sea en los cielos la gloria de los santos, a quienes, contra el orden de su naturaleza, los mismos elementos sirven y obedecen en la tierra. ¿Pues qué no pueden las almas de los santos, sea en el cielo, sea en la tierra, sea incluso en el abismo, los cuales son uno con aquel que preside todas las cosas? Hacia aquella dignidad, pues, de tan gran gloria, queridísimos, tended con todos vuestros esfuerzos; hacia ella apresuraos diariamente con los pasos de las santas virtudes y de la piadosa conversación. Ciertamente debéis despreciar todas las cosas que veis, si queréis alcanzar aquellas que esperáis. Pues testificándolo el bienaventurado Pablo, no podemos aquí gozar del siglo y allá reinar con Dios (Rom 12). El cual dice de nuevo: «No contemplando nosotros las cosas que se ven, sino las que no se ven. Pues las cosas que se ven son temporales, pero las que no se ven son eternas (2 Cor 4)».

Fluxa igitur et seductoria immundi hujus mundi blandimenta despicite, minas ejus animi fortitudine superate, surgentia carnis incentiva [incendia] reprimite, mentes vestras, auxiliante Deo, in virtutibus dilatate, torporis et negligentiae frigus de cordibus vestris expellite, ad illud ineffabile supernae beatitudinis gaudium flammato mentis desiderio jugiter suspirate. Nam speculator [spectator] ille, qui corda vestra ad se directa delectabiliter inspicit, libenter etiam vobis suae societatis januam pandit Jesus Christus Dominus noster, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen.

Sermo VI.

DE SANCTO ELEUCHADIO, EPISCOPO RAVENNATE ET CONFESSORE. (XIV FEBR.)

Hodierna festivitas, fratres charissimi, geminum sanctae devotioni vestrae, imo nostrae gaudium cumulat, quia dum venerandi confessoris Eleuchadii solemnia celebramus, necessario mox etiam beati triumphatoris Christi Apollinaris ad memoriam praeclara gesta reducimus. Quia enim, ut Salomon ait, «gloria patris est filius sapiens (Prov. X et XV),» sic alterius causa pendet ex altero, ut quisquis unius laudes digne retulerit, alterius etiam insigne praeconium tacere non possit. Et quia Veritas dicit: «Non potest filius facere, nisi quod viderit patrem facientem (Joan. V):» sic iste beatus alumnus subsecutus est paterna vestigia, ita verae fidei praedicando rectam tenuit lineam, sic religiose vivendo sancto praeceptori consonam exhibuit clientelam, ut ei merito succederet in regimen, cujus imitator exstiterat sanctitate. Sicut enim beatus Petrus princeps apostolici senatus tres inter caeteros eminentiores cognoscitur habuisse discipulos, qui sibi postmodum in pontificatus arce per ordinem successerunt, primo videlicet Linus, deinde Cletus, tertius Clemens, ita nihilominus et beatus Apollinaris quatuor egregios discipulos habuit, post felicem martyrii sui gloriam sibimet in ecclesiastico regimine succedentes, Aderitum scilicet, et beatum hunc, cui praesens sermo famulaturus est, Eleuchadium, subinde Martianum, postremo Calocerum.

Erat autem Eleuchadius iste philosophus, sicut in ipsa beati magistri narratur historia. Superata est ergo sapientia Platonis a discipulo piscatoris. Misit rete verbi in profundam salsuginem Ravennatis oceani, et magliam auratam ad fidei littus traxit. Porro cujus magister olim noverat cuncta per stagna naviculam regere, discipulum docuit cum arguta dialecticorum versutia disputare; docuit, inquam, discipulum acris ingenii et acutae facundiae homines simplici sermone concludere, qui ad includendos per profunda pelagi pisces vilia consueverat retia subnodare.

Despreciad, pues, los fluidos y seductores halagos de este mundo inmundo, superad sus amenazas con la fortaleza del ánimo, reprimid los crecientes incentivos [incendios] de la carne, dilatad vuestras mentes en las virtudes con la ayuda de Dios, expulsad el frío del torpor y de la negligencia de vuestros corazones, suspirad continuamente con un inflamado deseo del ánimo por aquel inefable gozo de la bienaventuranza superna. Pues aquel espectador que inspecciona deleitablemente vuestros corazones dirigidos hacia Él, también os abre gustosamente la puerta de su sociedad, Jesucristo nuestro Señor, que con el Padre y el Espíritu Santo vive y reina por los siglos de los siglos. Amén.

Sermón VI.

SOBRE SAN ELEUCADIO, OBISPO DE RÁVENA Y CONFESOR. (14 DE FEB).

La festividad de hoy, hermanos queridísimos, colma vuestra santa devoción, o más bien la nuestra, con un doble gozo, porque mientras celebramos las solemnidades del venerable confesor Eleucadio, necesariamente traemos también pronto a la memoria las preclaras gestas del bienaventurado vencedor de Cristo, Apolinar. Pues como dice Salomón, «la gloria del padre es el hijo sabio (Prov 10 y 15)», así la causa de uno pende del otro, de modo que quienquiera que relate dignamente las alabanzas de uno, no puede callar el ínclito encomio del otro. Y porque la Verdad dice: «No puede el hijo hacer sino lo que viere hacer al padre (Jn 5)», así este bienaventurado alumno siguió las huellas paternas, de tal modo mantuvo la recta línea predicando la verdadera fe, así exhibió viviendo religiosamente una servidumbre consonante con su santo preceptor, que merecidamente le sucedió en el gobierno, de quien había sido imitador en la santidad. Pues así como el bienaventurado Pedro, príncipe del senado apostólico, es conocido por haber tenido tres discípulos más eminentes entre los demás, que posteriormente le sucedieron por orden en la cumbre del pontificado, a saber, primero Lino, luego Cleto y tercero Clemente, de no menor manera también el bienaventurado Apolinar tuvo cuatro egregios discípulos que le sucedieron en el gobierno eclesiástico tras la feliz gloria de su martirio: Aderito, a saber, y este bienaventurado a quien el presente sermón ha de servir, Eleucadio, seguidamente Marciano y finalmente Calocero.

Era, pues, este Eleucadio filósofo, como se relata en la misma historia de su bienaventurado maestro. Fue superada, pues, la sabiduría de Platón por un discípulo de un pescador. Envió la red de la palabra a la profunda salinidad del océano de Rávena y atrajo una malla dorada a la orilla de la fe. Además, aquel cuyo maestro supo antaño guiar la barquichuela por todos los estanques, enseñó al discípulo a disputar con la arguta astucia de los dialécticos; enseñó, digo, a un discípulo de agudo ingenio y aguda elocuencia a encerrar a los hombres con un lenguaje sencillo, él que solía anudar viles redes para incluir a los peces por lo profundo del mar.

Plane postquam navicularius pelagi clavicularius constitutus est coeli; discipuli piscatorum magistri facti sunt oratorum; et sapientia mundi victa est a simplicitate Christi, quia enim, ut ait Apostolus, non cognovit mundus per sapientiam Deum, placuit Deo per stultitiam praedicationis salvos facere credentes (I Cor. I). Hac simplicitate Paulus, qui se judicat inter Corinthios nihil scire, nisi Christum Jesum, et hunc crucifixum (I Cor. II), superavit Dionysium Areopagitam apud Athenas. Hac simplicitate conclusit beatus Apollinaris Eleuchadium philosophum in urbe Ravenna; qui et ipse consultus de curationum peritia, respondit nihil se scire sine nomine Jesu. Verumtamen utrique huic prudenter simplici beatus Petrus sapientiae testimonium perhibet: nam de Paulo ait: Sicut charissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis (II Petr. III). Apollinari vero dicit: «Ecce eruditus es de omnibus quae fecit Jesus.»

Sed qui Deo sapientes erant mundo se velut fatuos exhibebant. Stulta siquidem mundi elegit Deus, ut confunderet sapientes (I Cor. I). Atque ut magis stupeas, ipsos imperite sapientes a vano superbae sapientiae suae tumore dejecit, ac deinceps in auctoritatem liberae praedicationis erexit, ut idipsum postmodum constanter astruerent quod anxiabantur ante crudeliter impugnare. Quod Moyses tunc mystice figuravit, cum arripiens vitulum aureum igne combussit, ad pulverem usque contrivit, fluctibusque conspergens Israeliticum ex eo populum propinavit (Exod. XXXII). Quid est enim per figuram vitulus ille conflatilis, nisi corpus diaboli? Homines scilicet in omnibus perfidiae, simul et idololatriae errore decepti, ac sub ipso suo pestifero capite tanquam diversa membra, sacrilega conspiratione conjuncti, super quos nimirum ille nequitiae spiritus, velut auctor, praesidens insolenter erigitur, et tanquam caput per tyrannidem suo corpori dominatur? Aureus autem vitulus fuisse describitur, quia videtur idololatriae ritus velut a sapientibus institutus. Auro quippe sapientia designatur, sicut per Salomonem dicitur: «Thesaurus desiderabilis in ore sapientis (Prov. II).» Aureus itaque fuit vitulus, quia mundi sapientes ante novae gratiam fidei daemoniacae culturae fuisse probantur auctores. De quibus nimirum dicit Apostolus: «Quia cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt, sed evanuerunt in cogitationibus suis, et obscuratum est insipiens cor eorum, dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt, et mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, et volucrum, et quadrupedum et serpentium (Rom. I).» Per hanc itaque vesanae sapientiae vanitatem poetae, philosophi, magi, siderum rimatores omniumque disciplinarum liberalium instructi peritia, prodigiosa daemoniorum solebant adorare figmenta.

Claramente, después de que el navegante del mar fuera constituido clavijero del cielo, los discípulos de los pescadores se convirtieron en maestros de los oradores; y la sabiduría del mundo fue vencida por la sencillez de Cristo, porque como dice el Apóstol, puesto que el mundo no conoció a Dios por la sabiduría, plugo a Dios salvar a los creyentes por la necedad de la predicación (1 Cor 1). Con esta sencillez Pablo, que se juzga a sí mismo no saber nada entre los corintios sino a Jesucristo y a este crucificado (1 Cor 2), superó a Dionisio Areopagita en Atenas. Con esta sencillez el bienaventurado Apolinar encerró al filósofo Eleucadio en la ciudad de Rávena; el cual, consultado también él sobre la pericia de las curaciones, respondió que nada sabía sin el nombre de Jesús. Sin embargo, a ambos, prudentemente sencillos, el bienaventurado Pedro les da testimonio de sabiduría: pues de Pablo dice: «Como nuestro queridísimo hermano Pablo os escribió según la sabiduría que le fue dada (2 Pe 3)». A Apolinar le dice: «He aquí que has sido instruido sobre todas las cosas que hizo Jesús».

Pero los que eran sabios para Dios se mostraban ante el mundo como necios. Pues Dios eligió las cosas necias del mundo para confundir a los sabios (1 Cor 1). Y para que te asombres más, a los mismos sabios imperitamente los derribó del vano tumor de su orgullosa sabiduría, y seguidamente los elevó a la autoridad de la libre predicación, para que después afirmaran constantemente aquello mismo que antes se angustiaban por impugnar cruelmente. Lo cual Moisés figuró entonces místicamente cuando, arrebatando el becerro de oro, lo quemó con fuego, lo trituró hasta el polvo y, esparciéndolo por las olas, lo dio a beber al pueblo israelítico (Éx 32). ¿Pues qué es por figura aquel becerro fundido, sino el cuerpo del diablo? Hombres, a saber, engañados en todas las cosas por el error de la perfidia y simultáneamente de la idolatría, y unidos en sacrílega conspiración bajo su mismo pestífero jefe como diversos miembros, sobre los cuales ciertamente aquel espíritu de maldad, como autor, se eleva insolentemente presidiendo y, como cabeza, domina a su cuerpo por la tiranía. Se describe, pues, que fue un becerro de oro porque el rito de la idolatría parece instituido como por sabios. Pues por el oro se designa la sabiduría, como se dice a través de Salomón: «Tesoro deseable en la boca del sabio (Prov 2)». De oro, pues, fue el becerro porque los sabios del mundo, antes de la gracia de la nueva fe, se prueba que fueron los autores del culto demoníaco. De los cuales ciertamente dice el Apóstol: «Porque habiendo conocido a Dios, no lo glorificaron como a Dios, ni le dieron gracias, sino que se desvanecieron en sus pensamientos y se oscureció su insensato corazón; pues diciéndose sabios, se hicieron necios y cambiaron la gloria del Dios incorruptible en semejanza de imagen de hombre corruptible, y de aves, y de cuadrúpedos y de serpientes (Rom 1)». Por esta vanidad de la insana sabiduría, los poetas, filósofos, magos, escudriñadores de los astros e instruidos en la pericia de todas las disciplinas liberales, solían adorar los prodigiosos fingimientos de los demonios.

In vitulo igitur significatum est totum corpus, id est, omnis societas gentilium idololatriae deditorum. Moyses itaque vitulum igne combussit quia Redemptor noster, quem ille signaverat, male conspirata [f. conspirantia] corda gentilium flamma suae charitatis accendit. Unde et ipse dicit: «Ignem veni mittere in terram, et quid volo nisi ut accendatur? (Luc. XII)» Et Propheta: «Non est, inquit, qui se abscondat a calore ejus (Psal. XVIII).» In mente ergo gentilium repente divinus ignis accenditur, ut in eis irrationabilis idololatriae bestialis forma solvatur. Totum deinde corpus vituli hujus in pulverem comminuitur, quia gentilis illa societas diabolicae conspirationis in unum arte conflata, ad adventum Christi quodam velut malleo salutiferae correptionis extusa atque a rigoris sui duritia divini verbi est virtute contrita. Ad verbum siquidem veritatis salubriter comminuitur, quae male integra in superbiae suae forma insensibiliter stare videbatur. Deinde in aquam spargitur, ut Israeliticum ex eo populum bibat.

Comminutus denique vitulus in aquam mittitur, quia humiliatus gentilis populus lavacro salutiferi fontis necesse est abluatur. Quem protinus Israelitae bibunt, quia sancti praedicatores Evangelii, qui vere Israelitae sunt, quos ad Dominicum corpus, quod est Ecclesia, transferunt, in sua membra suscipiendo quasi bibendo convertunt. Quorum videlicet Israelitarum primo dictum est: «Macta et manduca (Act. X);» quod tantumdem est ac si diceretur: «Tere, et bibe.» Sic, sic ille vitulus per ignem zeli, et aciem verbi, aquamque baptismatis ab eis potius absorptus est quos conatus est absorbere: in eos ipse transfusus est, quos in sua, hoc est diabolica, tentaverat membra transferre.

Verumtamen quia Moyses non in hoc metam ultionis fixit, ut idololum duntaxat infringeret, sed insuper addidit ut et viginti tria millia hominum trucidaret, mystice docuit, nequaquam sufficere, si ab idololatriae cultu, vel pravitate vitae quisque convertitur, nisi et propria vitia gladio spiritus mortificare conetur. Unde et praedicator egregius: «Mortificate, inquit, membra vestra, quae sunt super terram, fornicationem, immunditiam, luxuriam, concupiscentiam malam et avaritiam, quae est idolorum servitus (Col. III).» Et notandum quia sicut hic vitia membra nostra esse dicuntur, ita et illic qui perempti sunt, cum interfectoribus suis propinquitatis necessitudine jungebantur, sicut per Moysen dictum est: «Haec dicit Dominus Deus Israel: Ponat vir gladium super femur suum; ite, et redite de porta usque in portam per medium castrorum, et occidat unusquisque fratrem, et amicum et proximum suum (Exod. XXXII).»

En el becerro, pues, se significó todo el cuerpo, esto es, toda la sociedad de los gentiles entregados a la idolatría. Moisés, pues, quemó el becerro con fuego porque nuestro Redentor, a quien él había significado, encendió los mal conspirados corazones de los gentiles con la llama de su caridad. De donde Él mismo dice también: «Fuego vine a traer a la tierra, ¿y qué quiero sino que se encienda? (Lc 12)». Y el Profeta: «No hay —dice— quien se esconda de su calor (Sal 18)». En la mente de los gentiles, pues, de repente se enciende el fuego divino, para que en ellos se disuelva la irracional forma bestial de la idolatría. Todo el cuerpo de este becerro se tritura después en polvo, porque aquella sociedad gentil, fundida en uno por el arte de la conspiración diabólica, al advenimiento de Cristo fue golpeada como por un mazo de saludable corrección y de la dureza de su rigor fue triturada por la virtud de la palabra divina. Pues por la palabra de la verdad se tritura saludablemente lo que parecía estar insensiblemente íntegro en la forma de su soberbia. Luego se esparce en el agua para que el pueblo israelítico beba de él.

Triturado, finalmente, el becerro se echa en el agua, porque es necesario que el humillado pueblo gentil se lave en el lavacro de la fuente saludable. Al cual al punto beben los israelitas, porque los santos predicadores del Evangelio, que son verdaderos israelitas, a quienes trasladan al cuerpo dominical, que es la Iglesia, los convierten en sus propios miembros recibiéndolos como bebiéndolos. De los cuales israelitas se dijo primero: «Mata y come (Hech 10)», lo cual es lo mismo que si se dijera: «Tritura y bebe». Así, así aquel becerro, por el fuego del celo y el filo de la palabra y el agua del bautismo, fue más bien absorbido por aquellos a quienes intentó absorber: en ellos mismos fue transfundido, a quienes había intentado trasladar a sus propios miembros, esto es, diabólicos.

Sin embargo, porque Moisés no fijó en esto la meta de la venganza, en triturar solamente el ídolo, sino que además añadió que degollara a veintitrés mil hombres, enseñó místicamente que de ningún modo basta si alguien se convierte del culto de la idolatría o de la depravación de la vida, si no se esfuerza también en mortificar sus propios vicios con la espada del espíritu. De donde también el ilustre predicador dice: «Mortificad vuestros miembros que están sobre la tierra: la fornicación, la impureza, la lujuria, la mala concupiscente y la avaricia, que es servidumbre de ídolos (Col 3)». Y debe notarse que así como aquí se dice que los vicios son nuestros miembros, así también allí los que fueron aniquilados estaban unidos a sus matadores por la necesidad del parentesco, como fue dicho por Moisés: «Esto dice el Señor Dios de Israel: Ponga cada hombre la espada sobre su muslo; id y volved de puerta en puerta por medio del campamento y mate cada uno a su hermano, y a su amigo y a su prójimo (Éx 32)».

Si quem ergo delectat in arma consurgere, quisquis anhelat adversus hostium cuneos dimicare, vertat manus in se, et illic plures inveniet adversarios obtruncandos, unde videlicet post victoriam non homicidae foedum nomen incurrat, sed gloriosus potius triumphator appareat, unde certe non sanctuarii mereatur excludi liminibus, sed consecrans semetipsum Domino, divinae gratiae benedictionibus augeatur, sicut et illis dictum est: «Consecrastis, inquit, manus vestras hodie Domino, unusquisque in filio et fratre suo, ut detur vobis benedictio (Ibid.).» Quod autem ii, qui caesi sunt, viginti tria millia fuisse referunt, numerus trium millium peremptorum triplicem formam indicat peccatorum. Omne quippe peccatum, aut facto, aut verbo, aut cogitatione committimus. Sed quoniam illic et denarius numerus geminatur, datur intelligi quia sicut Decalogum praeceptorum culpa carnis, simul et animae servare contempsimus, sic etiam utriusque vitia, virtutum armis atterere et mortificare debemus.

Beatus igitur Eleuchadius tunc philosophus magnus, tanquam aureus vitulus contritus est malleo praedicationis, et transfusus est in membra corporis Christi. Tunc doctor terrenae sapientiae, nunc magister effectus est ecclesiasticae disciplinae. Tunc naturalium causarum rimabatur indaginem, nunc omnium naturarum ipsum perspicue contemplatur auctorem. Et qui tunc sidera radio fortasse notaverat, nunc coeli machinam cum sideribus volvi gratulabundus aspectat. Nimirum qui prius fuerat philosophus veritatis, conversus ad Dominum praedicator factus est veritatis; tertius scilicet a beato Petro apostolo in ordine discipulatus, tertius etiam nihilominus a beato Apollinari in arce pontificatus. Et personarum quidem ordo productus, sed eadem fidei puritas, quae ex ipso summo et originali fonte processerat, per devexam alvei seriem decurrebat. Nam a Christo in Petrum, a Petro in Apollinarem, ab Apollinari in Eleuchadium coelestis eloquii fluvius emanavit; ut illud Psalmistae praeconium impleretur: «Qui emittit eloquium suum terrae, velociter currit sermo ejus (Psal. CXLVII).» Beati denique cultores et adjutores Christi, Apollinaris et Eleuchadius; pater videlicet et filius, magister atque discipulus, unius operis ministerium, unius, ut ita loquar, agri fundum, unius susceperunt vineae colonatum. Ille nimirum, ut obscura silvarum condensa succideret; iste vero ut residuos arbustorum truncos et horrescentium veprium dumeta radicitus exstirparet. Ille, ut acuto verbi vomere dura squalentis deserti rura proscinderet; iste ut nihilominus sanctae praedicationis sarculo tumentium vitiorum post eum glebas effringeret et bonorum operum frugibus novalia diligenter exculta vestiret. Ille, ut cum Paulo plantaret; iste ut cum Apolline rigaret (I Cor. III).

Si a alguien, pues, le deleita alzarse en armas, quienquiera que anhele luchar contra los escuadrones de los enemigos, vuelva las manos hacia sí mismo y allí encontrará más adversarios a los que degollar, de donde claramente tras la victoria no incurra en el sucio nombre de homicida, sino que aparezca más bien como un glorioso triunfador, de donde ciertamente no merezca ser excluido de los umbrales del santuario, sino que consagrándose a sí mismo al Señor, sea aumentado por las bendiciones de la gracia divina, como también se les dijo a ellos: «Habéis consagrado vuestras manos hoy al Señor, cada uno en su hijo y en su hermano, para que se os dé la bendición (ibíd.)». En cuanto a que se refiera que los que fueron muertos fueron veintitrés mil, el número de tres mil aniquilados indica la triple forma de los pecados. Pues cometemos todo pecado o de hecho, o de palabra, o de pensamiento. Pero puesto que allí también se duplica el número diez, se da a entender que así como despreciamos guardar el Decálogo de los preceptos por la culpa de la carne y simultáneamente del alma, así también debemos desgastar y mortificar los vicios de ambas con las armas de las virtudes.

El bienaventurado Eleucadio, pues, entonces gran filósofo, fue triturado como el becerro de oro por el mazo de la predicación y fue transfundido a los miembros del cuerpo de Cristo. Entonces doctor de la sabiduría terrena, ahora ha sido hecho maestro de la disciplina eclesiástica. Entonces escudriñaba la indagación de las causas naturales; ahora contempla perspicuamente al Autor mismo de todas las naturalezas. Y quien entonces tal vez había anotado las estrellas con el radio, ahora contempla gozoso cómo se vuelve la máquina del cielo con las estrellas. Sin duda, quien antes había sido filósofo de la verdad, convertido al Señor, fue hecho predicador de la verdad; tercero, a saber, desde el bienaventurado Pedro apóstol en el orden del discipulado, y no menos tercero desde el bienaventurado Apolinar en la cumbre del pontificado. Y aunque el orden de las personas se prolongó, la misma pureza de la fe, que había procedido de aquel mismo sumo y original manantial, corría por la serie declive del cauce. Pues de Cristo a Pedro, de Pedro a Apolinar, de Apolinar a Eleucadio, emanó el río de la elocuencia celestial; para que se cumpliera aquel pregón del Salmista: «El que envía su elocuencia a la tierra, velozmente corre su palabra (Sal 147)». Finalmente, los bienaventurados cultivadores y ayudantes de Cristo, Apolinar y Eleucadio; padre, a saber, e hijo, maestro y discípulo, recibieron el ministerio de una sola obra, el fundo de un solo campo, por así decirlo, el colonato de una sola viña. Aquel, sin duda, para que talara las densas oscuridades de los bosques; este, en cambio, para que extirpara de raíz los troncos residuales de los arbustos y los matorrales de las erizadas zarzas. Aquel, para que con la aguda reja de la palabra surcara los duros campos del escuálido desierto; este para que, no menos, con el azadón de la santa predicación rompiera tras él los terrones de los hinchados vicios y vistiera con los frutos de las buenas obras los novales diligentemente cultivados. Aquel, para que plantara con Pablo; este para que regara con Apolo (1 Cor 3).

Atque ut altius repetam, ille cum Moyse populum Domini diviso mari Rubro in deserta transposuit (Exod. XIV); iste cum Josue, magistro succedens, eumdem populum in terram repromissionis primus introduxit (Jos. IV). Ille docuit qualiter Aegyptum Israel accola sperneret; iste vero qualiter terram lactis et mellis irriguam distributis invicem sortibus possideret. Alter nimirum colla de ferreo jugo Pharaonis excutere, alter admonuit triumphatricibus plantis devictas hostium calcare cervices. Alter edocuit servitutis opprobrium quam celeriter fugerent, alter autem ipsos libertatis titulos quam cautissime custodiirent.

Neque vero credendum est, fratres mei, B. Eleuchadium, dum adhuc viveret, martyrii caruisse laboribus, etsi non fuerit martyrio consummatus. Videbat nimirum gentilitatis nuper exstinctae nonnullas adhuc superesse reliquias; dolebat in populo sibi commisso, vel extrema superstitiosi ritus vestigia remansisse, atque ideo licet persequentium manus gladios non exereret, cruciabatur anima sancta pii zeli ac paternae compassionis incendio concremata. Quid enim prodest, si quisquam catholice credat et gentiliter vivat? Aut quomodo credulitas recta cum vita concordat haeretica? Quid enim juvat, si fides adsit apostolica, ubi conversatio ducitur Ariana? De iis etenim, qui catholice credunt et haeretice vivunt, conqueritur beatus Apostolus dicens: «Confitentur se nosse Deum, factis autem negant (Tit. I).» Cum sive credendo, sive vivendo, Deum negare nihil sit aliud absque dubio quam perire. Quapropter beatus pontifex Eleuchadius non contemnendum pertulit in ipsa Ecclesiae pace martyrium, quandoquidem et si non cum perfide credentibus, sed perverse viventibus infoederabilem probatur habuisse conflictum, quanquam et in fidei doctrina desudasse cum non sine ratione colligimus, cum omnium Ravennati metropoli adjacentium dioecesium civitates et oppida, nullos pene recondere martyres agnoscamus.

Unde beati Apollinaris quanta gloria, quanta sit excellentia mirari digne non possumus, cujus martyrium cum per viginti et novem annorum spatium per innumerabilia fuerit tormenta productum, tantum solus elaboravit quod alter quispiam, ubi in totis fere illis partibus pro testimonio fidei potuisset occumbere, non invenit. Si quid autem forte superfuit, discipulorum ejus successio veneranda supplevit, inter quos nimirum beatus Eleuchadius, velut aureum sidus enituit, et, juxta nominis sui etymologiam, paterni candoris atque splendoris insignia, ut revera filius reportavit.

Y para retomar desde más arriba, aquel con Moisés trasladó al pueblo del Señor a los desiertos dividido el mar Rojo (Éx 14); este con Josué, sucediendo al maestro, introdujo el primero al mismo pueblo en la tierra de la promesa (Jos 4). Aquel enseñó cómo Israel, como morador, despreciara a Egipto; este, en cambio, cómo poseyera la tierra que mana leche y miel repartidas las suertes entre sí. Uno ciertamente amonestó a sacudir el cuello del yugo de hierro de Faraón; el otro a pisar con plantas triunfadoras las vencidas cervices de los enemigos. Uno enseñó con cuánta rapidez huyeran del oprobio de la servidumbre; el otro, en cambio, con cuánta cautela custodiaran los títulos mismos de la libertad.

Ni tampoco debe creerse, hermanos míos, que el bienaventurado Eleucadio, mientras aún vivía, careciera de los trabajos del martirio, aunque no fuera consumado por el martirio. Veía, sin duda, que aún sobrevivían algunas reliquias de la gentilidad recientemente extinguida; le dolía que en el pueblo a él encomendado permanecieran incluso los últimos vestigios del rito supersticioso, y por eso, aunque las manos de los perseguidores no desenvainaran las espadas, su alma santa era torturada, quemada por el incendio del piadoso celo y de la compasión paterna. ¿Pues qué aprovecha si alguien cree católicamente y vive gentilmente? ¿O cómo concuerda la creencia recta con la vida herética? ¿Pues qué ayuda si la fe apostólica está presente donde se lleva una conversación arriana? Pues de aquellos que creen católicamente y viven heréticamente, se queja el bienaventurado Apóstol diciendo: «Confiesan que conocen a Dios, pero con los hechos lo niegan (Tit 1)». Siendo que, sea creyendo, sea viviendo, negar a Dios no es otra cosa sin duda que perecer. Por lo cual el bienaventurado pontífice Eleucadio sobrellevó un martirio no despreciable en la paz misma de la Iglesia, puesto que, aunque no con los que creen pérfidamente, se prueba que tuvo un conflicto inaliable con los que viven perversamente; aunque también recogemos no sin razón que trabajó en la doctrina de la fe, pues reconocemos que las ciudades y villas adyacentes a toda la metrópoli de Rávena casi no esconden ningún mártir.

De donde no podemos admirar dignamente cuánta gloria, cuánta sea la excelencia del bienaventurado Apolinar, cuyo martirio, habiendo sido prolongado por el espacio de veintinueve años a través de innumerables tormentos, tanto él solo trabajó que otro cualquiera, donde en casi todas aquellas partes hubiera podido morir por el testimonio de la fe, no lo encontró. Pero si algo tal vez sobró, lo suplió la venerable sucesión de sus discípulos, entre los cuales sin duda el bienaventurado Eleucadio brilló como una estrella de oro y, según la etimología de su nombre, reportó las insignias del candor y esplendor paterno como verdaderamente un hijo.

Eleuchadius quippe Graece, Latine intelligitur candidus. Nec immerito. Ex eorum nempe fuerat numero, de quibus dicitur: «Candidi facti sunt Nazaraei ejus, splendorem Deo dederunt, et sicut lac coagulati sunt (Thren. IV).» Et Jacob de Christo ad filium: «Pulchriores sunt, inquit, oculi ejus vino, et dentes ejus lacte candidiores (Gen. XLIX).» Oculi nempe Christi, apostoli et evangelistae sunt, qui universo corpori sanctae Ecclesiae lumen sapientiae praestiterunt, quorum doctrina, dum rigorem atque duritiam priscae legis emollit, quodammodo austeritatem vini veteris eorum pulchritudo praecellit, evangelica quippe praecepta mandatis Veteris Testamenti longe sunt clariora. Dentes vero sancti praedicatores sunt, qui conversos homines a pravorum societate praecidunt eosque in Christi corpus, sicut superius dictum est, quasi mandendo trajiciunt. Porro nomine lactis doctrina legis innuitur, quae carnalem populum lactis poculo, tanquam parvulos alere videbatur, quorum nimirum lacte candidiores sunt doctores Ecclesiae, quia fortem et solidum verbi cibum et ipsi comedunt et aliis tradunt, de quibus ad Hebraeos dicit Apostolus: «Perfectorum autem est solidus cibus (Hebr. V).» Et bene candidi esse dicuntur doctores Ecclesiae, quia et a pravitatis macula liberi, et conspicuae conversationis videntur operibus clari.

Quapropter cavendum est, fratres mei, ne qua nos vitiorum nigredo dedecoret, qui candidos in Christi militia duces habemus. Periculose nimirum rerum species fluctuat, ubi cum ducibus subsequentis exercitus insignia non concordant. Beati siquidem patres nostri promptos se exhibebant ad perferenda supplicia, nos autem dum a proximo laedimur, compescamus saltem animos a vindicta. Moyses nempe ad ultionis indicium descendens de monte cornutus apparuit (Exod. XXXIV); super Dominum autem in mansuetudinis Spiritu columba descendit (Matth. III). Illi decreverunt pro Christo propria cuncta contemnere, nos autem discamus saltem quae aliena sunt, non ambire. Praesenti necessitati hodierna cura sufficiat, nec diem crastinum sollicitudinis rancor anticipet.

Israeliticus sane populus, sicut sacra testatur historia, cum manna colligeret, scaturiebat vermibus atque computrescebat, si quis infideliter agens, ex eo in crastinum reservaret (Exod. XVI). Sic nimirum quisquis ardore cupiditatis accensus, ut tanquam corpori suo alimenta provideat, terrenam sibi substantiam thezaurizat, huic ille vermis ebullit, qui conscientiam fodiat, et arcana pectoris rodat. Enimvero ii sollicitudinum vermes, quos avaritia generat, illos denuo vermes parant, de quibus scriptum est: «Ignis eorum non exstinguetur et vermis non morietur (Isa. LXVI),» ut ignem ignis cupiditatis accendat et vermis ex verme procedat.

Pues Eleucadio en griego se entiende en latín como candidus. Y no sin mérito. Pues había sido del número de aquellos de quienes se dice: «Blancos han sido hechos sus nazareos, dieron esplendor a Dios y como la leche se han cuajado (Lam 4)». Y Jacob sobre Cristo a su hijo: «Más hermosos —dijo— son sus ojos que el vino, y sus dientes más blancos que la leche (Gén 49)». Pues los ojos de Cristo son los apóstoles y evangelistas, que prestaron la luz de la sabiduría a todo el cuerpo de la santa Iglesia, cuya doctrina, mientras ablanda el rigor y la dureza de la antigua ley, en cierto modo su hermosura aventaja la austeridad del vino viejo, pues los preceptos evangélicos son mucho más claros que los mandatos del Antiguo Testamento. Los dientes, en cambio, son los santos predicadores, que separan a los hombres convertidos de la sociedad de los malvados y los trasladan al cuerpo de Cristo, como se ha dicho arriba, como masticando. Además, con el nombre de leche se insinúa la doctrina de la ley, que parecía alimentar al pueblo carnal con una copa de leche como a párvulos, de cuya leche ciertamente son más blancos los doctores de la Iglesia, porque ellos mismos comen el alimento fuerte y sólido de la palabra y lo entregan a otros, sobre los cuales dice el Apóstol a los Hebreos: «De los perfectos es el alimento sólido (Heb 5)». Y bien se dice que son blancos los doctores de la Iglesia, porque están libres de la mancha de la depravación y se ven claros por las obras de una conversación conspicua.

Por lo cual debe evitarse, hermanos míos, que ninguna negrura de vicios nos deshonre a nosotros, que tenemos jefes blancos en la milicia de Cristo. Peligrosamente fluctúa la apariencia de las cosas donde las insignias no concuerdan con los jefes del ejército que les sigue. Pues nuestros bienaventurados padres se mostraban prontos a sobrellevar los suplicios; nosotros, en cambio, cuando somos dañados por el prójimo, refrenemos al menos nuestros ánimos de la venganza. Pues Moisés, como indicio de venganza descendiendo del monte, apareció cornudo (Éx 34); sobre el Señor, en cambio, en el Espíritu de mansedumbre descendió una paloma (Mt 3). Ellos decretaron despreciar todas las cosas propias por Cristo; nosotros aprendamos al menos a no ambicionar las que son ajenas. Baste a la necesidad presente el cuidado de hoy, ni el rencor de la solicitud anticipe el día de mañana.

El pueblo israelítico ciertamente, como atestigua la sagrada historia, cuando recogía el maná, bullía en gusanos y se pudría si alguien, actuando infielmente, reservaba algo de ello para el día siguiente (Éx 16). Así claramente quienquiera que, encendido por el ardor de la codicia, atesora para sí sustancia terrena como para proveer alimentos a su cuerpo, a este le brota aquel gusano que cave la conciencia y roa los secretos del pecho. En verdad aquellos gusanos de las preocupaciones, que genera la avaricia, preparan a su vez aquellos gusanos de los que está escrito: «Su fuego no se extinguirá y su gusano no morirá (Is 66)», para que el fuego del fuego de la codicia encienda y el gusano proceda del gusano.

Quanquam et sic valeat non inconvenienter intelligi, quia sicut ipse Christus, qui dicit: «Ego sum vermis, et non homo (Psal. XXI),» provenit aliis in resurrectionem, ita nihilominus verbum ejus fit manna mellisque dulcedo fidelibus, infidelibus autem et prave viventibus vermis fit, non videlicet qui animam reficiens alat, sed qui conscientiam terrendo ac minitando remordeat. Sexto autem die duplex mensura colligi jubebatur, ut ex eo in Sabbatum medietas servaretur. Porro autem sexta dies, sexta mundi aetas intelligitur, in qua nunc sumus. In hac ergo die duplum pro venturo Sabbato colligit qui pro gloriae coelestis intuitu, ubi perpes Sabbatum et vera est requies, verbum Dei et audit et facit. In hac duplum recondit qui et bene vivit, et aliis exemplum salutis ostendit; sive, quod expeditius est, duplicem mensuram colligit, qui tantum in bona operatione desudat, unde et hic Conditori suo ejus anima placeat, et cum eo postmodum perpetualiter vivat. Quod igitur reponebatur pro Sabbato, corrumpi non poterat, quia bona opera, quae pro desiderio supernae quietis fiunt, perpetuo permanebunt. Non ergo illae sunt cumulandae divitiae, quas aerugo demoliatur, quas tineae comedant, et quae vermium scaturigine computrescant (Luc. XII), quarum scilicet non liberos possessores beatus Jacobus increpans: «Divitiae, inquit, vestrae putrefactae sunt, vestimenta vestra a tineis comesta sunt, aurum et argentum vestrum aeruginavit, et aerugo eorum in testimonium vobis erit et ardebit carnes vestras sicut ignis (Jac. V).» Illas igitur, fratres, divitias appetamus, quae nos gemmis ac margaritis valeant adornare virtutum, quae ad coelestium nos provehant titulos dignitatum. Quas profecto divitias insinuat propheta, cum dicit: «Divitiae salutis sapientia et scientia; timor Domini ipse est thesaurus ejus (Isa. XXXIII).»

Has nimirum divitias beatus Eleuchadius concupivit, cum de cathedra se philosophicae doctrinae deposuit, cum ferulam praeceptoris abjecit, cum de magisterii principatu Christi se discipulatui humiliter subdidit. Quidquid sane illic antea superfluum didicit, in hujus scholae longe nobilioribus studiis amputavit; quidquid illic mendacii, quidquid superstitionis edocuit, in ecclesiasticae puritatis disciplina correxit. Unde per Moysen lege decernitur, ut mulieri bello captae et in conjugium victoris electae, corporis superfluitas abscindatur: «Quae radet, inquit, caesariem, et circumcidet ungues, et deponet vestem, in qua capta est, sedens in domo tua flebit patrem et matrem suam uno mense, et postea intrabis ad eam dormiesque cum illa, et erit uxor tua (Deut. XXI).» Mulieri quippe caesariem radimus, cum rationabilis disciplinae sensus superfluos amputamus. Ungues etiam circumcidimus, cum ab ea mortua quaeque superstitionum opera desecamus.

Aunque también puede entenderse así no inconvenientemente, que así como Cristo mismo, que dice: «Yo soy gusano y no hombre (Sal 21)», resultó para otros en resurrección, así no obstante su palabra se hace maná y dulzura de miel para los fieles, pero para los infieles y los que viven perversamente se hace gusano, no claramente el que alimente refrescando el alma, sino el que remuerda la conciencia aterrando y amenazando. El sexto día, en cambio, se mandaba recoger doble medida, para que de ello se guardara la mitad para el Sábado. Además, el sexto día se entiende la sexta edad del mundo, en la que ahora estamos. En este día, pues, recoge el doble para el venidero Sábado quien, por la intuición de la gloria celestial, donde hay un Sábado perpetuo y verdadero descanso, oye y hace la palabra de Dios. En este guarda el doble quien tanto vive bien como muestra a otros ejemplo de salvación; o, lo que es más expedito, recoge doble medida quien tanto trabaja en la buena obra que por ello tanto aquí su alma plazca a su Creador como con Él después viva perpetuamente. Lo que, pues, se reponía para el Sábado no podía corromperse, porque las buenas obras, que se hacen por el deseo del descanso superno, permanecerán perpetuamente. No deben, pues, acumularse aquellas riquezas que la herrumbre demuela, que las polillas coman y que se pudran por la brotación de gusanos (Lc 12), de cuyos no libres poseedores dice el bienaventurado Santiago reprendiendo: «Vuestras riquezas están podridas, vuestras vestiduras han sido comidas por las polillas, vuestro oro y plata se han oxidado, y la herrumbre de ellos será para vosotros en testimonio y quemará vuestras carnes como el fuego (Sant 5)». Aquellas riquezas, pues, hermanos, apetezcamos, que puedan adornarnos con las gemas y perlas de las virtudes, que nos promuevan a los títulos de las dignidades celestiales. Las cuales riquezas ciertamente insinúa el profeta cuando dice: «Riquezas de salvación la sabiduría y la ciencia; el temor del Señor mismo es su tesoro (Is 33)».

Sin duda el bienaventurado Eleucadio codició estas riquezas cuando se depuso de la cátedra de la doctrina filosófica, cuando arrojó la férula del preceptor, cuando del principado del magisterio se sometió humildemente al discipulado de Cristo. Cualquier cosa superflua que allí hubiera aprendido antes, la podó en los estudios mucho más nobles de esta escuela; cualquier cosa de mentira, cualquier cosa de superstición que allí enseñó, la corrigió en la disciplina de la pureza eclesiástica. Por lo cual se decreta por la ley a través de Moisés que a la mujer capturada en la guerra y elegida para el matrimonio del vencedor se le corte la superfluidad del cuerpo: «Afeitará —dice— su cabellera, y se cortará las uñas, y se depondrá el vestido en que fue capturada; sentada en tu casa llorará a su padre y a su madre por un mes, y después entrarás a ella y dormirás con ella, y será tu mujer (Dt 21)». Afeitamos, pues, la cabellera de la mujer cuando podamo los sentidos superfluos de la disciplina racional. También cortamos las uñas cuando de ella cercenamos cualesquiera obras muertas de las supersticiones.

Quae etiam vestem deponere, in qua est capta, praecipitur: ut superductam fabularum et quorumlibet figmentorum exuat superficiem ac solidam verae rationis exhibeat veritatem. Patrem vero et matrem deflet, quia liberalium auctores artium inter mortuos deputat et eos in errore periisse compatiendo deplorat. Consuetudo autem feminarum est per unumquemque mensem se sui sanguinis effusione purgare. Post mensem itaque ad hanc mulierem intrare praecipimur, ut artem cujuslibet disciplinae omni superstitionum contagio defaecatam veluti in conjugium sortiamur, quatenus jam Israelitica facta consequenter in Israelitae conjugium transeat et bene fecunda spiritualim operum sobolem reddat.

Cui etiam non dissimile est quod idem Moyses Israelitico populo aurum et argentum cum vestibus ab Aegyptiis mutuari praecepit in quo videlicet, ut non diutius immorer, mystice aurum et argentum cum vestibus ab Aegyptiis petimus, unde Domino tabernaculum fabricemus cum mundanos poetas ac philosophos legimus, ut in divinis eloquiis luculentius proficere valeamus. Sive etiam, quod perspicacius est, aurum et argentum animae sunt pretiosae, quae cum vestibus simul, id est suis corporibus, populo Dei se copulant, ut tenebrosum hoc saeculum, velut Aegyptum deserant et terram promissam perpetuae felictatis acquirant. Quod ergo beatus Eleuchadius mutuatus est ab Aegyptiis, profecit Israelitis, et thesaurum, quem gentilitati subripuit, sanctae dispensator Ecclesiae fideliter erogavit. Cujus quidem gesta non reperiuntur apicibus tradita, sed non sine causa vetustas, vel basilicam in ejus honorem construxit, vel ejus obitum annuae solemnitatis honoribus dedicavit. Nam et nonnulla super Veteri ac Novo Testamento, sive etiam de incarnatione, vel passione Domini perhibetur exarasse volumina, quae tamen scriptorum arbitramur oblivione deleta. Quanquam et hoc ad cumulum meritorum ejus pertinere non immerito videatur, quod tunc se fieri consensit episcopum, cum Ecclesiam egestas opprimeret, et rudis adhuc fidei noviterque plantatae labor difficilior immineret, cum denique ad pristini ritus pullulantia germina radicitus evellenda incumberet graveque fastigium et temporalis subsidii deesset emolumentum. Licet enim Ecclesia jam tunc fuerit in fide fundata, Christiana tamen religio necdum erat vivendi moribus expolita.

Et nos itaque, fratres charissimi, hujus sancti fervoris imitemur exemplum. Nunquam timeamus illud negotium constanter ac fiducialiter aggredi, in quo nos speremus, sive pro divinis obsequiis, sive pro salute fraterna, pressuris atque adversitatibus fatigari. Fugiatur honor, gloria, divitiae omnisque dignitas temporalis. Labor obedientiae, paupertatis angustia, et inquietudo charitatis quae nos exerceat appetatur. Redemptorem quippe nostrum plebs Judaica, cum esset satiata de panibus, regem voluit constituere, sed, testante Joanne, ne reperiri potuisset, aufugit in montem (Joan. VI).

También se le manda deponer el vestido en que fue capturada: para que se despoje de la superficie sobrepuesta de fábulas y de cualesquiera fingimientos y exhiba la sólida verdad de la verdadera razón. Llora, en cambio, al padre y a la madre porque reputa entre los muertos a los autores de las artes liberales y deplora compadeciéndose que hayan perecido en el error. Es costumbre de las mujeres purgarse cada mes por la efusión de su propia sangre. Después de un mes, por tanto, se nos manda entrar a esta mujer, para que sorteemos como en matrimonio el arte de cualquier disciplina purificada de todo contagio de supersticiones, para que ya hecha israelita pase consecuentemente al matrimonio de un israelita y rinda una prole bien fecunda de obras espirituales.

A lo cual también no es disímil que el mismo Moisés mandara al pueblo israelítico pedir prestado oro y plata con vestidos a los egipcios, en lo cual a saber —para no demorarme más— pedimos místicamente oro y plata con vestidos a los egipcios, de donde fabriquemos un tabernáculo al Señor, cuando leemos a los poetas y filósofos mundanos para que podamos progresar más lucidamente en los oráculos divinos. O también, lo que es más perspicuo, el oro y la plata son las almas preciosas que junto con sus vestidos, esto es, sus cuerpos, se acoplan al pueblo de Dios, para que dejen este oscuro siglo como a Egipto y adquieran la tierra prometida de la perpetua felicidad. Lo que, pues, el bienaventurado Eleucadio tomó prestado de los egipcios, aprovechó a los israelitas, y el tesoro que arrebató a la gentilidad lo erogó fielmente como dispensador de la santa Iglesia. Cuyas gestas por cierto no se encuentran transmitidas por escritos, pero no sin causa la antigüedad o construyó una basílica en su honor o dedicó su óbito con los honores de una solemnidad anual. Pues también se refiere que escribió algunos volúmenes sobre el Antiguo y Nuevo Testamento, o incluso sobre la encarnación o pasión del Señor, que sin embargo juzgamos que han sido borrados por el olvido de los escritores. Aunque también esto parece pertenecer no sin mérito al cúmulo de sus méritos: que entonces consintió en ser hecho obispo cuando la penuria oprimía a la Iglesia y el trabajo más difícil de la fe aún ruda y recién plantada era inminente, cuando finalmente se dedicaba a arrancar de raíz los brotes germinantes del rito prístino y faltaba la pesada cumbre y el emolumento del subsidio temporal. Pues aunque la Iglesia ya entonces hubiera sido fundada en la fe, la religión cristiana sin embargo aún no estaba pulida por las costumbres del vivir.

Y así también nosotros, hermanos queridísimos, imitemos el ejemplo de este santo fervor. Nunca temamos abordar con constancia y confianza aquel negocio en el que esperemos ser fatigados por presiones y adversidades, sea por los servicios divinos, sea por la salvación fraterna. Húyase del honor, de la gloria, de las riquezas y de toda dignidad temporal. Apetezcase el trabajo de la obediencia, la angostura de la pobreza y la inquietud de la caridad que nos ejercite. Pues el pueblo judaico, cuando hubo sido saciado de los panes, quiso constituir rey a nuestro Redentor, pero, testificándolo Juan, para que no pudiera ser encontrado, huyó al monte (Jn 6).

Cum autem quaereretur ad crucem, ultro se non cognoscentibus obtulit, dicens: «Quem quaeritis?» Quibus utique perhibentibus: «Jesum Nazarenum» se quaerere; illico respondit: «Ego sum (Joan. XVIII).» Quid est enim quod Mediator Dei et hominum ad regnum promovendus evasit, ad mortem vero se ultroneum quaesitus ingessit, nisi ut nos admoneret mundi hujus gloriam devitare, tribulationes autem pro Deo, et laborum dolorumque pressuras gratulanter expetere?

Paulus quoque cum esset Mileti, et omnes sibimet obsequentes seseque affectuosissime diligentes aspiceret, ita ut Lucas in Actus apostolici libro perhibeat, quia discedente Paulo magnus fletus factus est omnium, et procumbentes super collum ejus, osculabantur eum. Ipse tamen Hierosolymam passurus tanquam epulaturus avidissime festinabat, dicens: «Ecce, inquit, alligatus spiritu vado in Hierusalem, quae in ea ventura sunt mihi ignorans, nisi quod spiritus per omnes civitates protestatur mihi, dicens: Quoniam vincula, et tribulationes me manent.» «Sed nihil horum vereor, nec facio animam meam pretiosiorem quam me, dummodo consummem cursum meum et ministerium quod accepi a Domino, testificari Evangelium gratiae Dei (Act. XX).» Ecce vallatus turba flentium minime flectitur, delinitus osculis, blanditus obsequiis ad sui misericordiam non movetur, sed laetus ad vincula et tormenta festinat tanquam si ad nuptiale convivium pransurus accedat.

Nos etiam, dilectissimi, imitatorum Christi sequentes exempla, fugiamus blanditias saeculi, ad adversa quaelibet pro Deo perferenda lumbos mentis nostrae viriliter accingamus. Et qui ad haereditatem filiorum, quae est in patria, tendimus, in exsilio positi, conservorum injurias aequanimiter toleremus, quatenus supernus inspector et arbiter noster considerans nos pro suae jussionis imperio minime reluctantes, quanto nunc conspicit oppressiores in poena, tanto postmodum remuneret feliciores in gloria, Jesus Christus Dominus noster, qui cum Deo Patre et Spiritu sancto vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen.

MARTIUS. XX. Homilia in Dominica Palmarum. XX. Sermo in vigilia S. Benedicti abbatis et confessoris. XXI. Homilia de eodem S. Benedicto abbate et confessore. XXIV. Sermo in Coena Domini. XXV. Sermo in Annuntiatione B. Mariae Virginis. XXVII. Sermo in Resurrectione Domini.

VII. HOMILIA IN DOMINICA PALMARUM. (XX MART.) «Cum appropinquasset Jesus Hierosolymis, et venisset Bethphage ad montem Oliveti, tunc misit duos de discipulis suis, dicens eis: Ite in castellum, quod contra vos est, etc. (Matth. XXI).»

En cambio, cuando era buscado para la cruz, se ofreció voluntariamente a los que no lo conocían, diciendo: «¿A quién buscáis?». A los cuales, afirmando ellos que buscaban a «Jesús el Nazareno», al punto respondió: «Yo soy (Jn 18)». ¿Pues qué es que el Mediador de Dios y de los hombres escapó al ser promovido al reino, pero buscado se arrojó voluntariamente a la muerte, sino para amonestarnos a evitar la gloria de este mundo y a buscar con gratitud las tribulaciones por Dios y las presiones de los trabajos y dolores?

Pablo también, cuando estaba en Mileto y veía a todos obedeciéndole y amándole afectuosísimamente, de tal modo que Lucas refiere en el libro de los Hechos Apostólicos que al partir Pablo se hizo un gran llanto de todos y, arrojándose sobre su cuello, lo besaban. Él, sin embargo, se apresuraba avidísimamente a Jerusalén para padecer como para banquetear, diciendo: «He aquí —dijo— ligado por el espíritu voy a Jerusalén, ignorando las cosas que en ella me han de suceder, sino que el espíritu me protesta por todas las ciudades diciendo: Que me esperan cadenas y tribulaciones». «Pero nada de esto temo, ni hago mi alma más preciosa que a mí mismo, con tal que consuma mi carrera y el ministerio que recibí del Señor, testificar el Evangelio de la gracia de Dios (Hech 20)». He aquí que rodeado por la turba de los que lloran de ningún modo se doblega, acariciado por los besos, halagado por los servicios no se mueve a misericordia de sí mismo, sino que alegre se apresura a las cadenas y los tormentos como si se acercara a comer a un convite nupcial.

Nosotros también, queridísimos, siguiendo los ejemplos de los imitadores de Cristo, huyamos de los halagos del siglo, ciñamos varonilmente los lomos de nuestra mente para sobrellevar cualesquiera adversidades por Dios. Y los que tendemos a la herencia de los hijos, que está en la patria, puestos en el exilio, toleremos ecuánimemente las injurias de los conservos, para que nuestro superno inspector y árbitro, considerándonos de ningún modo reacios ante el imperio de su mandato, cuanto ahora nos ve más oprimidos en la pena, tanto después nos remunere más felices en la gloria, Jesucristo nuestro Señor, que con Dios Padre y el Espíritu Santo vive y reina por los siglos de los siglos. Amén.

MARZO. 20. Homilía en el Domingo de Ramos. 20. Sermón en la vigilia de S. Benito abad y confesor. 21. Homilía sobre el mismo S. Benito abad y confesor. 24. Sermón en la Cena del Señor. 25. Sermón en la Anunciación de la B. Virgen María. 27. Sermón en la resurrección del Señor.

VII. HOMILÍA EN EL DOMINGO DE RAMOS. (20 DE MARZO). «Cuando se hubo acercado Jesús a Jerusalén y hubo venido a Betfagé, al monte de los Olivos, entonces envió a dos de sus discípulos, diciéndoles: Id al castillo que está frente a vosotros, etc. (Mt 21)».

Passurus sponte Dominus pro salute humana, spontaneus ad locum passionis accedit. Ad hoc venit in mundum, ad hoc natus est, ut sua passione nos liberaret. Scienter Hierosolymam venit, scienter magna populorum comitatus caterva pomposo famulatu ingreditur, ut ostenderet se mortem non timere, sed ad eam paratum esse. Si enim mortem vitare voluisset, ad locum ubi mortem suam quaerentes esse sciebat, non venisset. Unde in Evangelio dicit: «Ecce ascendimus Hierosolymam, et Filius hominis tradetur principibus sacerdotum et scribis, et condemnabunt eum morte (Matth. XX).» Sed quid est quod qui prius fugerat cum rex fieri debuisset, nunc spontaneus accedit cum crucifigendus sit? Nisi plane ut sua membra doceret mundi alta fugere, ad ea vero quae pro mundi amore humilia et abjecta putantur, cum gaudio accedere. Si enim rex factus fuisset, Judaeorum errorem confirmasset, qui eum tantum regem terrenum exspectabant. Moriendo autem mortem destruxit, et resurgendo vitam reparavit. Accedit etiam ad locum passionis super asinam et pullum sedens, ut ostenderet se amborum esse populorum Dominum, Judaeorum scilicet et Gentilium. Per asinam enim, quae sub jugo erat, populus Judaicus significatur, qui sub jugo legis erat. Per pullum asinae vero, qui nondum domitus erat, populus Gentilis significatur, qui jugum legis divinae nondum susceperat. Super utrumque sedet, quia utrumque ad fidem vocavit, et utrumque ad suae jussionis obsequium redegit.

Sed videamus cur duos de discipulis suis miserit, qui asinam et pullum adducerent. Isti duo discipuli sunt duo ordines praedicatorum, Veteris scilicet et Novi Testamenti. Illi enim Judaeis, isti Gentilibus praedicaverunt. Sive isti duo discipuli sunt duo praecepta charitatis, amor scilicet Dei et proximi. Nemo enim ad Dominum quemquam potest adducere, nisi ipse in amore Dei et proximi sit perfectus. Ite in castellum, quod contra vos est, ire jubentur. Castellum hoc mundus hic est, qui Christi discipulis est adversus. Amicitia enim hujus mundi inimica est Deo (Jac. IV). Unde mundus castellum dicitur, quia moenibus vitiorum et turribus superbiae contra Christi humilitatem munitur. In hoc castello asina et pullus ligati erant, quia et Judaicus populus et Gentilis peccatorum vinculis tenebantur. Discipuli eos solvere et ad Dominum adducere jubentur. Sancti enim praedicatores verbo praedicationis et Spiritus sancti gratia homines a peccatorum vinculis solvunt et ad Christi obsequium perducunt. Si quis autem eis aliquid dixerit, dicant: «Dominus his opus habet (Matth. XXI).»

El Señor, que iba a padecer espontáneamente por la salvación humana, accede al lugar de su pasión espontáneo. Para esto vino al mundo, para esto nació, para que por su pasión nos librara. Sabiéndolo vino a Jerusalén, sabiéndolo entró acompañado por una gran turba de pueblos con pomposo servicio, para mostrar que no temía la muerte, sino que estaba preparado para ella. Pues si hubiera querido evitar la muerte, no habría venido al lugar donde sabía que estaban los que buscaban su muerte. Por lo cual dice en el Evangelio: «He aquí que subimos a Jerusalén, y el Hijo del hombre será entregado a los príncipes de los sacerdotes y a los escribas, y lo condenarán a muerte (Mt 20)». ¿Pero qué es que el que antes había huido cuando iba a ser hecho rey, ahora accede espontáneamente cuando va a ser crucificado? Sino claramente para que enseñara a sus miembros a huir de las cosas altas del mundo, pero a acceder con gozo a aquellas que por el mundo son tenidas por humildes y abyectas por amor de Dios. Pues si hubiera sido hecho rey, habría confirmado el error de los judíos, que lo esperaban solo como rey terreno. Pero muriendo destruyó la muerte, y resucitando reparó la vida. Accede también al lugar de su pasión cabalgando sobre un asna y un pollino, para mostrar que es el Señor de ambos pueblos, a saber, de los judíos y de los gentiles. Pues por el asna, que estaba bajo el yugo, se significa el pueblo judío, que estaba bajo el yugo de la ley. Por el pollino del asna, en cambio, que aún no estaba domado, se significa el pueblo gentil, que aún no había recibido el yugo de la ley divina. Se sienta sobre ambos porque a ambos llamó a la fe, y a ambos redujo a la obediencia de su mandato.

Pero veamos por qué envió a dos de sus discípulos para traer al asna y al pollino. Estos dos discípulos son los dos órdenes de predicadores, a saber, del Antiguo y del Nuevo Testamento. Pues aquellos predicaron a los judíos, estos a los gentiles. O estos dos discípulos son los dos preceptos de la caridad, a saber, el amor de Dios y del prójimo. Pues nadie puede traer a nadie al Señor si no es él mismo perfecto en el amor de Dios y del prójimo. Se les manda ir al castillo que estaba frente a ellos. Este castillo es este mundo, que es opuesto a los discípulos de Cristo. Pues la amistad de este mundo es enemiga de Dios (Sant 4). Por lo cual el mundo se llama castillo, porque está fortificado por los muros de los vicios y las torres de la soberbia contra la humildad de Cristo. En este castillo el asna y el pollino estaban ligados, porque tanto el pueblo judío como el gentil estaban ligados por las cadenas de los pecados. Se manda a los discípulos que los desaten y los traigan al Señor. Pues los santos predicadores, por la palabra de la predicación y la gracia del Espíritu Santo, desatan a los hombres de las cadenas de los pecados y los conducen a la obediencia de Cristo. Pero si alguien les dijera algo, dijeran: «El Señor tiene necesidad de ellos (Mt 21)».

Isti qui aliquid dicunt, spiritus nequitiae sunt, qui hominum conversionem impedire conantur, variis obicibus suggerendis et mundi amorem ingerendo. Quibus nihilominus praedicatores respondent quia «Dominus his opus habet,» quia Deus vult omnes homines salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire (I Tim. II). Unde Dominus: «Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit. Si de mundo fuissetis, mundus, quod suum erat, diligeret; quia vero de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus (Joan. XV).»

Per asinam et pullum, qui erant in castello ligati, Judaeorum significatur populus et gentilis, quorum uterque peccatorum vinculis subjacebat. Asina subjugalis Judaicum populum signat jugo legis subjectum. Pullus lasciviens et effrenis Gentilem populum significat, qui propriae voluntatis lascivia ducebatur, et nullius adhuc legis jugum susceperat. Uterque tamen in castello ligatus erat, quia uterque infidelitatis errore et mundi amore tenebatur. Sed discipuli eos solvunt et ad Dominum adducunt, quia sancti praedicatores per Evangelii verbum homines ab erroribus mundi solvunt et ad Christi fidem perducunt. Ponunt etiam vestimenta sua super eos, et Dominus super eos sedet. Vestimenta discipulorum sunt exempla bonorum operum et documenta virtutum, quibus fidelium animae ornantur, ut Dominus in eis sicut in throno suo sedere valeat. Super utrumque sedet, sicut dictum est, quia de utroque populo suam Ecclesiam constituit.

Sed videamus quid agat turba, quae Dominum sequitur vel praecedit. «Plurima, inquit, turba straverunt vestimenta sua in via; alii autem caedebant ramos de arboribus et sternebant in via (Matth. XXI).» Qui vestimenta sua in via sternunt sancti martyres sunt, qui pro Christi nomine propria corpora usque ad mortem offerre non timuerunt, et quasi per proprium sanguinem viam Domino ad aliorum corda paraverunt. Qui ramos de arboribus caedunt doctores sunt Ecclesiae, qui de libris sanctarum Scripturarum quasi de frugiferis arboribus virtutum testimonia et exempla patrum decerpunt, et in via cordium fidelium sternunt, ut Dominus ad eos facilius accedere valeat. Omnes autem una voce clamant: «Hosanna filio David; benedictus qui venit in nomine Domini; hosanna in excelsis (Ibid.).» Per hunc clamorem confitentur eum esse vere Filium David secundum carnem, et Filium Dei secundum divinitatem.

Estos que dicen algo son los espíritus de la maldad, que intentan impedir la conversión de los hombres, sugiriendo diversos obstáculos e introduciendo el amor del mundo. A los cuales no obstante responden los predicadores que «el Señor tiene necesidad de ellos», porque Dios quiere que todos los hombres se salven y vengan al conocimiento de la verdad (1 Tim 2). Por lo cual dice el Señor: «Si el mundo os odia, sabed que a mí me ha odiado antes que a vosotros. Si fuerais del mundo, el mundo amaría lo suyo; pero porque no sois del mundo, sino que yo os elegí del mundo, por eso el mundo os odia (Jn 15)».

Por el asna y el pollino, que estaban ligados en el castillo, se significa el pueblo de los judíos y el de los gentiles, ambos de los cuales estaban sujetos a las cadenas de los pecados. El asna bajo el yugo significa el pueblo judío sujeto al yugo de la ley. El pollino lascivo y desenfrenado significa el pueblo gentil, que se dejaba llevar por la lascivia de su propia voluntad y aún no había recibido el yugo de ninguna ley. Ambos no obstante estaban ligados en el castillo, porque ambos estaban retenidos por el error de la infidelidad y el amor del mundo. Pero los discípulos los desatan y los traigan al Señor, porque los santos predicadores por la palabra del Evangelio desatan a los hombres de los errores del mundo y los conducen a la fe de Cristo. Ponen también sus vestidos sobre ellos, y el Señor se sienta sobre ellos. Los vestidos de los discípulos son los ejemplos de las buenas obras y las enseñanzas de las virtudes, con que se adornan las almas de los fieles para que el Señor pueda sentarse en ellas como en su propio trono. Se sienta sobre ambos, como se ha dicho, porque de ambos pueblos constituyó su Iglesia.

Pero veamos qué hace la turba que sigue o precede al Señor. «Una turba muy numerosa —dice— tendía sus vestidos en el camino; otros, en cambio, cortaban ramos de los árboles y los tendían en el camino (Mt 21)». Los que tienden sus vestidos en el camino son los santos mártires, que por el nombre de Cristo no temieron ofrecer sus propios cuerpos hasta la muerte y como por su propia sangre prepararon el camino al Señor hacia los corazones de los demás. Los que cortan ramos de los árboles son los doctores de la Iglesia, que de los libros de las sagradas Escrituras como de árboles fructíferos cortan los testimonios de las virtudes y los ejemplos de los padres y los extienden en el camino de los corazones de los fieles para que el Señor pueda acceder a ellos más fácilmente. Todos en cambio con una sola voz claman: «Hosanna al hijo de David; bendito el que viene en el nombre del Señor; hosanna en las alturas (ibíd.)». Por este clamor confiesan que Él es verdaderamente el Hijo de David según la carne, e Hijo de Dios según la divinidad.

Nos etiam, fratres charissimi, exempla turbarum et discipulorum sequentes, viam Domino in cordibus nostris preparemus. Sternamus vestimenta nostra, id est corpora nostra spiritui subjiciamus, ut Dominum bajulare possimus. Caedamus ramos de arboribus, id est sanctarum Scripturarum testimonia colligamus, quibus diaboli tentationibus resistere valeamus. Et clamemus magna voce, non solum verbo sed etiam opere: «Hosanna in excelsis,» id est ab eo qui solus nos salvare potest salutem petamus, Jesum Christum Dominum nostrum, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen.

VIII. SERMO IN VIGILIA SANCTI BENEDICTI ABBATIS. (XX MART.)

Praestitit nobis Dominus, fratres charissimi, sanctissimi patris Benedicti festivitatem celebrare; nimirum, ut compatiamur aegritudinem patienti collaetemur autem coelos feliciter ascendenti. Prius namque per temporalem obitum naturae debitum solvit; deinde comitantibus hymnidicis angelorum coetibus ad coelestia regna migravit.

In vigiliis quippe debet celebrator affligi, ut in solemnitate valeat gratulari. Nunc itaque illius ultimae resurrectionis, veri scilicet Paschae, vigilias colimus, si voluntates proprias frangamus, si carnis impetum refrenemus, si cogitationes pravas a corde repellamus, crucem post Jesum, nosmetipsos affligendo, corde bajulemus, si denique studeamus offendentibus parcere, indigentibus subvenire, veritatem ore proferre, charitatem non fictam in corde servare: si non vacemus fabulis, non verbis intendamus otiosis, non terrena quaelibet concupiscamus, non negotiis saecularibus nos implicemus; si puras et quotidie Deo mundas studeamus orationes offerre, si verbum Dei toto cordis affectu jugiter delectet audire ut Christus audiatur in lingua, Christus videatur in vita, Christus in corde, Christus in voce. Enimvero quisquis haec diligenter observat, ille veraciter aeternae festivitatis vigilias celebrat. Et qui modo cum Christo sese humiliando mortificat, cum eo simul necesse est, consumpta prorsus omni corruptione, resurgat.

Has igitur, fratres charissimi, semper vigilias celebremus; ad capessendam illius aeternae felicitatis gloriam tota spiritus intentio dirigatur, quatenus, duae hujusmodi peragendo vigilias, Jesum semper aspicimus in cruce pendentem, eumdem postmodum inter ipsa contemplari solemnia mereamur in paternae gloriae majestate regnantem. Qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat per omnia saecula saeculorum. Amen.

Nosotros también, hermanos queridísimos, siguiendo los ejemplos de las turbas y de los discípulos, preparemos el camino al Señor en nuestros corazones. Tendamos nuestros vestidos, esto es, sujetemos nuestros cuerpos al espíritu, para que podamos llevar al Señor. Cortemos ramos de los árboles, esto es, recojamos los testimonios de las sagradas Escrituras, por los cuales podamos resistir a las tentaciones del diablo. Y clamemos con gran voz, no solo de palabra sino también de obra: «Hosanna en las alturas», esto es, pidamos la salvación a Aquel que solo nos puede salvar, Jesucristo nuestro Señor, que con el Padre y el Espíritu Santo vive y reina por los siglos de los siglos. Amén.

VIII. SERMÓN EN LA VIGILIA DE SAN BENITO ABAD. (20 DE MARZO). «Nos ha concedido el Señor, hermanos queridísimos, celebrar el día festivo del santísimo padre Benito; a saber, para que nos compadezcamos de él cuando sufre la enfermedad, pero nos alegremos con él cuando asciende felizmente a los cielos.» Pues primero por la muerte temporal pagó la deuda de la naturaleza; luego, acompañándolo coros de ángeles que cantaban himnos, emigró a los reinos celestiales.

En las vigilias ciertamente el celebrante debe ser afligido, para que en la solemnidad pueda alegrarse. Y ahora, por tanto, celebramos las vigilias de aquella resurrección final —es decir, de la verdadera Pascua— si quebrantamos nuestras propias voluntades, si refrenamos el ímpetu de la carne, si repelemos los pensamientos malvados del corazón, si llevamos la cruz en pos de Jesús afligiéndonos a nosotros mismos en el corazón; si, en fin, nos esforzamos en perdonar a los que nos ofenden, en socorrer a los necesitados, en proferir la verdad con la boca y en guardar una caridad no fingida en el corazón: si no nos dedicamos a las fábulas, si no atendemos a las palabras ociosas, si no codiciamos nada terrenal y si no nos implicamos en los negocios seculares; si nos esforzamos en ofrecer oraciones puras y diariamente limpias a Dios, y si nos deleita continuamente escuchar la palabra de Dios con todo el afecto del corazón, de modo que Cristo sea oído en la lengua, Cristo sea visto en la vida, Cristo en el corazón y Cristo en la voz. Pues, en verdad, quienquiera que observe diligentemente estas cosas, celebra verdaderamente las vigilias de la festividad eterna. Y quien ahora se mortifica humillándose con Cristo, es necesario que resucite con Él una vez consumida por completo toda corrupción.

Celebremos, pues, hermanos queridísimos, siempre estas vigilias; diríjase toda la intención del espíritu a alcanzar la gloria de aquella felicidad eterna, de modo que, realizando vigilias de esta clase, miremos siempre a Jesús pendiente en la cruz, y después merezcamos contemplarlo entre aquellas mismas solemnidades reinando en la majestad de la gloria paterna. Quien con el Padre y el Espíritu Santo vive y reina por todos los siglos de los siglos. Amén.

IX. HOMILIA AD HONOREM ET LAUDEM S. BENEDICTI BABATIS ET CONFESSORIS. (XXI MART.)

Dixit Simon Petrus ad Jesum: Ecce nos reliquimus omnia et secuti sumus te, etc. (Matth. XIX).

In hujus patris nostri praecipua solemnitate totis esset viribus incumbendum, nisi nobilis lingua Gregorii totum ejus itinerarium sermone magnifico collegisset (l. I Dial. per totum). Ita enim actus ejus, et vitam undantis eloquii claritate depinxit, ut et stylus sententiarum majestate scintillet, et sententiae stylo reluceant clariori. Ex abundanti igitur est, post vocem tanti viri aliquid addere, in cujus comparatione nos non solum ineloquentes, sed et mutos esse non ignoramus. Hoc tamen solum dixisse sufficiat, quia solus iste militarem manum excelso Principi caeteris abundantius praesentabit, et monachorum turmis, angelorum more viventibus, coelorum adimplebit palatia. Quam igitur refulgens et splendidus miles astabit imperatorio tribunali, plenus infinitis virtutibus, agminibus innumeris comitatus, consiliarius regis, judicis amicus, unicus hostis antiqui!

De eo plane, eumque sequentibus dixit Simon Petrus ad Jesum: «Ecce nos reliquimus omnia (Matth. XIX).» Amica prorsus confabulatio Simonis ad Jesum, et sermo omni oratorio flore venustior; dignusque Simon qui cum Salvatore plenius proloquatur; Simon namque obediens, Jesus salvator. Loquitur ergo obedientia cum salute, quia solis obedientibus aeterna salus haereditario jure debetur, si tamen ibi sit Petrus, id est, si obedientia non vacillet, aut titubet, sed fundata sit supra firmam petram. Et quid ait? «Ecce nos reliquimus omnia et secuti sumus te.» Solemne verbum, magna promissio, opus sanctum, dignum benedictione, relinquere omnia et sequi Christum. Haec sunt verba voluntariae persuasoria paupertatis, quae monasteria genuerunt, quae claustra monachis, anachoretis silvas copiosius repleverunt. Haec enim sunt de quibus psallit Ecclesia: «Propter verba labiorum tuorum ego custodivi vias duras (Psal. XVI).» Perceptura requiem pro labore, pro paupertate divitias, pro tribulatione mercedem. Magnum revera est relinquere omnia, sed majus Christum sequi, cum multos omnia reliquisse, nec Christum secutos fuisse legamus.

IX. HOMILÍA EN HONOR Y ALABANZA DE SAN BENITO ABAD Y CONFESOR. (21 DE MARZO).

Dijo Simón Pedro a Jesús: He aquí que nosotros lo hemos dejado todo y te hemos seguido, etc. (Mt 19).

En esta solemnidad principal de nuestro padre, se debería haber insistido con todas las fuerzas, si la noble lengua de Gregorio no hubiera reunido todo su itinerario en un discurso magnífico (Libro I de los Diálogos, passim). Pues de tal manera pintó sus hechos y su vida con la claridad de una elocuencia desbordante, que tanto el estilo centellea con la majestad de las sentencias, como las sentencias resplandecen con un estilo más claro. Es, por tanto, superfluo añadir algo después de la voz de tan gran hombre, en cuya comparación no ignoramos que somos no solo poco elocuentes, sino incluso mudos. Baste, sin embargo, haber dicho solo esto: que él solo presentará al excelso Príncipe una banda militar más abundantemente que los demás, y con tropas de monjes que viven a la manera de los ángeles, llenará los palacios de los cielos. ¡Cuán refulgente y espléndido soldado estará, pues, ante el tribunal imperial, lleno de infinitas virtudes, acompañado de innumerables ejércitos, consejero del rey, amigo del juez y único enemigo del antiguo adversario!

Acerca de él claramente, y de quienes lo seguían, dijo Simón Pedro a Jesús: «He aquí que nosotros lo hemos dejado todo (Mt 19)». Una conversación ciertamente amigable de Simón con Jesús, y un discurso más agraciado que cualquier flor oratoria; y digno es Simón de hablar más plenamente con el Salvador; pues Simón significa obediente, y Jesús significa salvador. Habla, pues, la obediencia con la salvación, porque solo a los obedientes se les debe la salvación eterna por derecho hereditario, con tal de que esté allí Pedro, es decir, que la obediencia no vacile ni titubee, sino que esté fundada sobre piedra firme. ¿Y qué dice? «He aquí que nosotros lo hemos dejado todo y te hemos seguido». Palabra solemne, gran promesa, obra santa, digna de bendición: dejarlo todo y seguir a Cristo. Estas son las palabras de una pobreza voluntaria y persuasiva, que engendraron los monasterios, que llenaron más abundantemente de monjes los claustros y de anacoretas los bosques. Pues estas son las cosas de las que canta la Iglesia: «Por las palabras de tus labios yo guardé caminos duros (Sal 16)». Ella ha de recibir descanso por el trabajo, riquezas por la pobreza, recompensa por la tribulación. Grande es en verdad dejarlo todo, pero más grande es seguir a Cristo, ya que leemos que muchos lo dejaron todo, pero no siguieron a Cristo.

Hoc opus, hic labor est, hic salutis humanae summa consistit; nec Christum possumus sequi, nisi omnia relinquamus, quia exsultat ut gigas ad currendam viam (Psal. XVIII), et oneratus eum sequi non potest. Nemo cum sarcinis enatat, ait ille disciplinae saecularis orator quem linguae nobilitas et profunditas sensus paupertatis amicum constituit. Merito relinquit omnia qui sequitur eum, qui est super omnia, quoniam sufficientia nostra ex eo est (II Cor. III), et erit Deus omnia in omnibus (Col. III).

Ecce, inquit, nos reliquimus omnia, non solum facultates mundi, sed et animi quoque cupiditates: neque enim relinquit omnia, qui retinuit vel seipsum; imo vero nihil prodest sine seipso caetera reliquisse, quandoquidem nullum aliud onus est gravius homini quam homo ipse. Quis enim tyrannus crudelior, quae saevior potestas homini quam hominis ipsius voluntas? Nunquam sub ea requiescere, nunquam sedere licet, et quo amplius te ad obediendum sibi noverit fatigari, eo magis urget, instigat et onerat pietatis immemor, misericordiam nesciens. Hoc enim proprium propria voluntas habet, ut quo obediens obedientior fuerit sibi, eo amplius eum crudelioribus vinculis internectat. Sola diligitur, cum sola digna sit odio, principium iniquitatis, mortis infusio, destructio magna virtutum. «Venite ergo, qui laboratis et onerati estis,» ad onerum levatorem, et ei voce et opere respondete: «Ecce nos reliquimus omnia, et secuti sumus te (Matth. XI).» Attende, quia olim, priusquam Verbum caro fieret, et habitaret in nobis (Joan. I), sequebantur Patres antiqui temporis Deum, soli spiritui solo spiritu adhaerentes. Nunc vero sequendus etiam corpore est, adeo ut, cum praedicti Patres terrenis legantur abundasse divitiis, de caetero nisi quis renuntiaverit omnibus quae possidet non possit esse discipulus ejus (Luc. XIV), qui, cum dives esset, pro nobis factus est pauper (II Cor. VIII). Relinquendae igitur sunt possessiones, et propriae voluntates, si volumus illum sequi qui non habuit ubi caput suum reclinaret (Luc. IX), et qui non venit facere voluntatem suam, sed ejus qui misit illum (Joan VI).

Sequitur: «Quid ergo erit nobis?» Jam omnia reliquit Petrus, jam non solum sequitur, sed et diu secutus est; et nunc primum interrogat quidnam sit accepturus. Quid est, Petre? Nonne obedientiam promisisti in auris auditione, non in pacti conventione? Sed audite jam quid loquatur Dominus Deus, et attendite spem in qua mundo fluctuante sperare debemus: «Amen dico vobis quod vos, qui reliquistis omnia et secuti estis me, in regeneratione, cum sederit filius hominis in sede majestatis suae, sedebitis et vos judicantes (Matth. XIX).»

Esta es la tarea, este es el trabajo, aquí consiste la cumbre de la salvación humana; ni podemos seguir a Cristo si no lo dejamos todo, porque Él salta como un gigante para recorrer el camino (Sal 18), y el que está cargado no puede seguirlo. Nadie sale a nado con fardos, dice aquel orador de la disciplina secular a quien la nobleza de la lengua y la profundidad del sentido constituyeron amigo de la pobreza. Con razón lo deja todo quien sigue a Aquel que está sobre todas las cosas, puesto que nuestra suficiencia viene de Él (2 Cor 3), y Dios será todo en todas las cosas (Col 3).

He aquí, dice, que lo hemos dejado todo, no solo los bienes del mundo, sino también los deseos del alma: pues no lo deja todo quien se retiene incluso a sí mismo; más aún, de nada sirve haber dejado las demás cosas sin dejarse a sí mismo, puesto que ninguna otra carga es más pesada para el hombre que el hombre mismo. Pues, ¿qué tirano más cruel, qué poder más salvaje para el hombre que la propia voluntad del hombre? Nunca permite descansar bajo ella, nunca sentarse, y cuanto más sabe que te fatigas por obedecerla, tanto más urge, instiga y carga, olvidada de la piedad, desconociendo la misericordia. Pues la propia voluntad tiene esta característica: que cuanto más obediente le haya sido el que la obedece, tanto más lo ata con cadenas más crueles. Solo ella es amada, cuando solo ella es digna de odio: principio de la iniquidad, infusión de la muerte, gran destrucción de las virtudes. «Venid, pues, los que estáis fatigados y cargados», al que alivia las cargas, y respondedle de voz y de obra: «He aquí que nosotros lo hemos dejado todo, y te hemos seguido (Mt 11)». Observa que en otro tiempo, antes de que el Verbo se hiciera carne y habitara entre nosotros (Jn 1), los Padres del tiempo antiguo seguían a Dios, adhiriéndose al espíritu solo por el espíritu. Pero ahora debe ser seguido también en el cuerpo, hasta el punto de que, aunque se lee que los citados Padres abundaron en riquezas terrenales, en adelante, si uno no renuncia a todo lo que posee, no puede ser discípulo de Aquel (Lc 14) que, siendo rico, por nosotros se hizo pobre (2 Cor 8). Por tanto, deben dejarse las posesiones y las propias voluntades si queremos seguir a Aquel que no tenía donde reclinar su cabeza (Lc 9), y que no vino a hacer su voluntad, sino la de Aquel que lo envió (Jn 6).

Sigue: «¿Qué, pues, habrá para nosotros?». Ya Pedro lo ha dejado todo, ya no solo lo sigue, sino que lo ha seguido por mucho tiempo; y ahora por primera vez pregunta qué es lo que va a recibir. ¿Qué pasa, Pedro? ¿No prometiste obediencia al oír con tus oídos, no en la convención de un pacto? Pero oíd ya lo que dice el Señor Dios, y atended a la esperanza en la que debemos esperar mientras el mundo fluctúa: «En verdad os digo que vosotros, que lo habéis dejado todo y me habéis seguido, en la regeneración, cuando el Hijo del hombre se siente en la sede de su majestad, os sentaréis también vosotros para juzgar (Mt 19)».

Infinita prorsus dulcedo miserationum Domini circa pauperes suos; nec illos relinquit in morte, pro quibus morti seipsum exposuit et tormentis. «Vos, inquit, qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit Filius hominis in sede majestatis suae, sedebitis et vos judicantes.» Quid est hoc aliud dicere, nisi consequemini quem sequimini, si tamen persequimini, sicut scriptum est: «Inquire pacem, et persequere eam?» (Psal. XXXIII). Sic ergo currite ut comprehendatis (I Cor. IX), nec prius residere velitis quam sedentem apprehendatis et mereamini consedere. Exsultavit ut gigas ad currendam viam (Psal. XVIII); toto utique tempore quo in terris visus est et cum hominibus conversatus (Baruch. III); nec resedit, donec ad eum perveniret quem ipse constituit laboris et tristitiae finem, «tristis est, inquiens, anima mea usque ad mortem (Matth. XXVI).» Ergo cum sederit filius hominis in sede majestatis, qui prius stetit in ignominiosissimo supplicio crucis interrogatus contumeliis pariter et tormento, sedebitis et vos judicantes, a quibus nunc judicium incipit, qui minime datis requiem vobis ipsis, cur et ille non judicare, sed judicari, nec ministrari venit, sed ministrare? (Matth. XX.) Illic vere sedebunt sedes in judicio (Psal. CXXI). Filius enim Dei Salvator indivisibili naturarum unitate, secundum quod Deus est, sedet a dextris Dei (Psal. CIX); secundum quod homo, assistit nunc vultui Dei pro nobis (Hebr. IX); nec erit ei sessio triumphalis, donec sit Deus omnia in omnibus, id est, corpus capiti tanta pace jungatur ut simus ei similes, etsi non pares. Adhuc enim negatur a Judaeis, a gentibus subsannatur, laceratur ab haereticis, a falsis Christianis graviter impugnatur; et tu eum putas residere quietum, nec attendere superborum oculos, malignantium impetus, repugnantium voluntates? Sed in regeneratione sedebit cum sedentibus, cum nos in sincerissimum nitorem in utraque substantia repurgabimur, et ipse, devictis inimicis, cum amicis intrabit in gloriam. Angelos hominibus unitate sempiterna couniens, et damna beatae resarciens civitatis. Hoc autem totum erit in regeneratione. Beata ista regeneratio, quae terram renovabit et coelum, terrigenas coelicolis foederabit, et perpetuae pacis fontem indefessa profluxione refundet.

Infinita es ciertamente la dulzura de las misericordias del Señor para con sus pobres; ni los deja en la muerte, por quienes se expuso a sí mismo a la muerte y a los tormentos. «Vosotros —dice—, que me habéis seguido, en la regeneración, cuando el Hijo del hombre se siente en la sede de su majestad, os sentaréis también vosotros para juzgar». ¿Qué es esto sino decir: alcanzaréis a Aquel a quien seguís, si es que lo perseguís, como está escrito: «Busca la paz y persíguela (Sal 33)»? Corred, pues, de tal manera que alcancéis (1 Cor 9), ni queráis descansar antes de que alcancéis al que está sentado y merezcáis sentaros con Él. Saltó como un gigante para recorrer el camino (Sal 18); ciertamente en todo el tiempo en que fue visto en la tierra y conversó con los hombres (Bar 3); ni descansó hasta llegar a lo que Él mismo constituyó como fin del trabajo y de la tristeza, diciendo: «Triste está mi alma hasta la muerte (Mt 26)». Por tanto, cuando el Hijo del hombre se siente en la sede de su majestad, Él que antes estuvo en el ignominiosísimo suplicio de la cruz interrogado con contumelias y también con tormentos, os sentaréis también vosotros para juzgar, por quienes ahora comienza el juicio, que no os dais descanso a vosotros mismos; ¿por qué también Él vino no a juzgar, sino a ser juzgado, ni a ser servido, sino a servir (Mt 20)? Allí verdaderamente se sentarán las sedes en juicio (Sal 121). Pues el Hijo de Dios Salvador, por la indivisible unidad de naturalezas, según lo que es como Dios, se sienta a la diestra de Dios (Sal 109); según lo que es como hombre, asiste ahora ante el rostro de Dios por nosotros (Heb 9); ni habrá para Él una sesión triunfal hasta que Dios sea todo en todas las cosas, es decir, que el cuerpo se una a la cabeza con tanta paz que seamos semejantes a Él, aunque no iguales. Pues todavía es negado por los judíos, es escarnecido por los gentiles, es lacerado por los herejes, es gravemente impugnado por los falsos cristianos; ¿y piensas tú que Él reside tranquilo, y no atiende a los ojos de los soberbios, a los ímpetus de los malignos, a las voluntades de los que se oponen? Pero en la regeneración se sentará con los que se sientan, cuando nosotros seamos purificados en el más sincero resplandor en ambas sustancias, y Él mismo, vencidos los enemigos, entrará con los amigos en la gloria. Uniendo a los ángeles con los hombres en unidad sempiterna, y reparando las pérdidas de la ciudad bienaventurada. Todo esto, además, será en la regeneración. Bienaventurada aquella regeneración que renovará la tierra y el cielo, federará a los nacidos de la tierra con los habitantes del cielo, y derramará de nuevo la fuente de la paz perpetua con incansable fluidez.

Notandum autem quod una est generatio et duae regenerationes. Et in generatione quidem, quam ex radice vitiata contrahimus, corpus mortalitate, anima autem iniquitate repletur. In regeneratione vero baptismatis, ubi nos oportet nasci denuo (Joan. III), animae quidem purgatur iniquitas, sed corporis mortalitas non aufertur. Necessaria est ergo alia regeneratio, sive resurrectio, in qua reperientur etiam corpora configurata corpori claritatis Christi (Phil. III), si tamen corda prius fuerint reformata ad mansuetudinem et humilitatem cordis ipsius Christi. Unde et beatus, qui habet partem in resurrectione prima (Apoc. XX), pro eo utique quoniam futurus est particeps et secundae. In hac ergo regeneratione cum sederit filius hominis, etc.

Hoc est quod alio in loco Scriptura loquens, «pro confusione, inquit, duplici et rubore laudabunt partem suam (Isa. LXI).» Duo enim habet paupertas sequentium Dominum, afflictionem videlicet et vilitatem. Unde Propheta: «Vide, inquit, humilitatem meam et laborem meum (Psal. XXIV).» Propterea igitur in terra sua duplicia possidebunt (Isa. LXI), ut pro vilitate sit honor judiciariae potestatis, pro afflictione refrigerium placidissimae sessionis. Quando igitur sedebimus nos, quorum modo nec corpus, nec anima sedet, in quibus sedatum nihil, nihil quietum, nihil in eodem statu permanet? Quando liberabimur ab inquietudine mobilitatis hujus? Corpus enim nostrum sedere non permittitur, cum illud impediat et praesentis sensus doloris et futura mortis anxietas, quoniam passibile est et mortale. Sed et spiritus ipse nullam habet requiem ob exspectationem spei et timoris sollicitudinem. Erit autem cum anima requiescet in spe singulariter constituta (Psal. IV); libera quidem a sollicitudine, sed non ab exspectatione. Fiet autem hoc post mortem carnis, sed ante diem judicii. In die autem illa cum sederit filius hominis, perfecte et ex omni parte sedebimus, quia nec corpus doloris sensu turbabitur, nec anxiabitur timore mortis, impassibilitatis et immortalitatis duplici stola glorificatum liberique erimus, quod ad animam pertinet, ab exspectatione et sollicitudine universa, nihil minus habentes, nihil deinceps periculi metuentes, in perfectissima securitate et securissima perfectione. «Sedebitis,» ait Dominus, ait Veritas. Solemnis sessio, grata quies, plena sufficientia. «Filii hominum, usquequo gravi corde, ut quid diligitis vanitatem et quaeritis mendacium?» (Psal. IV.) Gloriam enim, quae ab invicem est, quaeritis, vanam utique et mendacem, quoniam vani filii hominum, mendaces filii hominum (Psal. LXI), et gloriam, quae a solo Deo est, non vultis, gloriam sine dubio manentem et veram. Miseri et miserabiles, qui pro brevi voluptate torrentem perditis voluptatis, et divinam vobis interrumpitis misericordiam, ut nunquam satiemini ab uberibus consolationis ejus (Psal. XXXV).

Hay que notar, sin embargo, que hay una sola generación y dos regeneraciones. Y en la generación ciertamente, que contraemos de la raíz viciada, el cuerpo se llena de mortalidad, pero el alma de iniquidad. En la regeneración del bautismo, en cambio, donde nos conviene nacer de nuevo (Jn 3), se purifica ciertamente la iniquidad del alma, pero no se quita la mortalidad del cuerpo. Es necesaria, por tanto, otra regeneración, o resurrección, en la que se encontrarán también los cuerpos configurados al cuerpo de la claridad de Cristo (Flp 3), con tal de que los corazones hayan sido reformados primero a la mansedumbre y humildad del corazón del mismo Cristo. Por lo cual también es bienaventurado el que tiene parte en la resurrección primera (Apoc 20), por el hecho ciertamente de que ha de ser partícipe también de la segunda. En esta regeneración, por tanto, cuando se siente el Hijo del hombre, etc.

Esto es lo que dice la Escritura en otro lugar: «por su doble confusión —dice— y su vergüenza, alabarán su parte (Is 61)». Pues dos cosas tiene la pobreza de los que siguen al Señor: a saber, la aflicción y la vileza. De donde el Profeta dice: «Mira —dice — mi humildad y mi trabajo (Sal 24)». Por esto, pues, poseerán el doble en su tierra (Is 61), para que por la vileza haya el honor del poder judicial, y por la aflicción el refrigerio de una sesión placidísima. ¿Cuándo, pues, nos sentaremos nosotros, de quienes ahora ni el cuerpo ni el alma se sientan, en quienes nada está asentado, nada quieto, nada permanece en el mismo estado? ¿Cuándo seremos librados de la inquietud de esta movilidad? Pues a nuestro cuerpo no se le permite sentarse, ya que lo impiden tanto el sentido del dolor presente como la ansiedad de la muerte futura, puesto que es pasible y mortal. Pero también el espíritu mismo no tiene ningún descanso debido a la expectativa de la esperanza y a la solicitud del temor. Pero será cuando el alma descanse constituida singularmente en la esperanza (Sal 4); libre ciertamente de la solicitud, pero no de la expectativa. Esto sucederá después de la muerte de la carne, pero antes del día del juicio. En aquel día, sin embargo, cuando se siente el Hijo del hombre, nos sentaremos perfectamente y en todas nuestras partes, porque el cuerpo ni será turbado por el sentido del dolor, ni se angustiará por el temor de la muerte, glorificado por la doble estola de la impasibilidad y la inmortalidad; y seremos libres, en lo que al alma se refiere, de toda expectativa y solicitud, no teniendo nada menos, no temiendo en adelante ningún peligro, en la más perfecta seguridad y en la más segura perfección. «Os sentaréis», dice el Señor, dice la Verdad. Sesión solemne, grato descanso, plena suficiencia. «Hijos de los hombres, ¿hasta cuándo con corazón pesado, por qué amáis la vanidad y buscáis la mentira? (Sal 4)». Pues buscáis la gloria que viene unos de otros, vana ciertamente y mentirosa, puesto que los hijos de los hombres son vanos, los hijos de los hombres son mentirosos (Sal 61), y no queréis la gloria que viene solo de Dios, gloria sin duda permanente y verdadera. Miserables y dignos de lástima los que por un breve placer perdéis el torrente del placer, y os interrumpís la divina misericordia, para que nunca os saciéis de los pechos de su consolación (Sal 35).

Sed ne magnae promissionis dulcedinem longanimis exspectatio contorqueret, mentis nostrae mobilitatem sermone temperat dulciori. Novit enim ipse figmentum nostrum (Psal. CII), quoniam dilationis moras pusillanimitas nostra non sustinet; ideoque benignitate sua huic quoque obviat cogitationi, et occurrit etiam ex hac parte, dicens: «Et omnis, qui reliquerit domum, aut patrem, aut matrem, aut fratrem, aut uxorem, aut agros, aut filios propter nomen meum, centuplum accipiet, et vitam aeternam possidebit (Matth. XIX).» «Obstructum est certe os loquentium iniqua (Psal. LXII).» Jamque confundantur omnes iniqua agentes supervacue (Psal. XXIV). Habemus enim promissionem vitae hujus, quae nunc est, pariter et futurae (I Tim. IV), manifestumque est praesentis temporis esse centupli promissionem ex eo nimirum quod sequitur: «Et vitam aeternam possidebit.» Sed ne quis obstinatis dissimulandi locus remaneat, vado ad Evangelium secundum Marcum, ubi aperte declaratur temporis hujus esse centupli promissionem. Ait enim Dominus: «Nemo est, qui reliquerit patrem, aut matrem, aut filios, aut agros propter me et propter Evangelium, qui non accipiat centies tantum; nunc in hoc tempore domos, et fratres,» etc. (Marc. X). Et, ut magis miremini, nec promissionem hanc, licet hujus sit temporis, exhiberi de temporalibus aestimetis, additum est: cum persecutionibus. Quid enim in persecutione positi terrenae substantiae sancti martyres acceperunt, quando et ipsa quoque terra beatorum corporum data est in manus hominum impiorum? Quod ergo dicit centies tantum domos, aut fratres, etc., minime secundum carnem intelligi posse, vel ex eo manifestum est quod centum matres accipit nemo. Jam vero, si pro communicatione possessionum et animorum affectione, quae inter electos est, promissionem hanc volumus intelligere, aliquibus quidem, sed non omnibus poterit convenire. Nonnullos enim sanctorum terrena hac et humana consolatione novimus caruisse. In corde ergo et in homine interiori centuplum istud quaeras necesse est, ut habeas nunc quidem fructum tuum in sanctificationem, finem vero vitam aeternam.

Qui ergo nondum centuplum acceperunt, scrutentur corda sua, et universa manuum suarum studia diligenter examinent, nec dubium quin inveniant angulum et diversorium, quod Salvator non novit. Sed vulpes foveas habent, et volucres coeli nidos (Luc. IX). Magis autem perfectius relinquant omnia, non quaerant quae sua sunt, nihil sibi retineant, nihil aliis. Sunt enim plerique qui, licet propriam exaltationem voluptatemque satis despiciant, propinquis tamen suis quodammodo retinent quod debuerant reliquisse, incongrua sollicitudine et religioni contraria pro eis utique laborantes.

Pero para que la larga espera no amargara la dulzura de la gran promesa, modera la movilidad de nuestra mente con un discurso más dulce. Pues Él mismo conoce nuestra condición (Sal 102), ya que nuestra pusilanimidad no soporta las demoras de la dilación; y por eso con su benignidad sale al encuentro también de este pensamiento, y ocurre también por esta parte, diciendo: «Y todo el que haya dejado casa, o padre, o madre, o hermano, o esposa, o campos, o hijos por mi nombre, recibirá el céntuplo, y poseerá la vida eterna (Mt 19)». «Ciertamente ha sido obstruida la boca de los que hablan cosas inicuas (Sal 62)». And let all those who act iniquitously in vain now be confounded (Psal. XXIV). Pues tenemos la promesa de esta vida que es ahora, y también de la futura (1 Tim 4), y es manifiesto que la promesa del céntuplo es del tiempo presente por aquello que ciertamente sigue: «Y poseerá la vida eterna». Pero para que no quede ningún lugar de obstinado disimulo, voy al Evangelio según Marcos, donde se declara abiertamente que la promesa del céntuplo es de este tiempo. Pues dice el Señor: «Nadie hay que haya dejado padre, o madre, o hijos, o campos por mí y por el Evangelio, que no reciba cien veces más; ahora en este tiempo casas, y hermanos», etc. (Mc 10). Y, para que más os maravilléis, ni estiméis que esta promesa, aunque sea de este tiempo, se exhibe sobre las cosas temporales, se añadió: con persecuciones. Pues, ¿qué recibieron de sustancia terrenal los santos mártires puestos en persecución, cuando incluso la misma tierra de sus cuerpos bienaventurados fue entregada en manos de hombres impíos? Por tanto, lo que dice: «cien veces más casas, o hermanos», etc., de ningún modo puede entenderse según la carne, como es manifiesto incluso por esto: que nadie recibe cien madres. Ahora bien, si por la comunicación de las posesiones y el afecto de las almas que hay entre los elegidos queremos entender esta promesa, podrá convenir a algunos, pero no a todos. Pues sabemos que algunos de los santos carecieron de esta consolación terrenal y humana. En el corazón, pues, y en el hombre interior es necesario que busques ese céntuplo, para que tengas ahora ciertamente tu fruto para la santificación, y el fin la vida eterna.

Por tanto, los que aún no han recibido el céntuplo, escudriñen sus corazones y examinen diligentemente todos los afanes de sus manos; no hay duda de que encontrarán algún rincón y albergue que el Salvador no conoce. Pero las zorras tienen madrigueras, y las aves del cielo nidos (Lc 9). Más bien, dejen todas las cosas más perfectamente, no busquen lo que es suyo, nada retengan para sí, nada para los demás. Pues hay muchísimos que, aunque desprecian bastante su propia exaltación y placer, sin embargo retienen de algún modo para sus parientes lo que debieron haber dejado, trabajando ciertamente por ellos con una solicitud incongruente y contraria a la religión.

Quanti enim monachorum, dum parentibus suis plus justo consulunt, suas animas perdiderunt? Ergo relinquant omnia, solum sequantur Christum, soli Christo placere contendant, et beneplacito voluntatis ejus pervigili adhaereant sollicitudine, haud dubium quin experiantur illico quod relinquentibus omnia et sequentibus se Veritas pollicetur: «Centuplum, inquit, accipiet et vitam aeternam possidebit (Matth. XIX).» Illud enim in via accipitur ad solatium; illa vero ad beatitudinem in patria possidebitur in aeternum. Sed quid est centuplum istud, nisi consolationes, visitationesque et primitiae spiritus, qui super mel dulcis est, nisi testimonium conscientiae nostrae, nisi laeta, et jucundissima justorum exspectatio, nisi memoria abundantiae suavitatis Dei, et magna vere multitudo dulcedinis ejus, quam nec expertis, necesse est dicere, nec inerpertis [inexpertus] illis verbis exprimere quisquam potest? Non pater, non mater, non domus, non ager, non cibus, aut vestis, non denique terrenum aliquid, aut corporale, sed plane his omnibus delectabilius, super haec omnia dulcius atque jucundius est.

Cui vero sic specialiter totus evangelicae lectionis excursus assignari potest, quemadmodum patri et magistro nostro beato Benedicto? Hic a pueritia mundum cum flore reliquit, et currentem Christum cursu rapidissimo secutus est, nec destitit, donec consequeretur. Quis inter judicantes sublimius judicabit? Quis ita centuplum in hac vita percepit? Quis vitam aeternam gloriosius possidebit? Ejus igitur intercessione suae gratiae largitatem ad praesentis vitae consolationem et aeternae possessionem, nobis administrare dignetur, qui venit, ut vitam habeamus, et ut abundantius habeamus (Joan. X), Jesus Christus Dominus noster, qui est benedictus in saecula. Amen.

Sermo X.

IN COENA DOMINI. (XXIV MART.)

Hodie, fratres charissimi, dum coenae Dominicae solemnia celebramus, plurima virtutum coelestium sacramenta recolimus. Hodie namque Salvator noster, qui caput est angelorum, dum suis discipulis vestigia tersit, verae nobis humilitatis exemplum manifeste proposuit, ut quod impendit Dominus famulis, servi non dedignentur exhibere conservis, et pulvis non deneget pulveri, quod sibi congruere tantae visum est majestati.

Pues, ¿cuántos monjes, mientras miran por sus padres más de lo justo, han perdido sus propias almas? Por tanto, déjenlo todo, sigan solo a Cristo, contiendan por agradar solo a Cristo, y adhiéranse al beneplácito de su voluntad con vigilante solicitud; no hay duda de que experimentarán al punto lo que la Verdad promete a los que lo dejan todo y lo siguen: «Recibirá el céntuplo —dice— y poseerá la vida eterna (Mt 19)». Pues aquello se recibe en el camino para consuelo; aquello otro, en cambio, se poseerá para la bienaventuranza en la patria para siempre. Pero ¿qué es este céntuplo sino las consolaciones, las visitaciones y las primicias del espíritu, que es más dulce que la miel; sino el testimonio de nuestra conciencia; sino la alegre y gratísima esperanza de los justos; sino la memoria de la abundancia de la suavidad de Dios y la verdaderamente gran multitud de su dulzura, la cual es necesario decir que nadie que la haya experimentado puede expresar con aquellas palabras, ni nadie que no la haya experimentado? Ni el padre, ni la madre, ni la casa, ni el campo, ni el alimento, ni el vestido, ni en fin nada terrenal o corporal, sino que es claramente más deleitable que todo esto, más dulce y agradable que todo ello.

¿A quién, en efecto, puede asignarse tan especialmente todo el recorrido de la lectura evangélica como a nuestro padre y maestro el bienaventurado Benito? Él dejó el mundo con su flor desde la infancia, y siguió con rapidísima carrera a Cristo que corría, ni desistió hasta alcanzarlo. ¿Quién juzgará más sublimemente entre los que juzgan? ¿Quién percibió así el céntuplo en esta vida? ¿Quién poseerá más gloriosamente la vida eterna? Por su intercesión, pues, se digne administrarnos la largueza de su gracia para consuelo de la presente vida y posesión de la eterna Aquel que vino para que tengamos vida, y para que la tengamos en abundancia (Jn 10), Jesucristo nuestro Señor, que es bendito por los siglos. Amén.

Sermón X.

EN LA CENA DEL SEÑOR. (24 DE MARZO).

Hoy, hermanos queridísimos, mientras celebramos las solemnidades de la Cena del Señor, recordamos muchísimos sacramentos de las virtudes celestiales. Pues hoy nuestro Salvador, que es la cabeza de los ángeles, al lavar los pies a sus discípulos, nos propuso manifiestamente un ejemplo de verdadera humildad, para que lo que el Señor otorgó a sus siervos, los siervos no se dignen negarlo a sus conservos, y el polvo no le niegue al polvo lo que a tan gran majestad le pareció conveniente para sí mismo.

Ubi cum Petrus obsequium suscipere summi [tanti] Praeceptoris abnueret, et ille minas repulsionis, nisi se lavari permitteret, intentaret tremefactus tandem et insistentis imperio protinus acquiescens ait: «Domine, non tantum pedes meos, sed et manus et caput (Joan. XIII).» In quibus utique verbis beatus Apostolus opera nostra, simul et cogitationes, ut a Domino purificentur atque mundentur, indigere signavit. Siquidem manibus operatur, cogitationes autem ex mente, quae caput est interioris hominis, proferuntur. Vera ergo ac perfecta purgatio est cum Deus omnipotens non solum opera nostra munda et immaculata custodit, sed etiam pravas cogitationes a cordibus nostris sancti Spiritus infusione repellit.

Hodie Salvator terreni panis ac vini speciem in sui corporis et sanguinis sacramenta convertit, suisque discipulis vitalis alimoniae pabulum ministravit. Cibus enim ille vetitus, quem primus homo intumescente superbia et gula pruriente percepit, per universa ejus viscera vitiorum omnium ac mortalis corruptionis venena diffudit. Contra hoc igitur lethale virus antidotum a Christiano populo sumitur, per quod spiritualis morbi pestilentia salubriter evomatur. Hujus novi sacramenti virtute fermentum, illud [illico] condemnatae vetustatis expellimus, ut de servitute ad libertatem spiritus et ad nova regenerationis azyma transeamus.

Hodie sacrum chrisma conficitur, per quod in nobis omnium coelestium charismatum sanctificatio confirmatur [designatur]. Hoc videlicet illud esse sacrosanctum chrisma cognoscitur, quod non modo sacerdotes, reges atque prophetas unxit in Veteri Testamento, sed etiam sanctos apostolos, martyres et confessores sanctificavit in Novo. Hodie [hoc] etiam nos oleo divinae virtutis inungimur, ut in spiritualis palaestrae certamine colluctantes de subactis atque convictis hostibus triumphemus. De quo nimirum oleo propheta dicit: «Computrescet jugum a facie olei (Isai. X).» Nam, cum per hoc divini chrismatis sacramentum libertatis nobis spiritus redditur, servitutis antiquae jugum in putredinem necesse est redigatur. Hoc mysterium chrismatis propheta David indubitanter agnovit, cum vultus nostro in oleo exhilarandos esse cantavit (Psal. CIII). Enimvero cum mundi crimina diluvio quondam expiarentur effuso (Gen. VII); futuri muneris columbae similitudinem praetulit, cum olivae ramo pacem terris redditam nuntiavit.

Donde, cuando Pedro se negaba a recibir el obsequio de tan gran Preceptor, y Aquel le conminaba con amenazas de rechazo si no se dejaba lavar, aterrorizado al fin y aquiesciendo al punto al imperio del que insistía, dijo: «Señor, no solo mis pies, sino también las manos y la cabeza (Jn 13)». Con cuyas palabras ciertamente el bienaventurado Apóstol significó que nuestras obras, a la vez que nuestros pensamientos, necesitan ser purificados y limpiados por el Señor. Pues con las manos se obra, pero los pensamientos proceden de la mente, que es la cabeza del hombre interior. Verdadera, pues, y perfecta purgación es cuando el Dios omnipotente no solo guarda nuestras obras limpias e inmaculadas, sino que también repele los pensamientos perversos de nuestros corazones por la infusión del Espíritu Santo.

Hoy el Salvador convirtió la especie del pan y del vino terrenales en los sacramentos de su cuerpo y de su sangre, y administró a sus discípulos el alimento de la nutrición vital. Pues aquel alimento prohibido, que el primer hombre recibió con soberbia hinchada y gula anhelante, difundió por todas sus vísceras los venenos de todos los vicios y de la corrupción mortal. Contra este virus letal, por tanto, el pueblo cristiano toma un antídoto por el cual la pestilencia de la enfermedad espiritual sea saludablemente vomitada. Por la virtud de este nuevo sacramento expulsamos al punto aquel fermento de la condenada antigüedad, para que pasemos de la servidumbre a la libertad del espíritu y a los nuevos ázimos de la regeneración.

Hoy se confecciona el sagrado crisma, por el cual se confirma en nosotros la santificación de todos los carismas celestiales. Este ciertamente se reconoce como aquel sacrosanto crisma que no solo ungió a sacerdotes, reyes y profetas en el Antiguo Testamento, sino que también santificó a los santos apóstoles, mártires y confesores en el Nuevo. Hoy también nosotros somos ungidos con este óleo de la divina virtud, para que luchando en el certamen de la palestra espiritual triunfemos sobre los enemigos sometidos y convictos. De cuyo óleo ciertamente dice el profeta: «Se pudrirá el yugo ante la faz del óleo (Is 10)». Pues, cuando por este sacramento del divino crisma se nos devuelve el espíritu de libertad, es necesario que el yugo de la antigua servidumbre sea reducido a la podredumbre. Este misterio del crisma lo conoció indudablemente el profeta David, cuando cantó que nuestros rostros debían ser alegrados con el óleo (Sal 103). En verdad, cuando los crímenes del mundo fueron en otro tiempo expiados por el diluvio derramado (Gén 7); presentó la semejanza del futuro don de la paloma, cuando anunció la paz devuelta a la tierra con un ramo de olivo.

Ait enim Scriptura: «Exspectatis autem ultra septem diebus aliis, rursum dimisit Noe columbam ex arca. At illa venit ad eum ad vesperam, portans ramum olivae virentibus foliis in ore suo (Gen. VIII).» In emissione ac reversione columbae septenarius numerus ponitur, quia septem esse procul dubio sancti Spiritus dona noscuntur. Vespertina vero hora ad arcam columba revertitur, quia Spiritus sanctus, qui in mundi principio ferebatur super aquas (Gen. I), jam vesperascente saeculo sanctam replevit Ecclesiam.

Ad hoc etiam divini chrismatis pertinet sacramentum, quod omnipotens Deus Moysi famulo suo mandatum dedit, ut Aaron fratrem suum aqua prius ablueret, deinde per infusionem hujus unguenti constitueret sacerdotem: «Aaron, inquit, et filios ejus unges sanctificabisque eos, ut sacerdotio fungantur mihi. Filiis quoque Israel dices: Hoc oleum unctionis sanctum erit mihi in generationes vestras (Exod. XXX).» Porro autem, sicut jam abluto per diluvium mundo, cum olivae ramo ad arcam columba revertitur, sic etiam Aaron aqua prius ablutus est, deinde chrismate perunctus, ut ad sacerdotium promoveretur. Sic etiam nunc quilibet ad regenerationis gratiam veniens prius sacri baptismatis undis immergitur, ut postmodum divini chrismatis mysterio consignetur.

Illud praeterea oleum, quod et tabernaculum foederis et cuncta ejus utensilia consecravit, hoc divini chrismatis sacramentum perspicue figuravit. Ait enim Dominus Moysi: «Tolles oleum de olivetis mensura hin, faciesque unctionis oleum sanctum, unguentum compositum opere unguentarii, et unges eo tabernaculum testimonii, et arcam testamenti mensamque cum basibus suis, candelabrum et utensilia ejus, altaria thymiamatis et holocausti, et universam supellectilem, quae ad cultum eorum pertinet, sanctificabisque omnia, et erunt Sancta sanctorum; qui tetigerit ea sanctificabitur (Exod. XXX).» Mysticum itaque chrisma, quod tunc consecrabat tabernaculum in deserto, nunc Ecclesiam in novo sanctificat testamento. Quod etiam sacramentum tunc uberius et copiosius videtur impletum, cum Redemptor noster de Jordanis undis baptizatus exiit, et apertis coelis protinus in eum Spiritus sanctus in columbae specie manifesta visione descendit, moxque vox Patris intonans: «Hic est, inquit, Filius meus dilectus, in quo mihi complacui (Matth. III).» Hunc esse perspicue comprobans, cui David olim eodem Spiritu edoctus, aiebat: «Unxit te Dominus Deus tuus oleo laetitiae prae consortibus tuis (Psal. XLIV).» Ex illo sane tunc Spiritu, qui nostrum quoque chrisma nunc consecrat, tantam virtutem aquarum omnium natura concepit, ut in quibuscunque fluentibus sub professione deificae Trinitatis abluendus immergatur, plenum atque perfectum novae regenerationis mysterium divinitus impleatur.

Pues dice la Escritura: «Esperando todavía otros siete días, Noé envió de nuevo la paloma fuera del arca. Y ella volvió a él por la tarde, trayendo en su boca un ramo de olivo con hojas verdes (Gén 8)». En la emisión y el regreso de la paloma se pone el número siete, porque sin duda se conocen como siete los dones del Espíritu Santo. Pero a la hora de la tarde vuelve la paloma al arca, porque el Espíritu Santo, que al principio del mundo se movía sobre las aguas (Gén 1), ya al atardecer del siglo ha llenado la santa Iglesia.

A esto pertenece también el sacramento del divino crisma, que el Dios omnipotente dio como mandato a su siervo Moisés, de que lavara primero con agua a su hermano Aarón, y luego lo constituyera sacerdote por la infusión de este ungüento: «A Aarón —dijo— y a sus hijos ungirás y los santificarás para que ejerzan el sacerdocio para mí. A los hijos de Israel también dirás: Este óleo de unción será santo para mí en vuestras generaciones (Éx 30)». Además, así como cuando el mundo ya había sido lavado por el diluvio, la paloma volvió al arca con un ramo de olivo, así también Aarón fue lavado primero con agua, luego ungido con el crisma, para que fuera promovido al sacerdocio. Así también ahora cualquiera que viene a la gracia de la regeneración es sumergido primero en las aguas del santo bautismo, para que después sea sellado con el misterio del divino crisma.

Además, aquel óleo, que consagró tanto el tabernáculo de la alianza como todos sus utensilios, figuró claramente este sacramento del divino crisma. Pues dijo el Señor a Moisés: «Tomarás óleo de los olivares por la medida de un hin, y harás el óleo santo de la unción, un ungüento compuesto por obra de perfumista, y ungirás con él el tabernáculo del testimonio, y el arca del testamento y la mesa con sus basas, el candelabro y sus utensilios, los altares del incienso y del holocausto, y todo el mobiliario que pertenece a su culto, y santificarás todas las cosas, y serán el Santo de los santos; quien las tocare será santificado (Éx 30)». Por tanto, el crisma místico, que entonces consagraba el tabernáculo en el desierto, ahora santifica a la Iglesia en el nuevo testamento. Sacramento que también entonces parece haberse cumplido más rica y copiosamente, cuando nuestro Redentor, bautizado, salió de las aguas del Jordán, y abiertos los cielos, al punto descendió sobre Él el Espíritu Santo en especie de paloma en visión manifiesta, y pronto tronó la voz del Padre: «Este —dijo— es mi Hijo amado, en quien me he complacido (Mt 3)». Comprobando claramente que Él es aquel a quien David, en otro tiempo enseñado por el mismo Espíritu, decía: «Te ungió el Señor tu Dios con óleo de alegría por encima de tus compañeros (Sal 44)». De aquel Espíritu, pues, que también ahora consagra nuestro crisma, la naturaleza de todas las aguas concibió tanta virtud, que en cualesquiera aguas corrientes en que se sumerja el que ha de ser lavado bajo la profesión de la deificante Trinidad, se cumpla divinamente el pleno y perfecto misterio de la nueva regeneración.

Hoc nostrum chrisma illud etiam oleum typice designabat, quo Dominus in tabernaculo septem lucernas impleri ac jugiter ardere praecepit. «Praecipe, inquit, filiis Israel, ut afferant tibi oleum de olivis purissimum ac lucidum ad concinnandas lucernas jugiter extra velum testimonii in tabernaculo foederis, ponetque eas Aaron a vespere usque in mane coram Domino, cultu rituque perpetuo in generationibus vestris super candelabrum mundissimum ponetur semper in conspectu Domini (Lev. XXIV).» Quid autem per septem lucernas in tabernaculo, nisi septem significantur Ecclesiae in uno populo Christiano? In quibus nimirum oleum jubetur indesinenter ardere, quia in his sincera charitas, quae per Spiritum sanctum datur, gemini debet amoris igne fervescere, et claris atque conspicuis semper operibus coruscare. Sed cum una sit procul dubio catholica, universalis Ecclesia, sicut per Salomonem dicitur: «Una est columba mea, una genitricis suae (Cant. VI);» quid est, quod in sacris eloquiis septem esse referuntur Ecclesiae, nisi quia, quae una est per unitatem fidei, septiformis est per totidem dona Spiritus sancti? Hae sunt enim septem illae mulieres, quae juxta prophetae vaticinium accepere virum unum (Isai. IV). Vir autem Ecclesiae Christus. Hoc plane sancti Spiritus oleo cuncta sacrarum Scripturarum pabula condiuntur, ut animarum nostrarum viscera saginentur. Hoc oleum vitalibus epulis eloquii coelestis infusum sapit in faucibus animae, cujus et stomachum recreat, et gustum percipientis obdulcat. Nam scriptum est: «Littera occidit, spiritus autem vivificat (II Cor. III).» Unde sciendum est quia omnes sacrorum voluminum paginae sancti Spiritus oleo sunt conditae. Quamobrem et in libro Numeri legitur: «Quia circuibat populus, et colligens manna frangebat mola, sive terrebat in mortario, coquens in olla, et faciens ex eo tortulas saporis quasi panis oleati (Num. XI).

Porro autem quasi per multa in cellario Domini dolia transitum habuimus, ut ad solum oleatum, velut olei vasculum pervenire possemus. Manna denique, quo plebs vivebat Israelitica, sacrum designabat eloquium, quo nutritur et vegetatur religio Christiana. Quod utique veraciter oleatum est, quia mystica sancti Spiritus est unctione conspersum. Notandum vero quia idem manna, quod in libro Numeri dicitur oleatum, in Exodo legitur non olei, sed mellis potius habuisse saporem: «Gustus, inquit, ejus erat quasi similae cum melle (Exod. XVI).» Quidnam est quod angelicus ille cibus prius dicitur mellis exhibuisse dulcedinem, et postmodum non mellis, sed olei praebuisse suavitatem, nisi quod Redemptor noster sacrarum omnium auctor et conditor Scripturarum, quem videlicet illud manna principaliter figurabat, et ante passionem, velut mel dulcedinem exhibuit miraculorum, et post ascensionem suam tanquam oleum, in discipulos suos effudit Spiritum sanctum? (Act. I et II.)

Este crisma nuestro también designaba típicamente aquel óleo con el que el Señor mandó que se llenaran las siete lámparas en el tabernáculo y ardieran continuamente. «Manda —dijo— a los hijos de Israel que te traigan óleo purísimo y lúcido de olivas para preparar las lámparas continuamente fuera del velo del testimonio en el tabernáculo de la alianza, y Aarón las pondrá desde la tarde hasta la mañana ante el Señor, con culto y rito perpetuo en vuestras generaciones; se pondrá siempre sobre el candelabro limpísimo en presencia del Señor (Lev 24)». Pero ¿qué se significa por las siete lámparas en el tabernáculo, sino las siete Iglesias en el único pueblo cristiano? En las cuales ciertamente se manda que el óleo arda sin cesar, porque en ellas la caridad sincera, que se da por el Espíritu Santo, debe hervir con el fuego del doble amor, y brillar siempre con obras claras y conspicuas. Pero siendo sin duda una sola la Iglesia católica y universal, como se dice por Salomón: «Una es mi paloma, la única de su madre (Cant 6)»; ¿por qué es que en las sagradas palabras se refiere que son siete las Iglesias, sino porque la que es una por la unidad de la fe, es septiforme por otros tantos dones del Espíritu Santo? Pues estas son aquellas siete mujeres que, según el vaticinio del profeta, recibieron un solo marido (Is 4). El marido de la Iglesia es Cristo. Claramente con este óleo del Espíritu Santo se condimentan todos los alimentos de las sagradas Escrituras, para que se engorden las entrañas de nuestras almas. Este óleo, infundido en los banquetes vitales de la palabra celestial, sabe bien en las fauces del alma, cuyo estómago recrea y cuyo gusto endulza para el que lo percibe. Pues está escrito: «La letra mata, pero el espíritu vivifica (2 Cor 3)». Por lo cual debe saberse que todas las páginas de los sagrados volúmenes están condimentadas con el óleo del Espíritu Santo. Por lo cual también en el libro de los Números se lee: «Porque el pueblo andaba alrededor, y recogiendo el maná lo molía con muela, o lo machacaba en mortero, cociéndolo en olla, y haciendo de él tortas de sabor como de pan aceitado (Núm 11)».

Además, hemos tenido un tránsito como por muchas tinajas en la bodega del Señor, para que pudiéramos llegar solo a lo aceitado, como a un vasito de óleo. Finalmente el maná, de que vivía el pueblo israelita, designaba la sagrada palabra, con la que se nutre y vegeta la religión cristiana. La cual ciertamente está verdaderamente aceitada, porque está rociada con la mística unción del Espíritu Santo. Hay que notar, en efecto, que el mismo maná, que en el libro de los Números se dice aceitado, en el Éxodo se lee que tuvo sabor no de aceite, sino más bien de miel: «Su gusto —dice— era como de flor de harina con miel (Éx 16)». ¿Por qué es que aquel alimento angélico se dice que primero exhibió la dulzura de la miel, y después ofreció la suavidad no de la miel, sino del aceite, sino porque nuestro Redentor, autor y fundador de todas las sagradas Escrituras, a quien aquel maná figuraba principalmente, tanto antes de la pasión exhibió como miel la dulzura de los milagros, como después de su ascensión derramó como aceite el Espíritu Santo sobre sus discípulos (Hech 1 y 2)?

Nam quasi mellis videtur propinasse dulcedinem, dum signis atque virtutibus coruscavit; olei vero tunc suavitatem dedisse, cum in apostolos suos sancti Spiritus paracleti dona diffudit. Quem videlicet ordinem Moyses congrue tenuit, cum in Deuteronomio de petra, quae et nihilominus manna erat, typice decantavit: «Suxerunt, inquit, mel de petra et oleum de firma petra (Deut. XXXII).» De hoc mysticae unctionis oleo sponsa ad sponsum dicit in Canticis: «Unguentum effusum nomen tuum (Cant. I).» Unguentum quidem effusum sponsi nomen asseritur, quia sicut a chrismate Christus, ita consequenter a Christo dicitur Christianus.

Quia igitur, dilectissimi, per gratiam Salvatoris nostri jam hujus chrismatis percepimus sacramentum, quia jam regiae dignitatis expressum praeferimus in fronte signaculum, studeamus ita nobiliter vivere ut conversatio nostra tam divinis tamque magnificis mysteriis valeat concordare. Nos enim sumus, quibus per primum apostolorum dicitur: «Vos genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, ut virtutem annuntietis ejus qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen suum (I Petr. II).» Et certe satis ignobile est sub vitiorum carnalium vivere servitute, qui, Deo nos adoptante, regii obtinemus generis dignitatem. Nimis turpe est ut terrenae simus concupiscentiae dediti, qui et Dei vocamur filii, et ad obtinendam coelestem haereditatem per Christi gratiam meremur ascribi. Plane, quia crucifixi praeceptoris nos constat esse discipulos, dignum est, ut etiam nosmetipsos huic nequam saeculo praebeamus exstinctos. A portanda igitur cruce post magistrum nostrum et Dominum nulla nos negotii temporalis cura praepediat, nullus amor terrenae substantiae, vel illecebrae carnalis avertat. Dirigamus fidei, ac devotionis nostrae oculos per stratam jam, nobisque propositam viam crucis, ut per eam inoffensis gressibus incedentes, ad eum mereamur attingere, qui auctor et provocator est ad gloriam resurrectionis. Qui cum Deo Patre et Spiritu sancto vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen.

* SERMO XI. DE ANNUNTIATIONE BEATISSIMAE VIRGINIS MARIAE. (XXV MART.)

Exsultate, fratres, in Domino, quia de domina illa sermo succedit, quae singularem in cordibus nostris sibi vindicat principatum. Haec est, ad cujus nomen corpus humiliter inclinatis, cujus horis reverenter assistitis, cujus memoriam jugiter frequentatis. Haec est, quae vestris affectibus suaviter indulcescit, quia magna multitudo dulcedinis ejus. Spiritus enim ejus super mel dulcis; in qua dulcis Dominus, cum omni sua dulcedine supervenit.

Pues parece haber propinado la dulzura de la miel mientras resplandeció con signos y prodigios; pero haber dado entonces la suavidad del aceite cuando difundió en sus apóstoles los dones del Espíritu Santo Paráclito. Orden que Moisés mantuvo congruentemente cuando en el Deuteronomio cantó típicamente de la piedra, que no obstante era también maná: «Chuparon —dijo— miel de la piedra y aceite de la piedra firme (Dt 32)». De este óleo de mística unción dice la esposa al esposo en los Cánticos: «Óleo derramado es tu nombre (Cant 1)». Se afirma que el nombre del esposo es óleo derramado porque, así como de crisma viene Cristo, así consecuentemente de Cristo se dice cristiano.

Puesto que, por tanto, amadísimos, por la gracia de nuestro Salvador ya hemos percibido el sacramento de este crisma, ya que ya llevamos en la frente el sello expreso de la dignidad real, esforcémonos por vivir tan noblemente que nuestra conversación pueda concordar con tan divinos y tan magníficos misterios. Pues nosotros somos aquellos a quienes se dice por el primero de los apóstoles: «Vosotros sois linaje elegido, sacerdocio real, nación santa, pueblo de adquisición, para que anunciéis las virtudes de aquel que os llamó de las tinieblas a su luz admirable (1 Pe 2)». Y ciertamente es bastante innoble vivir bajo la servidumbre de los vicios carnales nosotros que, adoptándonos Dios, obtenemos la dignidad de un linaje real. Demasiado torpe es que estemos entregados a la concupiscencia terrenal nosotros que somos llamados hijos de Dios y merecemos ser inscritos por la gracia de Cristo para obtener la herencia celestial. Claramente, puesto que consta que somos discípulos de un maestro crucificado, es digno que también nosotros mismos nos presentemos como muertos a este mundo inicuo. Por tanto, de llevar la cruz tras nuestro Maestro y Señor, que ninguna preocupación de los asuntos temporales nos impida, que ningún amor a la sustancia terrenal o atractivo carnal nos aparte. Dirijamos los ojos de nuestra fe y devoción por el camino de la cruz ya trazado y propuesto a nosotros, para que caminando por él con pasos sin tropiezo, merezcamos llegar a aquel que es autor y provocador de la gloria de la resurrección. Quien con Dios Padre y el Espíritu Santo vive y reina por los siglos de los siglos. Amén.

* SERMÓN XI. DE LA ANUNCIACIÓN DE LA BIENAVENTURADA VIRGEN MARÍA. (25 DE MARZO)

Exultad, hermanos, en el Señor, porque sigue el sermón sobre aquella Señora que reclama para sí un principado singular en nuestros corazones. Esta es aquella ante cuyo nombre incliná is humildemente el cuerpo, en cuyas horas asistís reverentemente, cuya memoria frecuentáis continuamente. Esta es la que dulcemente se endulza en vuestros afectos, porque es grande la multitud de su dulzura. Pues su espíritu es dulce sobre la miel; en la cual el dulce Señor, con toda su dulzura, sobrevino.

Cum enim fecerit Deus omnia opera sua valde bona (Gen. I), hoc melius fecit, consecrans sibi in ea reclinatorium aureum, in qua sola se post tumultus angelorum et hominum reclinaret, et requiem inveniret. Hoc est quod natura miratur, reveretur angelus, veretur homo, stupescit coelum, extremit terra, infernus exhorret. In hujus utero majestas Altissimi mirabiliter liquefacta, sicut adipe et pinguedine replevit terras, infudit coelos, inferna respersit. Hic exinanivit semetipsum (Philip. II) excelsus et immensus, mensuram bonam, et confertam et coagitatam mittens in sinum nostrum (Luc. VI). Hic divinis manibus unctus est oleo laetitiae, et sicut ab altare in summum pontificem consecratus. De hoc altari ad aram crucis ascendens proprio cruore tanquam alterius generis oleo perfusus, jam non solum consecratus, sed et consecrans, totum corpus machinae mundialis largiori ligamine copulavit. Facessat igitur moeror, tristitia fugiat, eliminetur dolor, rancor abscedat, ut liceat vacare et videre cum Moyse visionem hanc grandem (Exod. III), qualiter Deus in hoc ventre concipiatur, decipiatur diabolus, recipiatur perditum, indebitum accipiatur. Totum me trahit affectio, sed oratio deficit, et dives cogitatio vocis paupertate confunditur. Fervent interiora, et in undosam ebulliunt altitudinem, sed frigiditas linguae cumulos refrigerat exundantes.

Quid est, beatissima? Nunquid ita sensim taciturnus obdormiam, ut ibi mutus sim, ubi omnis loquitur creatura? Verumtamen non tacebo, et non quiescam, donec egrediatur ut splendor vultus tuus, et sermo de te conceptus, si non ut lampas, saltem ut scintilla accendatur (Isai. LXII). Movet me, fateor, quod permittente Deo peccant rationabiles creaturae, et multis annorum millibus tam coelestia quam terrestria incassum stare videantur, servituris istis, illis dirutis. Stat illa magna civitas civium suorum numerositate fraudata, et a stellantibus palatiis multiplex habitantium multitudo propellitur; obscurantur stellarii ignes, solem loquor, lunam et stellas, et multa sibi detracta luminis claritate multantur, terra maledicitur, condemnatur hominum successio, «et omnis creatura, juxta Apostolum, ingemiscit; et parturit (Rom. III).» Tacet Deus omnipotens, et ordinans ejus omnipotentia tantam dissimulat confusionem. Tandem nascitur Maria, et ad nubiles annos egrediens speciem induit speciosam, quae ipsum alliciat Deum, et divinitatis oculos in se convertat. Vide quid inde dicat ille non minimus explorator secretorum Dei: «Audi, filia, et vide, et inclina aurem tuam, et obliviscere populum tuum, et domum patris tui. Et concupivit rex decorem tuum, quoniam ipse est Dominus Deus tuus (Psal. XLIV).» Germinat igitur virga Jesse de tortuosa radice generis humani, et de patriarcharum arbore in altitudinem et rectitudinem erumpens, omnem ignorat nodositatem, filiorum tenebras nescit, fructuosa quaeque non habet.

Pues habiendo hecho Dios todas sus obras muy buenas (Gén 1), hizo esta mejor, consagrándose en ella un reclinatorio de oro, en el que solo Él se reclinara después de los tumultos de los ángeles y de los hombres, y encontrara descanso. Esto es lo que la naturaleza admira, el ángel reverencia, el hombre teme, el cielo se estupefacta, la tierra tiembla, el infierno se horroriza. En su útero la majestad del Altísimo se licuó maravillosamente, y como con grosura y pingüedue llenó las tierras, infundió los cielos, roció los infiernos. Aquí se anonadó a sí mismo (Flp 2) el Excelso e Inmenso, enviando a nuestro seno una medida buena, apretada, remecida y rebosante (Lc 6). Aquí fue ungido con el óleo de la alegría por las manos divinas, y como desde el altar fue consagrado como sumo pontífice. Subiendo de este altar al ara de la cruz, bañado en su propia sangre como por óleo de otro género, ya no solo consagrado, sino también consagrando, unió todo el cuerpo de la máquina mundial con un vínculo más generoso. Cese, pues, el luto, huya la tristeza, elimínese el dolor, apártese el rencor, para que sea lícito vacar y ver con Moisés esta gran visión (Éx 3): de qué manera Dios es concebido en este vientre, el diablo es engañado, lo perdido es recibido, lo indebido es aceptado. Todo me atrae el afecto, pero la oración desfallece, y el rico pensamiento se confunde por la pobreza de la voz. Hierven las entrañas, y bullen hacia una profundidad ondulante, pero la frialdad de la lengua refrigera los cúmulos desbordantes.

¿Qué pasa, bienaventuradísima? ¿Acaso me dormiré tan gradualmente silencioso, que esté mudo allí donde toda criatura habla? Sin embargo, no callaré, y no descansaré, hasta que tu rostro salga como resplandor, y la palabra concebida de ti, si no como lámpara, al menos como centella se encienda (Is 62). Me mueve, lo confieso, que permitiéndolo Dios pequen las criaturas racionales, y por muchos miles de años tanto las cosas celestiales como las terrenales parezcan estar en vano, aquellas destinadas a servir, estas destruidas. Está en pie aquella gran ciudad defraudada de la numerosidad de sus ciudadanos, y de los palacios estelares es expelida una múltiple multitud de habitantes; se oscurecen los fuegos estelares, hablo del sol, la luna y las estrellas, y son multados con mucha claridad de luz quitada de ellos, la tierra es maldecida, la sucesión de los hombres es condenada, «y toda criatura, según el Apóstol, gime y tiene dolores de parto (Rom 8)». Calla Dios omnipotente, y su omnipotencia ordenadora disimula tan gran confusión. Por fin nace María, y llegando a los años nubiles se viste de una hermosa apariencia que atraiga al mismo Dios, y convierta hacia sí los ojos de la divinidad. Mira lo que dice sobre esto aquel no mínimo explorador de los secretos de Dios: «Escucha, hija, y ve, e inclina tu oído, y olvida a tu pueblo y la casa de tu padre. Y el rey codició tu belleza, porque Él es el Señor tu Dios (Sal 44)». Germina, pues, la vara de Jesé de la tortuosa raíz del género humano, y brotando del árbol de los patriarcas hacia la altura y la rectitud, ignora toda nudosidad, desconoce las tinieblas de las hojas, no tiene nada infructuoso.

Videt et ardet ille vehemens amator, et totum epithalamium in laudibus ejus decantat, ubi manifeste sponsus inducitur spirans amorem sincerissimum, nec ultra valens dissimulare quod patitur. Evocatur statim coelestis ille conventus, et juxta prophetam init Deus consilium, cogit concilium (Isai. XVI), facit sermonem cum angelis de restauratione eorum, de redemptione hominum, de elementorum renovatione, ac illis stupentibus et mirantibus prae gaudio, de modo redemptionis. Et statim de thesauro divinitatis Mariae nomen evolvitur, et per ipsam, et in ipsa, et de ipsa, et cum ipsa totum hoc faciendum decernitur, ut sicut sine illo nihil factum, ita sine illa nihil refectum sit. Traditur epistola Gabrieli, in qua salutatio Virginis, incarnatio Redemptoris, modus redemptionis, plenitudo gratiae, gloriae magnitudo, multitudo laetitiae continetur.

Missus est ergo angelus Gabriel a Deo ad Virginem, quae, postquam ei locutus est, sensit Deum suis illapsum visceribus, majestatemque illius virginalis ventris brevitate conclusam (Luc. I). O venter diffusior coelis, terris amplior, capacior elementis, qui totum claudit omnia concludentem, in quo Deus gloriae reclinatur. Denique et archangelus ait: «Ave, gratia plena, Dominus tecum (Ibid.):» quia a Deo electam et praeelectam, totam eam rapturus erat sibi Spiritus sanctus et coelestibus insigniturus ornamentis. Jam consecranda erat in locum voluptatis, de quo fons ille debebat ascendere, qui universam terrae superficiem irrigaret (Gen. II).

Satis huc usque sparsimus verba, et volaticis sermonibus diversa praeseminavimus; nunc insistamus hic, si forte aliquid dignum elicere valeamus. «Fluvius, ait Scriptura, egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandam universam superficiem terrae: qui inde dividitur in quatuor capita (Ibid.).» Fluvius iste est Deus meus Jesus, qui a duobus locis voluptatis egreditur, ex utero Patris, ex utero Virginis. Unde Propheta: «Dominus Deus noster fluvius gloriosus, exsiliens in terram sitientem (Isai. LIX).» Sed ineffabilibus differentiis longe aliter a Patre quam a matre egreditur: quia etsi temporalis nativitas gloriosa est, multo gloriosior est aeterna. Orantibus igitur vobis de utraque generatione volo aperire quod sentio, non quod aliquid exponere praesumam, cum hoc ultra omnium vires (quanto magis meas?) sit, et extremae dementiae sit velle fari ineffabilia, maxime hominem imperitum. Non enim oblitus sum Salomonem dicentem: «Sicut qui nimium comedit mel evomit illud; sic qui scrutator est majestatis opprimetur a gloria (Prov. XXV).»

Mira y arde aquel vehemente amante, y canta todo el epitalamio en sus alabanzas, donde manifiestamente se introduce al esposo respirando amor sincerísimo, y no pudiendo ya disimular lo que padece. Se convoca inmediatamente aquella asamblea celestial, y según el profeta inicia Dios consejo, convoca concilio (Is 16), habla con los ángeles sobre su restauración, sobre la redención de los hombres, sobre la renovación de los elementos, y asombrándose ellos y maravillándose de gozo, sobre el modo de la redención. E inmediatamente del tesoro de la divinidad se despliega el nombre de María, y por ella, y en ella, y de ella, y con ella se decreta que debe hacerse todo esto, para que así como sin Él nada fue hecho, así sin ella nada fuera rehecho. La carta es entregada a Gabriel, conteniendo el saludo a la Virgen, la encarnación del Redentor, el modo de la redención, la plenitud de la gracia, la grandeza de la gloria y la abundancia de la alegría.

Fue enviado, pues, el ángel Gabriel de parte de Dios a la Virgen, la cual, después de que él le habló, sintió a Dios deslizado en sus entrañas, y la majestad de aquel encerrada en la brevedad del vientre virginal (Lc 1). ¡Oh vientre más difuso que los cielos, más amplio que las tierras, más capaz que los elementos, que encierra a todo el que todo lo concluye, en el cual se reclina el Dios de la gloria! Finalmente también el arcángel dice: «Ave, llena de gracia, el Señor es contigo (Ibíd.)»: porque el Espíritu Santo la iba a arrebatar toda para sí, elegida y preelegida por Dios, y la iba a distinguir con ornamentos celestiales. Ya debía ser consagrada en lugar de deleite, de donde debía ascender aquella fuente que regara toda la superficie de la tierra (Gén 2).

Bastantes palabras hemos esparcido hasta aquí, y diversas cosas hemos sembrado de antemano en volátiles sermones; ahora insistamos aquí, por si acaso somos capaces de sacar algo digno. «Un río —dice la Escritura— salía del lugar de deleite para regar toda la superficie de la tierra, el cual de allí se divide en cuatro brazos (Ibíd.)». Ese río es mi Dios Jesús, que sale de dos lugares de deleite: del útero del Padre, del útero de la Virgen. Por lo cual dice el Profeta: «El Señor Dios nuestro es un río glorioso, que salta hacia una tierra sedienta (Is 59)». Pero por inefables diferencias sale de modo muy distinto del Padre que de la madre: porque aunque la natividad temporal es gloriosa, mucho más gloriosa es la eterna. Por tanto, a vosotros que oráis, quiero abriros lo que siento sobre ambas generaciones, no porque presuma exponer algo, siendo esto superior a las fuerzas de todos (¿cuánto más a las mías?), y siendo de extrema demencia querer hablar lo inefable, especialmente un hombre ignorante. Pues no he olvidado a Salomón diciendo: «Como el que come demasiada miel la vomita; así el que es escrutador de la majestad será oprimido por la gloria (Prov 25)».

De utraque enim per prophetam dici puto: «Generationem ejus quis enarrabit? (Isai. v.)» Quia sane illa Patris ineffabilis et inaccessibilis est et nulli creaturae pervia; hoc sensu credo Apostolum dixisse de Deo: «Qui solus habitat lucem inaccessibilem (I Tim. I),» cum etiam puriores naturae tanto reverberentur intuitu, nec possint irrumpere tantae claritatis abyssum. Ipse etiam Filius protestatur: «Nemo novit Filium, nisi Pater, neque Patrem quis novit, nisi Filius, et cui voluerit Filius revelare (Matth. XI):» Non sicut est, sed sicut capere potest, cui tanta dignatio revelatur. Unde et illa sublimis anima, quae usque ad tertium coelum in divitias gloriae rapta fuerat (II Cor. XII), dicit: «Ego me non arbitror comprehendisse (Phil. III).» Verissima igitur definitio est quia illam gignentis, et geniti generationem nullus omnino penetrat intellectus. Hanc etiam de matre omni humanae creaturae reor inextricabilem: Nescio, utrum ab illa excellentiore natura valeat comprehendi. Quis enim comprehendat conjunctionem carnis et Verbi; qualiter Deus, et homo in unam personam conveniant salvis imperturbatisque proprietatibus naturarum? Unusquisque in suo sensu abundat; ego hanc omnem sensum supergredi credo, veterum virorum vestigiis inhaerens, qui super hoc sanas et inconcussas sententias reliquerunt.

Ad paternam igitur generationem recurrentes, locum voluptatis, Patrem esse censemus, cum Deus illocalis sit, sed efficientias rerum, nisi per vulgatos sermones, explicare non possumus. In ipso autem omnem voluptatem esse intelligit qui legit Apostolum dicentem: «Quoniam ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt omnia (Rom. XI),» et alium ex illo duodeno apice similiter eructantem: «Omne datum optimum, et omne donum perfectum desursum est descendens a Patre luminum (Jac. I).» Ipse etiam Filius dicit: «Haec est vita aeterna ut cognoscant te solum verum Deum (Joan. XVII).» Cognitio igitur Patris, vita aeterna est; et ubi vita aeterna, ibi sempiterna voluptas, quia gignitur de utero Patris Deus de Deo, lumen de lumine, de Domino Dominus. Egreditur autem identitate, quia idem est, quod Pater. Idem dico, secundum substantiam, non secundum personam. Egreditur et aequalitate, quia pari omnipotentia respicit Generantem, cum omnia, quae potest Pater, possit et Filius, sicut ipse testatur: «Omnia quae facit Pater, facit et Filius; nec potest Filius facere quidquam, nisi quod viderit Patrem facientem (Joan. V).»

Pues de ambas creo que se dice por el profeta: «¿Su generación quién la contará? (Is 53)». Porque ciertamente aquella del Padre es inefable e inaccesible y a ninguna criatura permeable; en este sentido creo que dijo el Apóstol sobre Dios: «Que solo habita una luz inaccesible (1 Tim 6)», cuando incluso las naturalezas más puras son rechazadas por tal intuición, ni pueden irrumpir en el abismo de tanta claridad. El mismo Hijo también protesta: «Nadie conoce al Hijo sino el Padre, ni nadie conoce al Padre sino el Hijo, y aquel a quien el Hijo quiera revelárselo (Mt 11):» no tal como es, sino tal como puede captar aquel a quien se le revela tan gran dignación. Por lo cual también aquella alma sublime, que hasta el tercer cielo en las riquezas de la gloria había sido arrebatada (2 Cor 12), dice: «Yo no pienso haberlo alcanzado (Flp 3)». La más verdadera definición es, pues, que ningún intelecto penetra en absoluto aquella generación del que engendra y del engendrado. Esta también sobre la madre la juzgo inextricable para toda criatura humana: no sé si puede ser comprendida por aquella naturaleza más excelente. Pues ¿quién comprenderá la conjunción de la carne y del Verbo; de qué manera Dios y el hombre convienen en una sola persona a salvo y sin perturbación de las propiedades de las naturalezas? Cada uno abunda en su propio sentido; yo creo que esto sobrepasa todo sentido, adhiriéndome a las huellas de los antiguos varones, que sobre esto dejaron sentencias sanas e inconcusas.

Volviendo, pues, a la generación paterna, juzgamos que el Padre es el lugar de deleite, aunque Dios sea ilocal, pero no podemos explicar las eficiencias de las cosas sino por sermones vulgares. Pero que en Él mismo está todo deleite lo entiende quien lee al Apóstol diciendo: «Porque de Él, y por Él, y en Él son todas las cosas (Rom 11)», y a otro de aquel duodeno ápice [los Apóstoles] eructando de modo semejante: «Toda dádiva buena y todo don perfecto viene de lo alto, descendiendo del Padre de las luces (Sant 1)». El mismo Hijo también dice: «Esta es la vida eterna: que te conozcan a ti, solo Dios verdadero (Jn 17)». El conocimiento del Padre, por tanto, es vida eterna; y donde hay vida eterna, allí hay deleite sempiterno, porque del útero del Padre es engendrado Dios de Dios, luz de luz, Señor de Señor. Sale, además, por identidad, porque es lo mismo que el Padre. Digo lo mismo según la sustancia, no según la persona. Sale también por igualdad, porque con igual omnipotencia mira al que lo engendra, ya que todo lo que el Padre puede hacer, lo puede hacer también el Hijo, como Él mismo atestigua: «Todo lo que hace el Padre, lo hace también el Hijo; ni puede el Hijo hacer nada, sino lo que viere hacer al Padre (Jn 5)».

Egreditur et aeternitate, quia licet generetur, non est posterior Generante, sed ambo unius antiquitatis sunt, si tamen vocabuli novitatem non exhortes. Quod licet quoquo modo significet, quae dicuntur, longe tamen est a sententiae majestate. Egreditur similitudine, quia similis est Patris, Patris imago, splendor gloriae et figura substantiae ejus (Hebr. I). Egreditur alternitate, quia alius est ab illo, alius, dico, non aliud: «Ego, inquit, et Pater, unum sumus (Joan. X).» Unum dixit, non unus, quia unum significat substantiae unitatem, sumus vero personarum proprietatem. Sic igitur et longe excellentiori modo de Patre Filius egrediens inundat angelicas stationes, quia, juxta Salomonem, «fons sapientiae Verbum Dei in excelsis (Eccli. I).» Citharaedus puer de hoc fonte pleno ventre potaverat, cum diceret: «Apud te est fons vitae (Psal. XXXV),» quia non solum tu vita, sed et Filius tuus fons vitae est. Et, ut patenter quid sentiebat, ostenderet, subjunxit: «In lumine tuo videbimus lumen (Ibid.).»

«Ad irrigandam universam superficiem terrae (Gen. II).» Quaenam terra est in illa coelorum summitate reposita, quam non praeterfluat, et irriget fluvius gloriosus? Regnum coelorum terra viventium est, de qua dicit sanctus: «Portio mea, Domine, in terra viventium (Psal. XIV).» Et: «Credo videre bona Domini in terra viventium (Psal. XXVI).» Et, «Placebo Domino in regione vivorum (CXIV).» Irrigatio haec indicibilis est. Inebriantur quippe angeli ab ubertate domus Dei, et torrente voluptatis ejus potantur. Hic quid dicam nescio, quia plurimus stupor sensum opprimit atque mentem. Ubi sunt oratorii sermones, quos in fornace rhetorica omnis ille philosophorum conflavit chorus? Ubi sunt gigantes a saeculo nominati, qui ab initio fuerunt statura magna, scientes bellum, languentes circa pugnas verborum? Nunquid non maximus ille gigas, Platonem loquor, ab intellectu tam purissimae veritatis repulsus est? Nunquid non acerrimo mentis ingenio tangens, sed non attingens divinitatem Dei dicit: Unum inveni, quod cuncta operetur; et aliud, per quod cuncta efficiuntur; tertium autem invenire non potui? Recte de Spiritu sancto inscius, qui illi non erat infusus, qui sanctarum revelationum magister est, qui revelat Paulo quae oculus non vidit, sicut idem Apostolus gloriatur: «Nobis, inquit, revelavit Deus (I Cor. II).» Per quid, Apostole? «Per Spiritum suum (Ibid.),» non per spiritum nostrum, quem secuti philosophi, et seducti sunt et seduxerunt. Ille noster philosophus, qui super senes, et super omnes docentes se intellexit (Psal. CXVIII), quid super hoc senserit, audiamus: «Rigans, inquit, montes de superioribus suis (Psal. CIII).» De sublimioribus quippe angelis docet, qui non per speculum in aenigmate, sed facie ad faciem ipsam Dei substantiam luminibus indefessis spectant (I Cor. XIII).

Sale también por eternidad, porque aunque sea engendrado, no es posterior al que lo engendra, sino que ambos son de una misma antigüedad, si es que no aborreces la novedad del vocablo. El cual, aunque signifique de algún modo lo que se dice, está sin embargo lejos de la majestad de la sentencia. Sale por similitud, porque es semejante al Padre, imagen del Padre, resplandor de la gloria y figura de su sustancia (Heb 1). Sale por alternidad, porque es otro distinto de Él; otro, digo, no otra cosa: «Yo —dice— y el Padre somos uno (Jn 10)». Dijo «uno» [unum], no «uno» [unus], porque «uno» significa la unidad de la sustancia, pero el «somos» la propiedad de las personas. Así, pues, y de modo mucho más excelente, el Hijo saliendo del Padre inunda las mansiones angélicas, porque, según Salomón, «el Verbo de Dios en las alturas es fuente de sabiduría (Ecli 1)». El niño citarista de esta fuente había bebido con el vientre lleno cuando decía: «En ti está la fuente de la vida (Sal 35)», porque no solo tú eres vida, sino que también tu Hijo es fuente de vida. Y para mostrar patentemente lo que sentía, añadió: «En tu luz veremos la luz (Ibíd.)».

«Para regar toda la superficie de la tierra (Gén 2)». ¿Qué tierra es aquella repuesta en aquella cumbre de los cielos, que no pase de largo y riegue el río glorioso? El reino de los cielos es la tierra de los vivientes, de la cual dice el santo: «Mi porción, Señor, en la tierra de los vivientes (Sal 140)». Y: «Creo ver los bienes del Señor en la tierra de los vivientes (Sal 26)». Y: «Agradaré al Señor en la región de los vivos (Sal 114)». Este riego es indecible. Pues se embriagan los ángeles de la abundancia de la casa de Dios, y beben del torrente de su deleite. Aquí no sé qué decir, porque un inmenso estupor oprime el sentido y la mente. ¿Dónde están los sermones oratorios que en la fragua retórica todo aquel coro de filósofos forjó? ¿Dónde están los gigantes nombrados desde antiguo, que desde el principio fueron de gran estatura, expertos en la guerra, que languidecen en torno a las luchas de las palabras? ¿Acaso aquel máximo gigante, hablo de Platón, no fue rechazado del intelecto de tan purísima verdad? Tocando con agudísimo ingenio de la mente, pero no alcanzando la divinidad de Dios, ¿no dijo: He hallado uno, que lo obra todo; y otro, por el cual todo se efectúa; pero un tercero no pude hallarlo? Con razón ignorante del Espíritu Santo, que no le había sido infundido, el cual es el maestro de las revelaciones santas, el que revela a Pablo lo que el ojo no vio, como el mismo Apóstol se gloría: «A nosotros —dice— nos lo reveló Dios (1 Cor 2)». ¿Por qué, Apóstol? «Por su Espíritu (Ibíd.)», no por nuestro espíritu, al cual los filósofos siguieron y fueron seducidos y sedujeron. Aquel filósofo nuestro, que entendió sobre los ancianos y sobre todos los que le enseñaban (Sal 118), oigamos qué sintió sobre esto: «Regando —dice— los montes desde sus alturas (Sal 102)». Pues enseña sobre los ángeles más sublimes, que no por espejo en enigma, sino cara a cara contemplan con ojos incansables la misma sustancia de Dios (1 Cor 13).

Sequitur: «Qui inde dividitur in quatuor capita.» In quae quatuor capita dicamus breviter, quia grandis nobis restat via. In admirationem, qua tota obstupet illa dignior creatura de Creatoris gloria et gloriae ratione. In puritatem, quia non in vase testeo, vel fragilitate complexionis humanae bibunt de torrente voluptatis, sed remoto velamine, hauriunt aquas in gaudio de fontibus Salvatoris (Isai. XII). In satietatem, quia et si in eum desiderant prospicere, tamen non desiderium necessitatem, vel necessitas miseriam inducit, sed mirabiliori modo, et semper desiderant, ut semper satientur, et semper satiantur, ut semper desiderent. In securitatem, quia de sua stabilitate certi, perennibus gaudiis immerguntur, exspectantes beatam spem, et adventum gloriae magni Dei (Tit. II), quando fiet unum ovile et unus pastor (Joan. X), et superna illa Hierusalem consummabitur in idipsum. Sic influit fluvius iste per angelicas officinas. But faith captures all these things, reason knows them not, human intellect is ignorant of them. Haec sunt fortassis illa quatuor, quae vas electionis felici quaternario in Epistola ad Hebraeos dividit, dicens: «Non accessistis ad montem fumantem, sed ad montem Sion, ad Hierusalem civitatem Dei viventis, ad multorum millium angelorum frequentiam, ad Ecclesiam primitivorum scriptam in coelis.»

Nunc accingamus nos ad videndum qualiter egrediatur de Virgine, quia egressio ista dulcior et affectuosior est humanae miseriae, quae intuentium pectora concutit, irrorat oculos, et beatis fontibus vultus amantium superfundit. Hic locum voluptatis uterum Mariae intelligo, in quo cumulavit omnes delicias deliciarum Dominus, de cujus deliciis Spiritus sanctus admiratorio sermone in amoris Cantico sic eructat: «Quae est ista, quae ascendit de deserto deliciis affluens? (Cant. VI.)» Nunquid in angelis voluptatem habet Altissimus, in quibus ipse reperit pravitatem? Nunquid in constellatione, vel scintillatione stellarum, quarum aliae convertuntur in sanguinem, aliae cadunt de coelo, aliae in tenebras obscurantur? Nunquid in aere, vel igne, vel ventis? Nequaquam, quia «non in igne Dominus, non in commotione Dominus, non in spiritu Dominus (III Reg. XIX),» si verax est ille qui curru igneo, et equis igneis est assumptus in coelum (IV Reg. II). Nunquid in aquis, ubi furens et tortuosus Leviathan immoratur, aut in terra, quae sub maledicto Adae spinas emittit et tribulos? Non est locus voluptatis, nisi uterus Virginis.

Sigue: «El cual de allí se divide en cuatro brazos». Sobre cuáles sean estos cuatro brazos hablemos brevemente, porque nos queda un gran camino. En la admiración, por la cual toda aquella criatura más digna se estupefacta de la gloria del Creador y de la razón de su gloria. En la pureza, porque no beben del torrente del deleite en vaso de barro o en la fragilidad de la complexión humana, sino que, quitado el velo, sacan aguas con gozo de las fuentes del Salvador (Is 12). En la saciedad, porque aunque desean mirar en Él, sin embargo el deseo no induce necesidad, ni la necesidad miseria, sino que, de modo más admirable, siempre desean para estar siempre saciados, y siempre están saciados para siempre desear. En la seguridad, porque ciertos de su estabilidad, se sumergen en perennes gozos, esperando la bienaventurada esperanza y el advenimiento de la gloria del gran Dios (Tit 2), cuando se hará un solo rebaño y un solo pastor (Jn 10), y aquella Jerusalén celestial se consumará en sí misma. Así influye este río por las oficinas angélicas. Pero todo esto lo capta la fe, lo desconoce la razón, lo ignora el intelecto humano. Estas son tal vez aquellas cuatro cosas que el vaso de elección [Pablo] divide con un feliz cuaternario en la Epístola a los Hebreos, diciendo: «No os habéis acercado a un monte que humea, sino al monte Sión, a la ciudad del Dios vivo Jerusalén, a la compañía de muchos miles de ángeles, a la Iglesia de los primogénitos inscritos en los cielos (Heb 12)».

Ahora ciñámonos para ver de qué manera sale de la Virgen, porque esta salida es más dulce y más afectuosa para la miseria humana, la cual sacude los pechos de los que miran, riega los ojos y baña con bienaventuradas fuentes los rostros de los amantes. Aquí entiendo por lugar de deleite el útero de María, en el cual el Señor acumuló todas las delicias de las delicias, de cuyas delicias el Espíritu Santo, en sermón de admiración en el Cántico del amor, eructa así: «¿Quién es esta que sube del desierto, rebosante de delicias? (Cant 6)». ¿Acaso el Altísimo tiene deleite en los ángeles, en los cuales Él mismo halló maldad? ¿Acaso en la constelación o en el centelleo de las estrellas, de las cuales unas se convierten en sangre, otras caen del cielo, otras se oscurecen en las tinieblas? ¿Acaso en el aire, o en el fuego, o en los vientos? De ninguna manera, porque «no está el Señor en el fuego, no está el Señor en la conmoción, no está el Señor en el espíritu (1 Re 19)», si es veraz aquel que en carro de fuego y caballos de fuego fue arrebatado al cielo (2 Re 2). ¿Acaso en las aguas, donde el furioso y tortuoso Leviatán habita, o en la tierra, que bajo la maldición de Adán emite espinas y abrojos? No hay lugar de deleite sino el útero de la Virgen.

Ex hoc egreditur cum humanitate, quia vestitus cilicio nostrae mortalitatis visibilis humanis oculis apparuit, et de Virgine virgam, de libro autem generationis lineam faciens, divinitatis hamum innexuit, quem carne operuit virginali, ut draco magnus illectus ad carnem ferrum divini numinis subsentiret. Egreditur et cum novitate, quia nunquam sic natus est homo, sicut ipse pascitur. Primus enim homo primo de terra formatur, secundo, mulier ex ejus latere fabricatur, tertio Cain consuetudinario ordine nascendi gignitur ab utroque. Solus iste de sola virgine nascitur, et Virginis uterum novo et singulari partu divinitas humanata sigillat. Ubi nunc Aristotelicae subtilitatis facunda quidem, sed infecunda loquacitas? Si peperit, cum viro concubuit? Velit, nolit, vertitur in habitum privatio, nec astringitur dialecticis terminis omnium terminator, ad cujus imperium parit natura, desuescit consuetudo. Egreditur etiam cum claritate. Nascente quippe illo, sepelitur omnis illa stellantium luminum luminosa serenitas, et stella candidior lucidioribus radiis praescintillans totam sibi coeli rapit positionem. Ambulant reges in splendore ortus ejus (Isai. LX), quoniam ecce reges congregati sunt, convenerunt in unum. Ipsi videntes sic Deum et hominem nascentem, matrem et Virginem parientem, admirati sunt, conturbati sunt, commoti sunt, tremor apprehendit eos (Psal. XLVII) in tantorum luce miraculorum. Egreditur et cum paupertate, quia pannis vilissimis involutus et praesepi durissimo reclinatus (Luc. II) jam ex tunc sanctissimis membris legem martyrii praefigebat. Egreditur occulte, quia subtilissimus ille fraudium investigator ab altitudine tantae dignationis excluditur. Hinc est quod ambiguis altercationibus fatigatus, nunc illum tentat, nunc tentatum Filium appellat Altissimi, nunc instruit crucem, nunc destruit, mandatis per mulierem consuetum sibi organum: «Nihil tibi, et justo illi (Matth. XXVII).»

Sequitur: «Ad irrigandam universam superficiem terrae.» Ad terrenam miseriam expiandam, quam nobis in haereditatem primus ille peccator reliquerat. Volo ut Apostolus hic eum mihi, sicut et superius, in quatuor capita distribuat, quia securius ejus expositionem suscipio. «Qui factus est, inquit, nobis sapientia, justitia, sanctificatio et redemptio (I Cor. I).»

De aquí sale con humanidad, porque vestido con el cilicio de nuestra mortalidad, se apareció visible a los ojos humanos; y haciendo de la Virgen una vara, y del libro de la generación una línea, enganchó el anzuelo de la divinidad, el cual cubrió con carne virginal, para que el gran dragón, atraído hacia la carne, sintiera debajo el hierro del poder divino. Sale también con novedad, porque nunca nació un hombre como Él es alimentado. Pues el primer hombre es formado primero de la tierra; segundo, la mujer es fabricada de su costado; tercero, Caín es engendrado por ambos según el orden habitual de nacimiento. Solo este nace de una sola virgen, y la divinidad humanada sella el útero de la Virgen con un parto nuevo y singular. ¿Dónde está ahora la elocuente por cierto, pero infecunda locuacidad de la sutileza aristotélica? ¿Si dio a luz, se acostó con un hombre? Quiera o no, la privación se convierte en hábito, ni se deja constreñir por términos dialécticos el Terminador de todas las cosas, a cuyo imperio la naturaleza da a luz y la costumbre se deshabitúa. Sale también con claridad. Pues al nacer Él, se sepulta toda aquella luminosa serenidad de las luces estelares, y una estrella más blanca, centelleando con rayos más lúcidos, arrebata para sí toda la posición del cielo. Caminan los reyes al esplendor de su nacimiento (Is 60), porque he aquí que los reyes se han congregado, han convenido en uno. Ellos mismos, viendo así nacer a Dios y al hombre, y a la madre y Virgen dando a luz, se admiraron, se turbaron, se conmovieron, el temblor se apoderó de ellos (Sal 47) ante la luz de tantos milagros. Sale también con pobreza, porque envuelto en pañales vilísimos y reclinado en un pesebre durísimo (Lc 2), ya desde entonces prefiguraba la ley del martirio para sus santísimos miembros. Sale ocultamente, porque aquel sutilísimo investigador de fraudes queda excluido de la altura de tanta dignación. De aquí es que, fatigado por ambiguas altercados, ahora lo tienta, ahora llama al tentado Hijo del Altísimo, ahora prepara la cruz, ahora la destruye, mediante mandatos a través de la mujer, su instrumento habitual: «Nada tengas que ver con ese justo (Mt 27)».

Sigue: «Para regar toda la superficie de la tierra». Para expiar la miseria terrenal, que aquel primer pecador nos había dejado en herencia. Quiero que el Apóstol me lo distribuya aquí en cuatro brazos, al igual que arriba, porque recibo su exposición con más seguridad. «El cual fue hecho para nosotros», dice, «sabiduría, justicia, santificación y redención (1 Cor 1)».

Ad nos quippe veniens, qui eramus in carcere, primo omnium tenebras ignorantiae nostrae depulit luce sapientiae suae, deinde per justitiam, quae ex fide est (Rom. X), solvit funes peccatorum nostrorum, sanctificans nos in suo corpore, redimens in corporis passione. «Dominus enim soluit compeditos, Dominus illuminat caecos (Psal. CXLV); sanctificat tabernaculum suum (Psal. XLV); de mana redemit inimici (Psal. CV).» Dividitur, et in patientiam, qua peccatores sustinet; in misericordiam, qua poenitentes fovet; in largitatem, qua proficientes exaltat; in fortitudinem, qua exaltatos conservat. De hoc secundo quaternario toto hoc adventu vestrae fraternitati confabulatus sum, per fluminum decursionem et nominum interpretationem moralia mysticis internectens; utrum aliquid digne, vos videritis. Verum non omnia possumus praesenti sermone coarctare, fastidium evitantes.

Ego habeo quatuor capita dulciora prioribus, quae fortassis vestris cordibus suavius complacebunt. Dominus enim noster elevatus in cruce, largissimas sanguinis undas a quatuor sui corporis partibus abundantius emisit. Spinis enim pungentibus sanctissimum caput nivea cervice reflexum, et clavis pedes et manus, et lancea latus ejus transverberantibus, pretiosus sanguis emicuit, cujus aspersione judex transivit in patrem, iratus in mitem, in misericordiam virga, captivitas in coronam. Christus ergo fons latens, et occultus in coelis; fons patens, et apertus in terris. Illic de utero Patris, hic egreditur de utero Virginis. Illic vivens terram irrigat viventium, hic moriens terram morientium. Illic dividitur in quaternarium admirabilem; hic in dulcem. Dulcis Dominus, dulcis domina, quia ille Deus meus misericordia mea, haec domina mea misericordiae porta. Ducat nos mater ad Filium, filia ad Patrem, sponsa ad sponsum, qui est benedictus in saecula. Amen.

Sermo XII

DE RESURRECTIONE DOMINI. (XXVII MART.)

Super illud psal. II: Postulavi Patrem meum, dedit mihi gentes. Alleluia.

Si consulamus adjutorium [f., auditorium] jurisperitorum, primum capituli propositi verbum sic describitur: postulare est desiderium suum, vel amici sui in jure apud eum, qui jurisdictioni praeest, exponere, vel alterius desiderio contradicere. Actus iste publicus est, et est officium advocatorum, qui gloriosae vocis confisi munimine, lapsa erigunt, fatigata reparant, nec minus provident humano generi quam si clypeis et thoracibus sese patriamque defendant.

Viniendo ciertamente a nosotros, que estábamos en la cárcel, primero que nada disipó las tinieblas de nuestra ignorancia con la luz de su sabiduría; luego, por la justicia que es de la fe (Rom 10), soltó las sogas de nuestros pecados, santificándonos en su cuerpo, redimiéndonos en la pasión de su cuerpo. «Pues el Señor suelta a los encadenados, el Señor ilumina a los ciegos (Sal 145); santifica su tabernáculo (Sal 45); del poder del enemigo los redimió (Sal 105)». Se divide también en la paciencia, con la cual sostiene a los pecadores; en la misericordia, con la cual fomenta a los penitentes; en la largueza, con la cual exalta a los que progresan; en la fortaleza, con la cual conserva a los exaltados. Sobre este segundo cuaternario he conversado con vuestra fraternidad durante todo este Adviento, entrelazando las cosas morales con las místicas a través del curso de los ríos y la interpretación de los nombres; si algo se ha hecho dignamente, vosotros lo veréis. Pero no podemos apretarlo todo en el presente sermón, evitando el fastidio.

Yo tengo cuatro brazos más dulces que los anteriores, que tal vez complazcan más suavemente vuestros corazones. Pues nuestro Señor, elevado en la cruz, emitió abundantemente larguísimas ondas de sangre por cuatro partes de su cuerpo. Pues con las espinas punzando su santísima cabeza con el níveo cuello inclinado, y los clavos en los pies y las manos, y la lanza atravesando su costado, brotó la sangre preciosa, por cuya aspersión el juez pasó a ser padre, el airado a ser manso, la vara a ser misericordia, la cautividad a ser corona. Cristo, por tanto, es fuente latente y oculta en los cielos; fuente patente y abierta en la tierra. Allí del útero del Padre, aquí sale del útero de la Virgen. Allí viviendo riega la tierra de los vivientes, aquí muriendo la tierra de los moribundos. Allí se divide en un cuaternario admirable; aquí en uno dulce. Dulce el Señor, dulce la señora, porque aquel es mi Dios, mi misericordia; esta es mi señora, puerta de la misericordia. Condúzcanos la madre al Hijo, la hija al Padre, la esposa al esposo, que es bendito por los siglos. Amén.

Sermón XII

SOBRE LA RESURRECCIÓN DEL SEÑOR. (27 DE MARZO)

Sobre aquello del Salmo 2: Pedí a mi Padre, y me dio las gentes. Aleluya.

Si consultamos el auxilio [f., auditorio] de los jurisperitos, la primera palabra del capítulo propuesto se describe así: postular es exponer el deseo propio o de un amigo en derecho ante aquel que preside la jurisdicción, o contradecir el deseo de otro. Este acto es público, y es oficio de los abogados, quienes confiados en la protección de su gloriosa voz, levantan a los caídos, reparan a los fatigados, y no proveen menos al género humano que si se defendieran a sí mismos y a la patria con escudos y corazas.

In exsequendo actu isto attendere debemus qui postulet, quem, ubi, et quid postulet. Advocatus postulat judicem in jure rem suam, vel sibi postulat, actione proposita. In negotio praesenti advocatus est Christus; judex Deus Pater; et locus juris patibulum crucis; res postulata Ecclesia de gentibus; nomen actionis, petitio haereditatis. Recte Jesum Christum dicimus advocatum. Unde Joannes: «Si quis peccaverit, advocatum habemus apud Patrem Dominum Jesum Christum; ipse est propitiatio pro peccatis nostris (I Joan. II).» Advocatus iste apud Patrem desiderium suum exposuit, quando pro salute humani generis oblatus est, quia ipse voluit (Isa. LIII). Desiderium ejus est salus nostra, quam in cruce sitiens usque in finem suos legitur dilexisse (Joan. XIII). Sed et hoc desiderium amicorum fuit, quibus dixit: «Jam non dicam vos servos, sed amicos, quia servus nescit quid faciat dominus ejus. Vos autem dixi amicos, quia omnia quae audivi a Patre meo nota feci vobis (Joan. XV).» Item: «Majorem charitatem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis (Ibid.).» Convenienter Patrem postulat qui semper exauditus est. Nam et vulgo et vulgariter dicitur: Securus vadit ad placitum qui patrem habet judicem. De eo namque Pater dixit: «Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui (Matth. III et XVII).» Nam cum Filius ejusdem substantiae sit cum Patre, in natura quidem humana, quam sibi personaliter univit, postulat pro nobis, vel allegat propitium judicem, et fructum reportat desiderii sui. Nec incongrue Patrem dicimus, cum in persona Filii Propheta dicat: «Judica, Domine, nocentes me, expugna impugnantes me (Psal. XXXIV).» Et ipse Filius: «Non quaero gloriam meam; est qui quaerat, et judicet (Joan. VIII).»

In plerisque sacrae Scripturae locis ordo quidam judiciorum ab ipso Deo institui videtur et servari. Quidam vir simplex, et rectus ac timens Deum, cum expleto officio matutino egrederetur ex ecclesia, et a discipulis rogaretur: Quid audisti in ecclesia, pater? Respondit: Quatuor audivi, sex notavi. Subtilis plane responsio fuit et fidelis. Quatuor namque versiculos Psalmi decimi octavi audierat, scilicet: «Lex Domini immaculata convertens animas (Psal. CXVIII),» et tres alios, qui sequuntur, in quibus sex notantur, quae sunt: lex, testimonium, justitia, praeceptum, timor, judicia. In his partim personae, quae in jure sunt necessariae, partim actus eorum exprimuntur. Nam et Dominus, qui judex est, et lex, secundum quam judicatur, et officium testium sub hoc nomine, testimonium, actoris quoque et rei merita per hoc nomen, justitiae, designantur. Nam et merita causarum partium assertione panduntur. Sententia judicis sub hoc nomine, praeceptum; accusatoris et exsecutoris officia, duobus ultimis nominibus, quae sunt, timor et judicia, indicantur. Quinque priora binis accedentibus innituntur, sextum quadrinis: «Lex Domini immaculata convertens animas.

En la ejecución de este acto debemos atender a quién postula, a quién, dónde y qué postula. El abogado postula al juez en derecho su propia cosa, o postula para sí, propuesta una acción. En el presente negocio el abogado es Cristo; el juez es Dios Padre; y el lugar del derecho es el patíbulo de la cruz; la cosa postulada es la Iglesia de entre las naciones; el nombre de la acción, petición de herencia. Rectamente llamamos a Jesucristo abogado. De donde Juan: «Si alguno peca, abogado tenemos ante el Padre al Señor Jesucristo; Él es la propiciación por nuestros pecados (1 Jn 2)». Este abogado expuso su deseo ante el Padre cuando fue ofrecido por la salvación del género humano, porque Él mismo lo quiso (Is 53). Su deseo es nuestra salvación, la cual teniendo sed en la cruz, se lee que amó a los suyos hasta el fin (Jn 13). Pero también este fue el deseo de sus amigos, a quienes dijo: «Ya no os llamaré siervos, sino amigos, porque el siervo no sabe qué hace su señor. Pero a vosotros os he llamado amigos, porque todo lo que oí de mi Padre os lo he dado a conocer (Jn 15)». Igualmente: «Nadie tiene mayor amor que el que da su vida por sus amigos (Ibid.)». Convenientemente postula al Padre quien siempre fue escuchado. Pues se dice tanto común como vulgarmente: Seguro va al pleito quien tiene al padre por juez. Pues de Él dijo el Padre: «Este es mi Hijo amado, en quien me he complacido (Mt 3 y 17)». Pues siendo el Hijo de la misma sustancia que el Padre, ciertamente en la naturaleza humana, que unió a sí personalmente, postula por nosotros, o alega ante el juez propicio, y nos reporta el fruto de su deseo. Ni incongruentemente decimos Padre, cuando en la persona del Hijo dice el Profeta: «Juzga, Señor, a los que me dañan, combate a los que me combaten (Sal 34)». Y el mismo Hijo: «No busco mi gloria; hay quien la busque y juzgue (Jn 8)».

En muchos lugares de la sagrada Escritura parece que Dios mismo instituye y preserva un cierto orden de juicios. Un hombre sencillo, recto y temeroso de Dios, al salir de la iglesia terminado el oficio de maitines, y siendo preguntado por sus discípulos: «¿Qué has oído en la iglesia, padre?» respondió: «Cuatro oí, seis noté». Fue una respuesta claramente sutil y fiel. Pues había oído cuatro versículos del Salmo 18, a saber: «La ley del Señor es inmaculada, que convierte las almas (Sal 18)», y otros tres que siguen, en los cuales se notan seis cosas, que son: ley, testimonio, justicia, precepto, temor, juicios. En estas se expresan en parte las personas que son necesarias en derecho, y en parte sus actos. Pues el Señor, que es el juez, y la ley, según la cual se juzga, y el oficio de los testigos bajo este nombre, testimonio, y los méritos del actor y del reo por este nombre, justicia, son designados. Pues los méritos de las causas se manifiestan por la aserción de las partes. La sentencia del juez bajo este nombre, precepto; los oficios del acusador y del ejecutor, por los dos últimos nombres, que son temor y juicios, se indican. Los cinco primeros se apoyan en dos accidentes, el sexto en cuatro: «La ley del Señor es inmaculada, que convierte las almas.

Testimonium Domini fidele, sapientiam praestans parvulis. Justitiae Domini rectae, laetificantes corda. Praeceptum Domini lucidum, illuminans oculos. Timor Domini sanctus permanens in saeculum saeculi. Judicia Domini vera justificata in semetipsa. Desiderabilia super aurum, et lapidem pretiosum multum, et dulciora super mel et favum (Ibid.).» Praefata sane Domini dicuntur esse. Est enim lex, quae non est Domini, ut peccati, de qua dicit Apostolus: «Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meae et captivantem me in lege peccati, quae est in membris meis (Rom. VII).» Sunt et justitiae humanae, de quibus dicitur: «Omnes justitiae nostrae tanquam pannus menstruatae (Isai. LXIV).» Sunt et praecepta humana, quibus Petrus obediendum non esse dicit: «Obedire, inquiens, oportet magis Deo quam hominibus (Act. V).» Timor quippe humanus a Domino reprobatur. Unde ait: «Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere (Matth. X).»

In propositis autem versiculis omnia dicuntur esse Dei. Primum, scilicet lex bina habet accidentia, quae sunt immaculata; convertens animas, sive de lege intelligas naturali, vel scripta, seu lege gratiae. Unicuique enim harum trium legum, scilicet naturali, scriptae et legi gratiae haec duo conveniunt. Nam immaculata debet esse et convertens animas. Naturalis lex haec duo habebat praecepta. «Quod tibi fieri non vis, alii ne feceris; et quod tibi vis fieri, alii facias (Tob. IV).» Quae sunt non obesse, et prodesse. Et hoc quantum ad primum, scilicet immaculata; quantum ad secundum, «convertens animas.» In primo non malefica, in secundo benefica; in primo sine macula malitiae, in secundo convertens animas ad mansuetudinem benevolentiae. Nam cum tres naturales potentiae insint animae, scilicet, ira, ratio, concupiscentia, concupiscentia data est, ut movearis ad appetendum quae tibi licita sunt; ita ad indignandum contra ea quae illicita sunt; ratio data est in medium cohibens et dirigens utrumque, ne ita ultra terminos irae moveatur, et ne concupiscentia appetat illicita. Itaque lex naturalis, quantum in se est, est immaculata. Lex quoque scripta immaculata est et convertens animas. Immaculata, id est, sine sordibus idololatriae, convertens animas ad serviendum Deo; quod tantum filii Israel faciebant. Lex autem gratiae revera est immaculata et convertens animas. Nam et Ecclesia lege ducitur: Dicitur enim esse sine macula, et ruga (Ephes. V); sine macula criminis, sine ruga simulationis. Etiam lex evangelica est sine errore haeresis, convertens animas simpliciter, et directe sine figmento hypocrisis. Attendite gradus istos, quia prima lex est immaculata; secunda, magis; tertia maxime, sic et convertens animas.

El testimonio del Señor es fiel, que da sabiduría a los pequeños. Las justicias del Señor son rectas, que alegran los corazones. El precepto del Señor es lúcido, que ilumina los ojos. El temor del Señor es santo, que permanece por los siglos de los siglos. Los juicios del Señor son verdaderos, justificados en sí mismos. Deseables más que el oro y mucha piedra preciosa, y más dulces que la miel y el panal (Ibid.)». Con razón se dice que son del Señor. Pues hay una ley que no es del Señor, como la del pecado, de la cual dice el Apóstol: «Veo otra ley en mis miembros, que repugna a la ley de mi mente y me cautiva en la ley del pecado, que está en mis miembros (Rom 7)». Hay también justicias humanas, de las cuales se dice: «Todas nuestras justicias son como trapo de inmundicia (Is 64)». Hay también preceptos humanos, a los cuales Pedro dice que no se debe obedecer: «Es preciso», diciendo, «obedecer a Dios antes que a los hombres (Hch 5)». El temor humano ciertamente es reprobado por el Señor. De donde dice: «No temáis a los que matan el cuerpo, pero no pueden matar el alma (Mt 10)».

En los versículos propuestos, sin embargo, se dice que todo es de Dios. Primero, a saber, la ley tiene dos accidentes, que son inmaculada; que convierte las almas, ya sea que lo entiendas de la ley natural, o de la escrita, o de la ley de la gracia. Pues a cada una de estas tres leyes, a saber, la natural, la escrita y la ley de la gracia, le convienen estos dos. Pues debe ser inmaculada y que convierta las almas. La ley natural tenía estos dos preceptos. «Lo que no quieras que se te haga a ti, no lo hagas a otro; y lo que quieras que se te haga a ti, hazlo a otro (Tob 4)». Que son no dañar y aprovechar. Y esto en cuanto a lo primero, a saber, inmaculada; en cuanto a lo segundo, «que convierte las almas». En lo primero no maléfica, en lo segundo benéfica; en lo primero sin mancha de malicia, en lo segundo que convierte las almas a la mansedumbre de la benevolencia. Pues habiendo tres potencias naturales en el alma, a saber, ira, razón, concupiscencia, la concupiscencia fue dada para que te muevas a desear lo que te es lícito; la ira para indignarte contra lo que es ilícito; la razón fue dada en medio cohibiendo y dirigiendo a ambas, para que no se mueva más allá de los términos de la ira, y para que la concupiscencia no desee lo ilícito. Así pues, la ley natural, en cuanto a sí misma, es inmaculada. También la ley escrita es inmaculada y convierte las almas. Inmaculada, esto es, sin las suciedades de la idolatría, convirtiendo las almas a servir a Dios; lo cual solo hacían los hijos de Israel. Pero la ley de la gracia es en verdad inmaculada y convierte las almas. Pues incluso la Iglesia se rige por la ley: pues se dice que es sin mancha ni arruga (Ef 5); sin mancha de crimen, sin arruga de simulación. También la ley evangélica es sin error de herejía, convirtiendo las almas de manera sencilla y directa sin el fingimiento de la hipocresía. Atended a estos grados, porque la primera ley es inmaculada; la segunda, más; la tercera, muchísimo, y así también convierte las almas.

Testimonium Domini bina habet accidentia, scilicet fidele sapientiam praestans parvulis. Testimonium Domini dicitur, quaecunque in scriptis sanctis testificatur Dominus, aut promittens aut praecipiens. Continentur itaque testimonia in promissis et praeceptis, quia quae promittit, solvit sive justis praemia, sive injutis tormenta. Sapientiam praestans parvulis, in quantum est praecipiens; quia qui parvuli sunt scientia, ex praeceptis Domini redduntur sapientes, ut ibi ostenditur: «A mandatis tuis intellexi.» Est itaque fidele testimonium Domini in explanatione praeceptorum ejus. In primo intellige promissiones et comminationes; in secundo prohibitiones. Fidele est, promittens et comminans; sapientiam praestans parvulis, prohibens et praecipiens.

Justitiae Domini binis convertuntur accidentibus, quae sunt, rectae, laetificantes corda. Justitiae Domini, opera justorum: unde et ipsi justi appellantur. Sed dicuntur esse Domini, quia, «omne datum optimum et omne donum perfectum de sursum est, descendens a Patre luminum (Jac. I).» Quid enim habes, o homo, quod non accepisti? (I Cor. IV). Item: «Gratia Dei sum id quod sum (I Cor. XV).» Ea autem opera justitiae appellari possunt, quae fide nascuntur et dilectione consummantur. Nam sicut sine fide impossibile est quemquam placere Deo (Hebr. II), ita et fides sine operibus mortua est (Jac. II). Fides autem, quae per dilectionem operatur, et proficit et sufficit ad salutem. Hae sunt justitiae Domini rectae, laetificantes corda per serenam conscientiam.

Praeceptum binis gaudet accidentibus. Est enim lucidum, illuminans oculos ex sui doctrina. Sunt quippe quaedam lucida, et non illuminantia; ut carbo sine flamma lucidus est, non tamen illuminat. Flamma sine carbone et lucet et illuminat. Praeceptum Domini lucidum est sine confusione sententiarum; illuminat oculos ex infusione gratiarum. Unde illud: «Lucerna pedibus meis verbum tuum, et lumen semitis meis (Psal. CXVIII).» Et beatus Petrus: «Cui benefacitis, inquit, attendentes tanquam lucernae lucenti in caliginoso loco (II Petr. I).» Singulariter autem ponitur praeceptum, quamvis multa sint praecepta: quia, ut ait Gregorius (Hom. 27 in Evangel.). Praeceptum Domini et unum est, et multa sunt; multa propter diversitatem operis; unum in radice charitatis.

«Timor Domini sanctus permanens in saeculum saeculi (Psal. CX).» Excluso humano timore, hic notatur filialis, sive castus.

In hoc, quod dicitur: timor Domini sanctus, intelligitur castus; et est initium sapientiae timor Domini.

Quod autem dicitur: permanens in saeculum saeculi, filialem designat.

El testimonio del Señor tiene dos accidentes, a saber, fiel y que da sabiduría a los pequeños. Se llama testimonio del Señor a todo lo que el Señor testifica en las sagradas escrituras, ya sea prometiendo o mandando. Por lo tanto, los testimonios se contienen en las promesas y los preceptos, porque lo que promete, lo cumple, ya sean premios para los justos o tormentos para los injustos. Da sabiduría a los pequeños en cuanto que es mandante; porque los que son pequeños en ciencia, por los preceptos del Señor se vuelven sabios, como allí se muestra: «Por tus mandatos he entendido». Es, pues, fiel el testimonio del Señor en la explicación de sus preceptos. En lo primero entiende las promesas y las conminaciones; en lo segundo las prohibiciones. Es fiel prometiendo y amenazando; da sabiduría a los pequeños prohibiendo y mandando.

Las justicias del Señor se convierten por dos accidentes, que son rectas, que alegran los corazones. Las justicias del Señor son las obras de los justos: de donde ellos mismos son llamados justos. Pero se dice que son del Señor porque «toda dádiva buena y todo don perfecto es de lo alto, que desciende del Padre de las luces (St 1)». Pues ¿qué tienes, oh hombre, que no hayas recibido? (1 Cor 4). Igualmente: «Por la gracia de Dios soy lo que soy (1 Cor 15)». Aquellas obras, además, pueden llamarse de justicia, las cuales nacen de la fe y se consuman por la caridad. Pues así como sin fe es imposible que nadie agrade a Dios (Heb 2 [11]), así también la fe sin obras está muerta (St 2). La fe, empero, que obra por la caridad, aprovecha y basta para la salvación. Estas son las justicias del Señor, rectas, que alegran los corazones por la serena conciencia.

El precepto goza de dos accidentes. Pues es lúcido, iluminando los ojos por su doctrina. Hay ciertamente algunas cosas lúcidas y no iluminantes; como el carbón sin llama es lúcido, pero no ilumina. La llama sin carbón brilla e ilumina. El precepto del Señor es lúcido sin confusión de sentencias; ilumina los ojos por la infusión de las gracias. De donde aquello: «Lámpara es para mis pies tu palabra, y luz para mis sendas (Sal 118)». Y el bienaventurado Pedro: «Hacéis bien», dice, «atendiendo como a una lámpara que brilla en lugar tenebroso (2 Pe 1)». Singularmente, empero, se pone el precepto, aunque hay muchos preceptos: porque, como dice Gregorio (Hom. 27 sobre el Evangelio). El precepto del Señor es uno y son muchos; muchos por la diversidad de la obra; uno en la raíz de la caridad.

«El temor del Señor es santo, que permanece por los siglos de los siglos (Sal 110)». Excluido el temor humano, aquí se nota el filial o casto.

En esto que se dice: «el temor del Señor es santo», se entiende el casto; y el principio de la sabiduría es el temor del Señor.

Aquello que se dice: «que permanece por los siglos de los siglos», designa al filial.

Judicia vero Domini suo quaternario vehuntur. Sunt vera, justificata in semetipsa, desiderabilia super aurum et lapidem pretiosum multum, dulciora super mel, et favum. Judicia Domini sunt retributiones, quibus vel reprobos punit, vel justos remunerat. Ea quamvis sint saepe occulta, semper tamen vera sunt; et justa, veritatem justi judicis sequentia. Sunt justificata in semetipsa, non sicut humana judicia, quae aliunde formantur, sicut ex allegationibus advocatorum, et ex depositionibus testium et recitationibus instrumentorum. Unde et per hoc saepe falluntur judices, et quamvis ordo judiciarius servetur, nonnunquam tamen innocens condemnatur, et nocens absolvitur. Judicia autem Dei ex semetipsis justificationem accipiunt, sicut per prophetam dicitur: «Non secundum visionem oculorum judicabit, nec secundum auditum aurium arguet, sed judicabit in justitia pauperes, et arguet in aequitate pro mansuetis terrae (Isai. XI).» Sunt autem desiderabilia, id est, desiderari dignissima super divitias et delicias. In auro et lapide pretioso intellige divitias; in melle, et favum delicias. Divitiae autem maxime intelliguntur in pecunia et potentia. Per lapidem pretiosum, quo potentes et nobiles utuntur, gloria potentiae. Porro divitiae aliae cum difficultate acquiruntur, aliae sine difficultate. In melle, quod liquidum est deliciae, et voluptates sine labore. In favo, quod mel et ceram continet simul, voluptates cum difficultate.

Ecce quidam ludus judiciarius occurrit nobis in Scripturis Deum Patrem repraesentans. Locus juris, in quo Advocatus noster postulat, patibulum crucis fuit. Cum enim ex officio suo advocati habeant stare, ipse non stans, sed toto corpore extenso in ligno crucis, apud Patrem pro nobis allegavit, desiderium suum et amicorum suorum exponens, et adversarii desiderio contradicens usque ad proprii sanguinis effusionem. Rem suam postulat, id est genus humanum, quod ipse creavit, cujus verum dominium habebat. Ecclesiam de gentibus converti postulavit, tanquam proprius haeres haereditatis petitionem proponens, et in possessionem de jure mitti desiderans. Petitio autem haereditatis ex ordine et regulari jure proponitur adversus cum qui possidet pro haerede, vel possessore. Pro haerede possidet qui dicit se haeredem esse, cum non sit; pro possessore possidet quis, cum nullo titulo potest tueri suam possessionem, qui, si requiratur quare possideat, nullam aliam causam allegat, nisi quia sic possideo. Recte autem proposuit Dominus noster adversus diabolum, qui haereditatem Domini pro possessore possidebat malignus praedo. De quo propheta: «Vae qui praedaris, nonne ipse praedaberis? (Isai. XXXIII)»

Los juicios del Señor ciertamente son llevados por su propio cuaternario. Son verdaderos, justificados en sí mismos, deseables más que el oro y mucha piedra preciosa, más dulces que la miel y el panal. Los juicios del Señor son retribuciones, con las cuales o castiga a los réprobos o remunera a los justos. Estos, aunque a menudo sean ocultos, sin embargo siempre son verdaderos; y justos, siguiendo la verdad del juez justo. Son justificados en sí mismos, no como los juicios humanos, que se forman de otra parte, como de las alegaciones de los abogados, y de las deposiciones de los testigos y las recitaciones de los instrumentos. De donde también por esto a menudo se engañan los jueces, y aunque se preserve el orden judicial, sin embargo a veces el inocente es condenado y el culpable es absuelto. Pero los juicios de Dios reciben la justificación de sí mismos, como se dice por el profeta: «No juzgará según la visión de los ojos, ni reprenderá según el oído de las orejas, sino que juzgará en justicia a los pobres, y reprenderá con equidad por los mansos de la tierra (Is 11)». Son además deseables, esto es, dignísimos de ser deseados más que las riquezas y las delicias. En el oro y la piedra preciosa entiende las riquezas; en la miel y el panal las delicias. Las riquezas, además, se entienden principalmente en el dinero y el poder. Por la piedra preciosa, que usan los poderosos y nobles, la gloria del poder. Además, unas riquezas se adquieren con dificultad, otras sin dificultad. En la miel, que es líquida, las delicias y placeres sin trabajo. En el panal, que contiene miel y cera juntas, los placeres con dificultad.

He aquí que se nos presenta un cierto juego judicial en las Escrituras que representa a Dios Padre. El lugar del derecho, en el cual nuestro Abogado postula, fue el patíbulo de la cruz. Pues habiendo los abogados por su oficio de estar de pie, Él, no estando de pie, sino con todo su cuerpo extendido en el madero de la cruz, alegó ante el Padre por nosotros, exponiendo su deseo y el de sus amigos, y contradiciendo el deseo del adversario hasta la efusión de su propia sangre. Postula su propia cosa, esto es, el género humano, que Él mismo creó, del cual tenía el verdadero dominio. Postuló que la Iglesia de las gentes se convirtiera, proponiendo como propio heredero la petición de herencia, y deseando ser puesto en posesión por derecho. Además, la petición de herencia se propone por orden y derecho regular contra aquel que posee como heredero o como poseedor. Posee como heredero el que dice que él es el heredero, cuando no lo es; uno posee como poseedor cuando por ningún título puede defender su posesión, el cual, si se le pregunta por qué posee, no alega ninguna otra causa sino «porque así poseo». Rectamente, pues, propuso nuestro Señor contra el diablo, quien como maligno salteador poseía la herencia del Señor como poseedor. De quien dice el profeta: «¡Ay de ti que saqueas!, ¿no serás tú mismo saqueado? (Is 33)».

In hac advocatione, sive postulatione Advocati nostri maxime gaudet Ecclesia die resurrectionis Dominicae, quia Advocatus postulavit, quia postulata impetravit, quia impetrata obtinuit et possedit. Inde est quod tripliciter laudem subjungit. Introducens enim Filium loquentem ad Patrem, et dicentem: «Postulavi Patrem meum; Ecclesia respondet: Alleluia,» id est, Deo laudes, quia postulasti. Item: «Dedit mihi gentes.» Et respondet Ecclesia: «Alleluia;» id est, Deo laudes, quia impetrasti. Item: «In haereditatem mihi (Psal. II).» Respondet: «Alleluia;» quia obtinuisti et possedisti.

Consociemur igitur et nos in hanc laudem universalis Ecclesiae, ut cum electis in haereditatem Domini intraturi, ad resurrectionem Domini pervenire valeamus perpetuo gavisuri. Quod ipse praestare dignetur qui vivit et regnat per omnia saecula saeculorum. Amen.

APRILIS. XXIII. Sermo de S. Georgio martyre. XXV. Sermo I de S. Marco evangelista. Sermo II de eodem. Sermo III de eodem. XXVIII. Sermo I de S. Vitale martyre Sermo II de eodem.

Sermo XIII.

DE S. GEORGIO MARTYRE. (XXIII APR.)

Hodierna festivitas, dilectissimi, paschalis gloriae laetitiam geminat, et velut pretiosa gemma aurum, cui imprimitur, decore proprii splendoris illustrat. Apte nimirum hoc potissimum tempore beato Georgio concessum est triumphare, quando, transacta hiemalis inclementia turbinis, austri fomite resoluto, laeta terra alacriter parturit, et erumpentibus diversis herbarum atque arborum floribus, tanquam adolescente, ut ita loquar, aetate pubescit. Georgius siquidem Graece, terrae cultor Latino sonat eloquio, qui nimirum, juxta sui praesagium nominis, non modo suae mentis agrum spiritualis exercitii disciplinis excoluit, sed et sanctae exhortationis et piae correptionis vomere terrena multorum corda proscidit, vitiorumque vepribus erutis, fecunda in eis virtutum arbusta plantavit.

Merito igitur hodie beati hujus martyris anima post cruentam furiosi principis rabiem, post carnificum feraliter saevientium immanitatem, post dilacerati corporis exquisita supplicia, post ignis, ac ferri, picis, et sulphuris iniqua tormenta, post verberum denique plagas, post carcerum tenebras, tanquam post hibernas furentium ventorum niviumque procellas, oraculum hoc divinae meruit vocationis audire: «Veni, inquit, columba mea, sponsa mea, formosa mea; jam hiems transiit, imber abiit, et recessit; flores apparuerunt in terra nostra; tempus putationis advenit (Cant. II).»

En esta abogacía o postulación de nuestro Abogado se alegra especialmente la Iglesia el día de la resurrección del Señor, porque el Abogado postuló, porque alcanzó lo postulado, porque obtuvo y poseyó lo alcanzado. De aquí es que añade la alabanza de triple manera. Pues introduciendo al Hijo hablando al Padre y diciendo: «He postulado a mi Padre», la Iglesia responde: «Aleluya», esto es, «Alabanzas a Dios», porque postulaste. Igualmente: «Me dio las gentes». Y responde la Iglesia: «Aleluya», esto es, «Alabanzas a Dios», porque alcanzaste. Igualmente: «En herencia para mí (Sal 2)». Responde: «Aleluya», porque obtuviste y poseíste.

Asociémonos, pues, también nosotros a esta alabanza de la Iglesia universal, para que, entrando con los elegidos en la herencia del Señor, podamos llegar a la resurrección del Señor para gozar perpetuamente. Lo cual se digne conceder aquel que vive y reina por todos los siglos de los siglos. Amén.

ABRIL. XXIII. Sermón sobre San Jorge mártir. XXV. Sermón I sobre San Marcos evangelista. Sermón II sobre el mismo. Sermón III sobre el mismo. XXVIII. Sermón I sobre San Vital mártir. Sermón II sobre el mismo.

Sermón XIII.

SOBRE SAN JORGE MÁRTIR. (23 DE ABRIL)

La festividad de hoy, amadísimos, duplica la alegría de la gloria pascual, y como una piedra preciosa ilustra con el decoro de su propio esplendor el oro al cual se imprime. Aptamente, por cierto, en este tiempo especial se le ha concedido al bienaventurado Jorge triunfar, cuando, pasada la inclemencia del torbellino invernal, disuelto el fomento del austro, la tierra alegre pare con presteza, y brotando diversas flores de hierbas y de árboles, rejuvenece, por así decirlo, como con edad adolescente. Pues Jorge en griego suena en elocuencia latina como "cultivador de la tierra", quien por cierto, según el presagio de su nombre, no solo cultivó el campo de su propia mente con las disciplinas del ejercicio espiritual, sino que también con el arado de la santa exhortación y de la piadosa corrección surcó los corazones terrenales de muchos, y arrancadas las zarzas de los vicios, plantó en ellos fecundos arbusetos de virtudes.

Merecidamente, por tanto, hoy el alma de este bienaventurado mártir, tras la cruenta rabia del furioso príncipe, tras la inhumanidad de los verdugos que se ensañaban foscamente, tras los exquisitos suplicios del cuerpo lacerado, tras los inicuos tormentos del fuego, del hierro, de la pez y del azufre, tras los golpes de los azotes, tras las tinieblas de las cárceles, como tras las invernales borrascas de vientos y nieves furientes, mereció oír este oráculo de la vocación divina: «Ven», dice, «paloma mía, esposa mía, hermosa mía; ya el invierno pasó, la lluvia se fue y se retiró; las flores aparecieron en nuestra tierra; el tiempo de la poda ha llegado (Cant 2)».

Plane de militia translatus est in militiam, quia terreni tribunatus, quo fungebatur, officium Christianae militiae professione mutavit, et, ut revera strenuus miles prius omnia sua pauperibus tribuens, sarcinam terrenae facultatis abjecit; sicque liber, et expeditus, ac fidei lorica praecinctus in ipsam densi certaminis aciem fervidus se Christi bellator immersit, servato scilicet ordine, ut rerum pondus ante deponeret, atque ita postmodum ad campum certaminis imperterritus prosiliret.

Unde est quod in lege praecipitur, ut homo formidolosus, et corde pavido non egrediatur ab bellum, sed vadat, inquit, et revertatur ad terram suam, ne pavere faciat corda fratrum suorum, sicut et ipse perterritus est (Deut. XX). Quibus nimirum verbis liquido perdocemur quia pro defensione fidei dimicare fortiter et idonee nequeunt qui adhuc nudari terrenis opibus pertimescunt; tolerabiliusque est, ut domum quodammodo redeuntes ignobiliter et imbelles vivant, quam secum et alios a triumphandi gloria per degeneris exempla timoris avertant. Beatus vero Georgius sancti Spiritus igne succensus, et vexillo crucis inexpugnabiliter praemunitus, sic cum iniquo rege congressus est, ut et iniquorum omnium principem in satellite vinceret, et ad agendum fortiter Christi militum animos incitaret. Et quidem Diocletianus tunc imperator, sicut in descripta passionis ejus reperitur historia, cujus os, juxta Psalmistam, maledictione plenum erat, et amaritudine, et sub lingua ejus labor et dolor qui sedebat cum divitibus in occultis, ut interficeret innocentem, insidians quasi leo in spelunca sua (Psal. V), primo quasi vestimentum ovis subdolus induit, et sic quadam arte versutiae ac fucatis blandimentorum coloribus illum suadere tentavit. Sed cum insignis athleta Christi, spumantia ex antiqui serpentis ore venena contemneret, et non jam primi parentis originem, sed secundi potius in se vivere titulos demonstraret, protinus ille tanquam sagitta de Satanae pharetra prodiens, immanem lupum qui latebat aperuit, et ad inferenda diversa poenarum supplicia cruenta bestia feraliter ebullivit. Glomeratis itaque carnificibus beatus martyr extenditur, verberibus tunditur, duris caedibus laniatur. Dehinc rota gladiis armata profertur in medium, ut circum ligatum martyris corpus tanto crudelius quanto multiplicius perforetur.

Claramente fue trasladado de una milicia a otra milicia, porque cambió el oficio del tribunado terreno, que desempeñaba, por la profesión de la milicia cristiana, y, como soldado verdaderamente esforzado, dando primero todas sus cosas a los pobres, arrojó la carga de la facultad terrena; y así libre y expedito, y ceñido con la loriga de la fe, el fervoroso guerrero de Cristo se sumergió en la misma línea del denso certamen, observado ciertamente el orden de deponer primero el peso de las cosas, y así saltar después impertérrito al campo del combate.

De donde es que en la ley se preceptúa que el hombre miedoso y de corazón pávido no salga a la guerra, sino que vaya, dice, y regrese a su tierra, para que no haga temer los corazones de sus hermanos, tal como él mismo está aterrorizado (Dt 20). Con cuyas palabras ciertamente se nos enseña claramente que no pueden luchar con fuerza e idoneidad por la defensa de la fe aquellos que todavía temen ser despojados de las riquezas terrenas; y es más tolerable que, regresando a casa de algún modo, vivan innoblemente y sin espíritu combativo, que aparten de la gloria de triunfar a otros junto con ellos mediante ejemplos de temor degenerado. Pero el bienaventurado Jorge, encendido con el fuego del Espíritu Santo, y preunido inexpugnablemente con el estandarte de la cruz, de tal modo se enfrentó con el inicuo rey, que venció al príncipe de todos los inicuos en su satélite, e incitó los ánimos de los soldados de Cristo a actuar con fortaleza. Y ciertamente Diocleciano, entonces emperador, según se encuentra en la historia descrita de su pasión, cuya boca, conforme al Salmista, estaba llena de maldición y amargura, y bajo su lengua el trabajo y el dolor, que se sentaba con los ricos en lugares ocultos para matar al inocente, acechando como león en su cueva (Sal 5), primero se vistió astutamente como con vestido de oveja, y así con cierta arte de versucia y con fingidos colores de halagos intentó persuadirlo. Pero cuando el insigne atleta de Cristo despreció los espumantes venenos de la boca de la antigua serpiente, y demostró que ya no el origen del primer padre, sino más bien los títulos del segundo vivían en él, al punto aquel, saliendo como saeta del carcaj de Satanás, descubrió al lobo sañudo que se escondía, y como bestia cruenta hirvió foscamente para infligir diversos suplicios de penas. Agrupados, pues, los verdugos, el bienaventurado mártir es extendido, golpeado con azotes, lacerado por duros golpes. De allí se presenta en medio una rueda armada con espadas, para que el cuerpo del mártir atado alrededor sea perforado tanto más cruelmente cuanto más múltiplemente.

Artifex nimirum feritas, nova et exquisita poenarum invenit argumenta, et ad satiandam sui furoris rabiem philosophatur in excedenda crudelitatis humanae mensura, ignorans scilicet quia pretiosum nitoris conspicui margaritum vivis utique supernae Hierusalem lapidibus inferendum, quanto asperioris limae scabredine vel mallei tunsione politur, tanto praeclarius redditur. Aderat plane supernus et invisibilis Arbiter, qui ad suae dispensationis arbitrium, et hinc manus impiorum saevire permitteret, et inde gemmam suam inviolata propriae soliditatis integritate servaret. Qui et si martyris sui membra carnificum manibus tradidit, animam tamen inexpugnabili fidei arce subnixam indefesso protectionis suae munimine custodivit. Nec ad hoc eos permisit attingere quod latebat, id solum eis objiciens quod extrinsecus apparebat; et tanquam aquae diluvii, arcam quidem undique circumfluere, nec tamen poterant intima penetrare (Gen. VII).

Dicat itaque beatus Georgius, dicat: «Nisi quia Dominus erat in nobis, cum insurgerent homines in nos, forsitan vivos deglutissent nos: cum irasceretur furor eorum adversum nos, forsitan velut aqua absorbuisset nos (Psal. CXXIII).» Haec sunt videlicet aquae, de quibus per Psalmistam Salvator ait: «Salvum me fac, Domine, quoniam intraverunt aquae usque ad animam meam (Psal. XI).» Et per Jonam: «Projecisti me, inquit, in profundum in corde maris, et flumen circumdedit me; omnes gurgites tui, et fluctus tui, super me transierunt (Jon. II).» Sed his aquis et mari, juxta Scripturam Dominus terminum circumposuit (Psal. CIII), quia secundum dispensationis suae mensuram, non secundum perversitatis humanae concupiscentiam, reprobos in electos suos saevire permittit.

Hinc est enim quod in mundi nascentis exordio mare Deus divisit ab arida (Gen. I). Quid enim per mysterium mare, nisi reprobos homines, et infideles insinuat, qui nimirum quadam carnalis ingenii salsugine callidi, sed odiis ac si multatibus invicem inveniuntur semper amari, et velut mare diversis tentationum flatibus intumescunt, cupiditatumque carnalium procellis ac tempestatibus quatiuntur? Quid vero arida, nisi animam designat fontem fidei sitientem, vel ad creatorem suum ardenti desiderio tanquam sitibundis faucibus anhelantem? Unde et quaedam anima hac siti feliciter arida, aestuans clamavit: «Sitivit anima mea ad Deum vivum, quando veniam et apparebo ante faciem Dei? (Psal. XXXI.)» Ab arida ergo mare dividitur, quando Deus omnipotens a se sitientium reproborum impetus reprimit, et tanquam littus marinis fluctibus objicit, dum conatibus fervescentis insaniae sui moderaminis limitem figit. Quod profecto illa Dei vox probat, qua dicit: «Quis conclusit ostiis mare, quando erumpebat, quasi de vulva procedens? (Job XXXVIII.)

Ciertamente la ferocidad del artífice inventó nuevos y exquisitos argumentos de penas, y para saciar la rabia de su furor filosofa en exceder la medida de la crueldad humana, ignorando por supuesto que la preciosa margarita de conspicuo brillo, que ha de ser insertada entre las piedras vivas de la Jerusalén celestial, cuanto más se pule por la escabrosidad de una lima más áspera o por la percusión de un martillo, tanto más preclara se vuelve. Estaba presente claramente el Árbitro supremo e invisible, quien según el arbitrio de su dispensación, permitiría por un lado que las manos de los impíos se ensañaran, y por otro conservaría su gema en la inviolada integridad de su propia solidez. Quien, aunque entregó los miembros de su mártir a las manos de los verdugos, sin embargo custodió el alma, apoyada en la fortaleza inexpugnable de la fe, con el infatigable baluarte de su protección. Ni permitió que ellos alcanzaran aquello que estaba oculto, oponiéndoles solo aquello que aparecía exteriormente; y como las aguas del diluvio, la arca ciertamente fluía alrededor por todas partes, pero no podían penetrar lo íntimo (Gén 7).

Diga, pues, el bienaventurado Jorge, diga: «Si no hubiera sido porque el Señor estaba en nosotros, cuando los hombres se levantaron contra nosotros, quizá nos habrían tragado vivos: cuando se encendió su furor contra nosotros, quizá como el agua nos habría absorbido (Sal 123)». Estas son, a saber, las aguas de las cuales dice el Salvador por el Salmista: «Sálvame, Señor, porque las aguas han entrado hasta mi alma (Sal 68)». Y por Jonás: «Me arrojaste», dice, «en lo profundo, en el corazón del mar, y el río me rodeó; todos tus remolinos y tus olas pasaron sobre mí (Jon 2)». Pero a estas aguas y al mar, según la Escritura, el Señor les puso un término (Sal 103), porque según la medida de su dispensación, no según la concupiscencia de la perversidad humana, permite que los réprobos se ensañen con sus elegidos.

Pues de aquí es que en el inicio del mundo naciente Dios dividió el mar de la tierra seca (Gén 1). ¿Pues qué insinúa por misterio el mar sino a los hombres réprobos e infieles, quienes ciertamente son hallados siempre amargos con cierta salinidad de ingenio carnal, pero astutos con odios y enemistades entre sí, y como el mar se hinchan con diversos soplos de tentaciones, y son sacudidos por las borrascas y tempestades de las concupiscencias carnales? ¿Pero qué designa la tierra seca sino el alma que tiene sed de la fuente de la fe, o que anhela a su creador con ardiente deseo como con fauces sedientas? De donde también cierta alma, felizmente seca por esta sed, clamó ardiente: «Mi alma tuvo sed del Dios vivo, ¿cuándo vendré y apareceré ante la faz de Dios? (Sal 41)». Así pues, el mar se divide de la tierra seca cuando Dios omnipotente reprime de sí los ímpetus de los réprobos sedientos, y como un litoral se opone a las olas marinas, mientras fija el límite de su moderación a los esfuerzos de la hirviente locura. Lo cual ciertamente prueba aquella voz de Dios, por la cual dice: «¿Quién cerró con puertas el mar, cuando brotababa como saliendo del vientre? (Job 38)».

Et paulo post: «Circumdedi illud terminis meis, et posui vectem, et ostia, et dixi: Usque huc venies, et non procedes amplius, et hic confringes tumentes fluctus tuos (Ibid.).» Enimvero recte per mare cor pravi hominis designatur, quod videlicet furore est turbidum, rixis amarum, elatione superbiae tumidum, caligine malitiosae fraudis obscurum. Separavit ergo tunc Deus mare et minaces fluctus ab inundatione terrae compescuit, ut terra virentes herbas et ligna pomifera germinaret, ac deinde segetum fructus afferret. Separat etiam nunc ab electis suis reproborum turbines persequentium et quasi furentes coercet impetus tempestatum, quos, et si furere usque ad infligenda corporibus tormenta concedit, ne tamen animas laedant, invicta eos atque pervigili brachii sui protectione custodit, quodammodo dicens mari: Huc usque venies, et non procedes amplius, et hic confringes tumentes fluctus tuos, ac si patenter dicat, usque ad inferenda corporibus te tormenta relaxo; ne autem usque ad animam cumulis intumescentibus profluas, legis meae tibi littus oppono, ut dum furori fluctuum tuorum littus objicitur, terra cordis ad proferenda fructuum germina libera relinquatur.

Et quia Georgius, ut superius diximus, terrae cultor exprimitur, recte hoc allegoricae figurae mysterium eidem beatissimo martyri coaptatur. Cui scilicet, et si usque ad littus carnis persecutionis fluctus efferbuit, solidissimam tamen animae ejus terram procella tempestuosi turbinis non involvit; nec eum vorago pelagi furentis absorbuit qui spei suae anchoram non in putris arenae subsicivio [succiduo], sed in soliditate petrae quae Christus est (I Cor. X), fixit. Hinc est profecto, quod Veritas ait: «Qui audit verba mea et facit ea, similabo eum viro prudenti, qui aedificavit domum suam supra petram. Venerunt flamina, flaverunt venti et impegerunt in domum illam, et non cecidit; fundata enim erat supra petram (Matth. VII, Luc. VI).» Vere insignis hic miles Christi supra petram fidei suae fundamenta constituit, qui praemii coelestis intuitu minas principum sprevit, male blandientium promissiones irrisit, carnificum tormenta contempsit, ferrum, ignes, gladios ac diversa suppliciorum genera invictae patientiae majestate calcavit.

Hunc coelestis militiae bellatorem, fratres charissimi, non tantum admiremur, sed etiam imitemur; in illud coelestis gloriae praemium jam spiritus erigatur, ut dum in ejus contemplatione cor figimus, non moveamur, utrum mundus lenocinator arrideat, an certe minax adversitatibus fremat, dicentes cum Psalmista: «Sicut tenebrae ejus, ita et lumen ejus (Psal. CXXXVIII).» Mundemus itaque nos, juxta Pauli praeceptum ab omni iniquinamento carnis et spiritus (II Cor. VII), ut in illud beatitudinis templum, cui nunc aciem mentis intendimus, quandoque etiam ingredi mereamur.

Y poco después: «Lo rodeé con mis términos, y puse cerrojo y puertas, y dije: Hasta aquí vendrás y no pasarás más adelante, y aquí romperás tus hinchadas olas (Ibíd.)». En efecto, rectamente por el mar se designa el corazón del hombre malvado, el cual a saber es turbio por el furor, amargo por las riñas, hinchado por la elación de la soberbia, oscuro por la calígine del fraude malicioso. Separó, pues, Dios entonces el mar y contuvo las amenazantes olas de la inundación de la tierra, para que la tierra germinara verdes hierbas y leños pomíferos, y luego diera los frutos de las mieses. Separa también ahora de sus elegidos los torbellinos de los réprobos perseguidores y cohibe los ímpetus de las tempestades como si fueran furiosas, a los cuales, aunque permite enfurecerse hasta infligir tormentos a los cuerpos, para que sin embargo no dañen las almas, los custodia con la invicta y vigilante protección de su brazo, diciendo de algún modo al mar: Hasta aquí vendrás y no pasarás más adelante, y aquí romperás tus hinchadas olas, como si dijera patentemente, hasta infligir tormentos a los cuerpos te relajo; pero para que no fluyas con cúmulos hinchados hasta el alma, te opongo el litoral de mi ley, para que mientras se opone el litoral al furor de tus olas, la tierra del corazón quede libre para producir los brotes de los frutos.

Y porque Jorge, como dijimos arriba, se expresa como cultivador de la tierra, rectamente este misterio de figura alegórica se acopla al mismo beatísimo mártir. Al cual, a saber, aunque hirvió la ola de la persecución hasta el litoral de la carne, sin embargo la borrasca del tempestuoso torbellino no envolvió la solidísima tierra de su alma; ni lo absorbió el vorágine del pelago furiente a quien fijó el áncora de su esperanza no en el residuo de arena podrida, sino en la solidez de la piedra que es Cristo (1 Cor 10). De aquí es por cierto lo que dice la Verdad: «Quien oye mis palabras y las hace, lo asemejaré al varón prudente que edificó su casa sobre la piedra. Vinieron las riadas, soplaron los vientos e impactaron en aquella casa, y no cayó; pues estaba fundada sobre la piedra (Mt 7, Lc 6)». Verdaderamente este insigne soldado de Cristo constituyó los fundamentos de su fe sobre la piedra, quien por la intuición del premio celestial despreció las amenazas de los príncipes, se burló de las promesas de los que malvadamente halagaban, contuvo los tormentos de los verdugos, pisoteó el hierro, los fuegos, las espadas y diversos géneros de suplicios con la majestad de su invicta paciencia.

A este guerrero de la milicia celestial, hermanos carísimos, no solo lo admiremos, sino también imitémoslo; el espíritu elévese ya hacia aquel premio de la gloria celestial, para que mientras fijamos el corazón en su contemplación, no seamos movidos, ya sea que el mundo halague como seductores, o ciertamente ruja amenazador con adversidades, diciendo con el Salmista: «Como sus tinieblas, así también su luz (Sal 138)». Limpiémonos, pues, según el precepto de Pablo, de toda mancha de carne y de espíritu (2 Cor 7), para que en aquel templo de la bienaventuranza, al cual ahora dirigimos la mirada de la mente, merezcamos también alguna vez entrar.

Hinc est quod Aaron prius aqua lavatur, et sic postmodum tabernaculum sacrificaturus ingreditur (Exod. XXX). De quo nimirum bene ad Moysen divina voce praecipitur: «Tunica, inquit, vestietur, feminalibus lineis verenda celabit, accingetur zona linea, cidarim lineam imponet capiti. Haec enim vestimenta sunt sancta, quibus cum lotus fuerat, induetur (Lev. XVI).» Quisquis enim in tabernaculo Christi, quod est Ecclesia, semetipsum Deo sacrificare contendit, necesse est, ut postquam lavacro sacri fontis abluitur, diversis etiam virtutum vestibus induatur, sicut scriptum est: «Sacerdotes tui induantur justitiam (Psal. CXXXI),» quatenus qui in Christo per baptismum novo homo renascitur, non jam pelliceas tunicas, mortalitatis videlicet indices vestiat, sed deposito veteri homine novum induat, et in eo per mundae conversationis studium innovatus vivat. Et notandum quod omnes illae vestes lineae describuntur; linum quippe ad candorem cum labore perducitur, et virtutum vita non acquiritur sub torpore desidiae, sed in laboriosae potius exercitio disciplinae.

Purificati igitur, dilectissimi, per novi baptismatis sacramentum, induamur nos linea tunica, ut candor nos sanctae conversationis exornet. Feminalibus verenda tegantur, ut dum honestae vitae tegmen assumitur, praeteritorum criminum ante Dei oculos turpitudo celetur. Unde David: «Beati, inquit, quorum remissae sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata (Psal. XXXI).» Zona insuper linea constringamur, capiti quoque cidaris imponatur, ut praecincti in veritate lumbos mentis, protegamur galea spe salutis. Sic, sic nimirum et veteris peccati squalore purgati, et novae conversationis nitore conspicui, digne celebramus paschale mysterium, et beatorum martyrum veraciter imitamur exemplum. Nec desperetis, fratres mei, licet adhuc infirmi, licet exterioribus fortassis adhuc actibus implicati, non desperetis ad martyrum vos consortium pertinere, qui martyrum victorias vos recognoscitis ex corde diligere. Quinque certe Salphaad filiae inter fratres suos noscuntur haereditatem, Moyse constituente, sortitae (Num. XXVII et XXXVI); quinque nimirum et feminae, ut per quinarium numerum exterior occupatio, per muliebrem vero sexum infirmitas designetur. Jonathas quoque in quodam inter utrumque meditullio positus, nec cum Saul remansit in malis, nec David aequiparari potuit prorsus in bonis (I Reg. XVIII, XIX et XX). Sed quia dilecto Dei Prophetae fuit amicus, et de futuro ejus gavisus est fraterna benignitate successu, pie creditur ab ejus consortio nunc in spiritu non esse divisus, cui dum in carne viveret, unanimiter exstitit in amore conjunctus.

De aquí es que Aarón es lavado primero con agua, y así después entra en el tabernáculo para sacrificar (Éx 30). Sobre lo cual ciertamente se preceptúa bien a Moisés por la voz divina: «Se vestirá», dice, «con una túnica, cubrirá sus vergüenzas con calzones de lino, se ceñirá con un cinto de lino, impondrá en su cabeza una mitra de lino. Pues estas son vestiduras santas, con las cuales se vestirá después de haber sido lavado (Lev 16)». Pues quienquiera que en el tabernáculo de Cristo, que es la Iglesia, intenta sacrificarse a sí mismo a Dios, es necesario que, después de ser lavado por el lavacro de la sagrada fuente, se vista también con diversas vestiduras de virtudes, como está escrito: «Tus sacerdotes se vistan de justicia (Sal 131)», a fin de que quien en Cristo renace por el bautismo como hombre nuevo, ya no vista túnicas de piel, a saber, índices de la mortalidad, sino que depositado el hombre viejo vista el nuevo, e innovado viva en él por el estudio de una limpia conversación. Y es de notar que todas aquellas vestiduras se describen como de lino; pues el lino se conduce a la blancura con trabajo, y la vida de las virtudes no se adquiere bajo el torpor de la desidia, sino más bien en el ejercicio de una laboriosa disciplina.

Purificados, pues, amadísimos, por el sacramento del nuevo bautismo, vistámonos con la túnica de lino, para que la blancura de la santa conversación nos adorne. Cubran las vergüenzas los calzones, para que mientras se asume la cobertura de una vida honesta, se oculte ante los ojos de Dios la torpitud de los crímenes pasados. De donde dice David: «Bienaventurados», dice, «aquellos cuyas iniquidades son perdonadas y cuyos pecados son cubiertos (Sal 31)». Además, ciñámonos con el cinto de lino, impóngase también la mitra en la cabeza, para que, ceñidos en la verdad los lomos de la mente, seamos protegidos por el yelmo de la esperanza de la salvación. Así, así ciertamente, purgados del escuálido pecado viejo y conspicuos por el brillo de la nueva conversación, celebramos dignamente el misterio pascual e imitemos verdaderamente el ejemplo de los bienaventurados mártires. Ni desesperéis, hermanos míos, aunque todavía débiles, aunque quizás implicados todavía en actos exteriores, no desesperéis de pertenecer al consorcio de los mártires, vosotros que reconocéis que amáis de corazón las victorias de los mártires. Ciertamente las cinco hijas de Salfaad se sabe que obtuvieron herencia entre sus hermanos, por disposición de Moisés (Núm 27 y 36); cinco ciertamente y mujeres, para que por el número quinario se designe la ocupación exterior, y por el sexo mujeril la debilidad. Jonatán también, puesto en un cierto punto medio entre ambos, ni permaneció con Saúl en los males, ni pudo ser equiparado totalmente a David en los bienes (1 Sam 18, 19 y 20). Pero porque fue amigo del amado Profeta de Dios, y se alegró con fraterna benignidad por su futuro éxito, se cree piadosamente que ahora no está dividido en espíritu de su consorcio, al cual mientras vivía en la carne, estuvo unido unánimemente en el amor.

Nos autem, dilectissimi, qui exagitantem Saul spiritum malum, auxiliante Deo, post terga dimisimus (I Reg. XVI); imo qui Pharaonis exercitum in mari Rubro demersum (Exod. XVIII), per virtutem sacramenti paschalis evasimus, pro carnis tamen infirmitate adhuc versamur in eremo, transeamus ad vitae perfectionem, ad terram scilicet lacte et melle manantem. Egressi de Sodomis, non in Segor diutius immoremur sed liberati, cum Loth, montis verticem celeriter ascendamus (Gen. XIX) quatenus qui inter ipsa tirocinii rudimenta, jam beatorum martyrum coepimus gaudere triumphis, quandoque ad hoc etiam provehamur, ut discamus et ipsi triumphare cum sanctis. Et ipse sit fortitudo nostra dum protegit, qui factus est pretium, cum redemit, Jesus Christus Dominus noster, qui cum Deo Patre et Spiritu sancto vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen.

Sermo XIV.

I. DE S. MARCO EVANGELISTA. (XXV APR.)

Hodie, dilectissimi, velut pretiosus atque conspicuus coram oculis nostris auro radianti Beryllus imprimitur, dum illucescente beati evangelistae Marci solemnitate, paschale nobis gaudium geminatur. Et apte satis, dum sancta Ecclesia in festis adhuc paschalibus perseverat, beatus hic vir feliciter transiit: quia per martyrii palmam saeculum hoc triste deseruit, et triumphalis gloriae titulos hymnidicis angelorum choris victor laureatus invexit. Porro autem sicut quatuor flumina ex uno paradisi fonte procedunt, quae totius mundi partibus influunt, ita beati quatuor evangelistae de Christo, qui fons vitae, et origo est sapientiae, quasi totidem gurgites profluunt, et arentia humanorum cordium arva doctrina suae fluentis infundunt. Unde vir Sapiens cum praemisisset: «Posuit David puero suo excitare regem ex ipso fortissimum, et in throno honoris sedentem in sempiternum;» praesto subjunxit: «Qui implet quasi Phison sapientiam, et sicut Tigris in diebus novorum, qui adimplet quasi Euphrates sensum, qui multiplicat quasi Jordanis in tempore messis, qui mittit disciplinam sicut lucem, et assistens quasi Gehon in die vindemiae (Eccli, XXIV)» Hinc etiam paulo post ait: «Ego sapientia effudi flumina; ego quasi trames aquae immensae de fluvio, ego quasi fluvius Dorix [Diorix], et sicut aquaeductus exivi de paradiso.

Pero nosotros, amadísimos, que hemos dejado tras nuestras espaldas al espíritu malo que agitaba a Saúl, con la ayuda de Dios (1 Sam 16); más aún, que hemos escapado del ejército de Faraón sumergido en el mar Rojo (Éx 18), por la virtud del sacramento pascual, aunque por la debilidad de la carne todavía nos encontramos en el desierto, pasemos a la perfección de la vida, a saber, a la tierra que mana leche y miel. Salidos de Sodoma, no permanezcamos más tiempo en Segor, sino liberados, con Lot, ascendamos rápidamente a la cumbre del monte (Gén 19), a fin de que quienes entre los mismos rudimentos del aprendizaje ya hemos comenzado a gozarnos en los triunfos de los bienaventurados mártires, alguna vez seamos promovidos también a esto, para que aprendamos nosotros mismos a triunfar con los santos. Y sea Él mismo nuestra fortaleza mientras protege, quien se hizo el precio cuando redimió, Jesucristo nuestro Señor, que con Dios Padre y el Espíritu Santo vive y reina por los siglos de los siglos. Amén.

Sermón XIV.

I. SOBRE SAN MARCOS EVANGELISTA. (25 DE ABRIL)

Hoy, amadísimos, como un precioso y conspicuo berilo en oro radiante se imprime ante nuestros ojos, mientras al amanecer la solemnidad del bienaventurado evangelista Marcos, se duplica para nosotros la alegría pascual. Y con bastante propiedad, mientras la santa Iglesia persevera todavía en las fiestas pascuales, este bienaventurado varón transitó felizmente: porque por la palma del martirio abandonó este mundo triste, e introdujo los títulos de la gloria triunfal con los coros himnódicos de los ángeles como vencedor laureado. Por lo demás, así como cuatro ríos proceden de una sola fuente del paraíso, los cuales fluyen por las partes de todo el mundo, así los cuatro bienaventurados evangelistas fluyen de Cristo, que es fuente de vida y origen de la sabiduría, como otros tantos remolinos, e inundan los campos áridos de los corazones humanos con la doctrina de su corriente. De donde el varón Sabio, habiendo premisado: «Puso David para su siervo excitar de él un rey fortísimo y sentado en el trono de honor para siempre», pronto añadió: «Que llena de sabiduría como el Fisón, y como el Tigris en los días de los nuevos frutos, que colma el sentido como el Éufrates, que multiplica como el Jordán en el tiempo de la siega, que envía la disciplina como la luz, y asistiendo como el Guijón en el día de la vendimia (Ecli 24)». De aquí también poco después dice: «Yo, la sabiduría, derramé ríos; yo como un sendero de agua inmensa desde el río, yo como el río Diorix, y como un acueducto salí del paraíso.

Dixi: Rigabo meum hortum plantationum, et inebriabo patri mei fructum (Ibid.)» Christus itaque sapientia Patris, qui de paradiso per mysterium assumptae humanitatis exivit, hortum suum, id est, sanctam Ecclesiam, per quatuor evangelistas, tanquam per totidem coelestis doctrinae fluvios, irrigavit. Inter quos nimirum beatus Marcus velut Gehon perspicuus ac purus eructat, et humanas mentes salutiferi madoris inundatione fecundat. Qui, juxta Scripturae seriem, circuit omnem terram Aethiopiae (Gen. II). id est, universitatem complectitur Ecclesiae peccatis praecedentibus denigratae. De cujus Aethiopiae populo per prophetam Dominus dicit: «Ultra flumina Aethiopiae, inde supplices mei (Sophon. III).» Quae etiam persecutionibus praessa dicit in Canticis: «Nigra sum, sed formosa.» Et paulo post: «Nolite me considerare quod fusca sim, quia decoloravit me sol (Cant. I).» Sed eosdem sanctos evangelistas, quos Moyses flumina per typicae historiae seriem narrat: Ezechiel propheta sub diversorum animalium specie se vidisse pronuntiat: «Similitudo, inquit, vultus eorum facies hominis; et facies leonis a dextris ipsorum quatuor, et facies bovis a sinistris ipsorum quatuor, et facies aquilae desuper ipsorum quatuor (Ezech. I).» Inter quae videlicet animalia beatus Marcus secundo loco positus invenitur, quia leonis faciem habere describitur. Nam quia a clamore vocis in deserto suum incipit Evangelium, recte leonis sortitus est speciem. Sed si subtiliter ipsa Evangelii ejus origo perpenditur, ordinatissima sancti Spiritus in eo dispensatio reperitur. In hanc quippe vocem exorsus erupit: «Initium Evangelii Jesu Christi, Filii Dei (Marc. I).» Sicut scriptum est in Isaia propheta: «Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui praeparavit viam tuam ante te. Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini, rectas facite semitas Dei nostri.» Matthaeus autem dicit: «Liber generationis Jesu Christi filii David (Matth. I).» Quid est ergo quod ille dicit, Filii Dei; iste, filii David, nisi quod per organa sua Spiritus sanctus mediatoris Dei et hominum sacramenta distinxit, ut per alterum eum Filium Dei, per alterum ostenderet esse filium hominis? Tanquam enim per unius tibiae duo spiramina, vel potius per duas Ecclesiae nares unus effluit spiritus, dum incarnati Verbi iste divinam, ille generationem describit humanam.

Sed movere potest, cur beatus evangelista Marcus, postquam positurum se Isaiae, verba promisit, non protinus Isaiae, sed Malachiae potius dicta subintulit, sicque postmodum ad Isaiae verba pervenit? Nam quod praemittitur: «Ecce mitto angelum meum (Mal. III),» Malachias protulit, qui novissimus est duodecim prophetarum. Quud autem subjungitur: «Vox clamantis in deserto (Isai. XL),» Isaiae est indubitanter oraculum. Cur ergo qui Isaiam promisit, non mox Isaiam reddidit, sed Malachiam in testimonium prius adduxit?

Dije: Regaré mi huerto de plantaciones e inebriaré el fruto de mi prado (Ibíd.)». Así pues, Cristo, sabiduría del Padre, que salió del paraíso por el misterio de la humanidad asumida, regó su huerto, esto es, la santa Iglesia, por los cuatro evangelistas, como por otros tantos ríos de doctrina celestial. Entre los cuales ciertamente el bienaventurado Marcos como el Guijón eructa perspicuo y puro, y fecunda las mentes humanas con la inundación de su mador saludífero. El cual, según la serie de la Escritura, rodea toda la tierra de Etiopía (Gén 2), esto es, abraza la universalidad de la Iglesia denigrada por los pecados precedentes. De cuyo pueblo de Etiopía dice el Señor por el profeta: «Más allá de los ríos de Etiopía, de allí mis suplicantes (Sof 3)». La cual también, oprimida por las persecuciones, dice en los Cánticos: «Negra soy, pero hermosa». Y poco después: «No me consideréis porque sea morena, porque el sol me decoloró (Cant 1)». Pero a los mismos santos evangelistas, que Moisés narra como ríos por la serie de la historia típica, el profeta Ezequiel pronuncia haber visto bajo la especie de diversos animales: «La semejanza de sus rostros», dice, «era cara de hombre; y cara de león a la derecha de ellos cuatro, y cara de buey a la izquierda de ellos cuatro, y cara de águila por encima de ellos cuatro (Ez 1)». Entre los cuales animales ciertamente el bienaventurado Marcos se halla puesto en segundo lugar, porque se describe que tiene cara de león. Pues porque desde el clamor de la voz en el desierto comienza su Evangelio, rectamente obtuvo la especie del león. Pero si se sopesa sutilmente ese mismo origen de su Evangelio, se encuentra en él una ordenadísima dispensación del Espíritu Santo. Pues irrumpió comenzando con esta voz: «Inicio del Evangelio de Jesucristo, Hijo de Dios (Mc 1)». Como está escrito en el profeta Isaías: «He aquí que yo envío mi ángel ante tu faz, el cual preparará tu camino ante ti. Voz del que clama en el desierto: Preparad el camino del Señor, haced rectas las sendas de nuestro Dios». Mateo, en cambio, dice: «Libro de la generación de Jesucristo, hijo de David (Mt 1)». ¿Qué es pues que aquel dice, "Hijo de Dios"; este, "hijo de David", sino que por sus órganos el Espíritu Santo distinguió los sacramentos del mediador entre Dios y los hombres, para que por uno lo mostrara como Hijo de Dios, y por el otro como hijo del hombre? Pues como por dos orificios de una sola flauta, o más bien por las dos narinas de la Iglesia, fluye un solo espíritu, mientras aquel describe la divina, y este la humana generación del Verbo encarnado.

Pero puede uno preguntarse por qué el bienaventurado evangelista Marcos, después de haber prometido que pondría las palabras de Isaías, no introdujo inmediatamente los dichos de Isaías, sino más bien los de Malaquías, y así después llegó a las palabras de Isaías. Pues lo que se premisa: «He aquí que envío a mi ángel (Mal 3)», lo profirió Malaquías, que es el último de los doce profetas. En cambio, lo que se añade: «Voz del que clama en el desierto (Is 40)», es indudablemente el oráculo de Isaías. ¿Por qué, pues, quien prometió a Isaías, no dio pronto a Isaías, sino que trajo primero a Malaquías como testimonio?

Nunquid homo spiritu Dei plenus, praesertim in ipso suae narrationis exordio, vel errare potuit, vel mentiri; ut qui Veritatis gesta describeret, librum suum mendacio dedicasset? Sed hoc docendi magisterio factum est, ut in ipso Evangelii sui principio Spiritus sanctus, cujus ipse auctor erat, ostenderet se unum eumdemque per omnium prophetarum ora fuisse locutum, ut quod ab uno specialiter dicitur ab omnibus communiter proferatur.

Quidquid ergo dicit Malachias, dicit nihilominus et Isaias, et uniuscujusque verba per unitatem spiritus ab omnibus sunt prolata. In quo etiam illud beatus evangelista docet, ut si quid ipse loquitur, quod a caeteris evangelistis videatur esse diversum, unum tamen intelligantur omnes proferre sermonem per ejus, qui in omnibus loquitur, sancti Spiritus unitatem. Unde sicut in prophetis, sic etiam in evangelistis nequaquam scribentis hominis ministerio sit diversum quod una dictantis Spiritus est auctoritate prolatum. Enimvero quisquis Evangelium beati Marci subtili meditatione considerat, et alta, ut dignum est, indagatione pertractat, rudibus quidem et non accuratis descriptum verbis, sed uberrimis inveniet coelestis intelligentiae redundare mysteriis. Est plane styli brevitate succinctum, sed profunda mysterii spiritalis ubertate diffusum. Perscrutantes namque omnes fere paginas Scripturarum, invenire vix possumus spiritum veritatis cautius vel circumspectius per alium quemlibet quam per os beati Marci fuisse locutum, adeo ut ipsa descriptionis series, et ordo verborum magnum contineat sacramentum. Quod, ut facilius elucescat, in ipso libri ejus exordio nos breviter intimare non pigeat.

Primum namque miraculum ponit, quo Dominus daemonem per os hominis clamantem, tacere praecepit, eumque protinus expulit. «Obmutesce, inquit, et exi ab homine (Marc. I).» Secundum miraculum est, quo febricitantem socrum Petri, depulso typi calore, sanavit (Ibid.). Tertium est, quo leprosum tetigit et purgavit (Ibid.). Quartum quoque est, quo paralyticum grabbatum tollere et abire praecepit (Marc. II). Qui videlicet ordo, si diligenti cura perpenditur, manifeste docet quanta magisterii arte Spiritus sanctus scribentis calamum tenuit, et ad declarandum redemptionis humanae mysterium, quasi per quamdam lineam, omnia dispensavit. In dejectione namque primi hominis principio diabolus locutus est, ac pomum vetitum comedi persuasit; deinde mulier, quia in delectationis concupiscentiam corruit, velut aestuantis ardorem febris incurrit.

¿Acaso un hombre lleno del espíritu de Dios, especialmente en el mismo inicio de su narración, pudo o errar o mentir; de modo que quien describía las gestas de la Verdad, hubiera dedicado su libro a la mentira? Pero esto se hizo por magisterio de enseñanza, para que en el mismo principio de su Evangelio el Espíritu Santo, del cual él mismo era autor, mostrara que Él mismo, uno y solo, había hablado por la boca de todos los profetas, para que lo que se dice por uno especialmente sea proferido por todos comúnmente.

Todo lo que dice Malaquías lo dice no obstante también Isaías, y las palabras de cada uno por la unidad del espíritu fueron proferidas por todos. En lo cual también el bienaventurado evangelista enseña esto: que si él mismo dice algo que parezca ser diverso de los demás evangelistas, sin embargo se entienda que todos profieren un solo discurso por la unidad del mismo Espíritu Santo que habla en todos. De donde, así como en los profetas, así también en los evangelistas, de ninguna manera sea diverso por el ministerio del hombre que escribe lo que fue proferido por la única autoridad del Espíritu que dicta. En efecto, quienquiera que considere el Evangelio del bienaventurado Marcos con sutil meditación, y lo trate, como es digno, con profunda indagación, lo hallará descrito con palabras rudas ciertamente y no esmeradas, pero rebosante de ubérrimos misterios de la inteligencia celestial. Es claramente sucinto por la brevedad del estilo, pero difundido con profunda abundancia de misterio espiritual. Pues escudriñando casi todas las páginas de las Escrituras, apenas podemos hallar que el espíritu de la verdad haya hablado más cauta o circunspectamente por cualquier otro que por la boca del bienaventurado Marcos, hasta el punto de que la misma serie de la descripción y el orden de las palabras contiene un gran sacramento. Lo cual, para que reluzca más fácilmente, no nos pese intimar brevemente en el mismo inicio de su libro.

Pues primero pone el milagro por el cual el Señor mandó callar al demonio que clamaba por la boca del hombre, y al punto lo expulsó. «Enmudece», dijo, «y sal del hombre (Mc 1)». El segundo milagro es por el cual sanó a la suegra de Pedro que tenía fiebre, repelido el calor del tipo (Ibíd.). El tercero es por el cual tocó y limpió al leproso (Ibíd.). El cuarto también es por el cual mandó al paralítico levantar su camilla e irse (Mc 2). El cual orden, si se sopesa con diligente cuidado, manifiesta claramente con cuánta arte de magisterio el Espíritu Santo sostuvo la pluma del escritor, y para declarar el misterio de la redención humana, como por una cierta línea, dispensó todas las cosas. Pues en la deyección del primer hombre, al principio habló el diablo, y persuadió a que se comiera el pomo prohibido; luego la mujer, porque cayó en la concupiscencia del deleite, incurrió como en el ardor de una fiebre hirviente.

Adam vero postquam de fructu ligni male consentiendo gustavit (Gen. III), omnium mox vitiorum lepra perfusus; postremo etiam, tanquam paralyticus, a cunctis bonis operibus est interioris hominis languore constrictus. Quia ergo Filius Dei, sicut Joannes apostolus dicit, destruere venit opera diaboli (I Joan. III), per eamdem viam persecutus est mortem, qua illa ingressa fuerat in orbem terrarum. Ubi fuso est perditionis nostrae venenum, animarum medicus salutis objecit antidotum, atque unde mortem hostis callidus introduxit, per eumdem tramitem Redemptor noster redeuntis vitae primordia reformavit, quatenus et diabolum, qui in ruinam nostram locutus fuerat, jamjam tacere compelleret, et Evam a febribus aestuantis concupiscentiae liberaret, atque a viro non modo lepram vitiorum scelerumque detergeret, sed eumdem quoque eatenus paralyticum ad exercenda pietatis opera validum liberumque laxaret. Sicut ergo in illis primis hominibus totum periit genus humanum, sic in istis a Salvatore curatis est sub figurae mysterio saluti pristinae restitutum.

In capite igitur evangelici hujus libri studiosus lector addiscat sequentis styli series quam profunda, quam mystica charismatum sacramenta contineat. Nec mirum, cum liber ille non plus Marci quam Petri perhibeatur apostoli. Quidquid enim iste scripsit, ex ore beati magistri callidus, ut ita dixerim, explorator audivit. Fuit enim, sicut authentica historiarum tradit antiquitas, levita secundum carnis originem, sacerdos in Israel secundum ordinis dignitatem. Conversus ad fidem, factus est beati Petri in baptismate filius, atque in divino sermone discipulus. Evangelium in Italia, magistro nesciente, descripsit; descriptum vero ejus judicio reverenter obtulit. Qui, pium atque religiosum comperiens furtum gaudensque suum interpretem purissimam tenuisse fidem ac sincerissimam veritatem, auctoritatis robur attribuit, legendumque sanctae universali Ecclesiae delegavit. Postmodum vero vir apostolicus ad Aegyptum transiens per Lybiam Marmaricae et Ammoniacae fidei semen sparsit; Pentapoleos quoque gentilibus populis Christi Evangelium praedicavit. Amputasse sibi praeterea pollicem legitur, ut sacerdotio reprobus haberetur. Sed tantum in eo potuit praedestinata supernae dispensationis electio, ut ne sic quidem perderet in novae gratiae fide quod primitus obtinuisset in genere. Nam episcopus factus, Alexandrinam fundavit Ecclesiam eamque, postquam super petram, quae Christus est, insignis architectus erexit, glorioso magistri sui nomini fideliter dedicavit.

Adán, en cambio, después de que gustara del fruto del leño consintiendo malvadamente (Gén 3), pronto quedó cubierto por la lepra de todos los vicios; por último también, como un paralítico, quedó constreñido por el languor del hombre interior de todas las buenas obras. Porque, pues, el Hijo de Dios, como dice el apóstol Juan, vino para destruir las obras del diablo (1 Jn 3), persiguió a la muerte por la misma vía por la cual aquella había entrado en el orbe de la tierra. Y donde se derramó el veneno de nuestra perdición, el Médico de las almas opuso el antídoto de la salud, y de donde el enemigo astuto introdujo la muerte, por la misma senda nuestro Redentor reformó los primordios de la vida que regresa, a fin de que obligara a callar ya al diablo, que había hablado para nuestra ruina, y liberara a Eva de las fiebres de la hirviente concupiscencia, y del hombre no solo limpiara la lepra de los vicios y crímenes, sino que también soltara al mismo, hasta entonces paralítico, fuerte y libre para ejercitar las obras de piedad. Así como, pues, en aquellos primeros hombres pereció todo el género humano, así en estos curados por el Salvador fue restituido a su salud pristina bajo el misterio de la figura.

En la cabecera, pues, de este libro evangélico, aprenda el lector estudioso cuán profundos, cuán místicos sacramentos de los carismas contiene la serie del estilo siguiente. No es de extrañar, pues aquel libro se considera no tanto de Marcos como del apóstol Pedro. Pues lo que aquel escribió, lo oyó de la boca del bienaventurado maestro como un astuto explorador, por así decirlo. Fue pues, como relata la auténtica antigüedad de las historias, levita según el origen de la carne, sacerdote en Israel según la dignidad del orden. Convertido a la fe, fue hecho hijo del bienaventurado Pedro en el bautismo, y discípulo en el discurso divino. Describió el Evangelio en Italia, sin saberlo su maestro; pero ya descrito, lo ofreció reverentemente a su juicio. El cual, descubriendo el piadoso y religioso hurto y gozándose de que su intérprete hubiera mantenido la fe más pura y la verdad más sincera, le atribuyó el vigor de la autoridad, y lo delegó para ser leído a la santa Iglesia universal. Pero después el varón apostólico, pasando a Egipto a través de Libia, esparció la semilla de la fe de Marmárica y Amoníaca; también predicó el Evangelio de Cristo a los pueblos gentiles de Pentápolis. Se lee además que se amputó el pulgar para ser tenido por réprobo para el sacerdocio. Pero tanto pudo en él la predestinada elección de la dispensación suprema, que ni aun así perdió en la fe de la nueva gracia lo que primariamente había obtenido en su linaje. Pues hecho obispo, fundó la Iglesia de Alejandría y, después de que como insigne arquitecto la erigiera sobre la piedra que es Cristo, la dedicó fielmente al glorioso nombre de su maestro.

Unde factum est ut eadem Ecclesia non tam ex Marci quam ex beati Petri vocabulo sedes apostolica vocitetur, tanquam si Petrus ipse per se illic episcopalem cathedram tenuisset; ideoque clavicularii coelestis insignita vocabulo, in toto orbe terrarum Ecclesia illa post Romam secundum obtinet thronum. Et quanquam Antiochiae, ubi scilicet Christianae religionis nomen exortum est, Petrus ipse per se fidei primitias intulisset, superiorem tamen locum Alexandrina sedes obtinuit, ut in eminentiorum catalogo sedium Romana primum, Alexandrina secundum, Antiochena vero Ecclesia tertium possideat principatum. Et merito ubi Marcus, ibi Petrus, quia fluento Evangelii quod ex ore Petri velut ex eructanti fonte profluxit, Marcus, ut uberrimus atque perspicuus paradisi fluvius, arva totius Ecclesiae copiosius inundavit.

Sed quaeri potest, cur beatus Marcus, qui tantae fidei tantaeque circa magistrum dilectionis exstitisse dignoscitur, ut unum cor, una certe in duabus fuisse personis anima videatur, magistri sui laudes atque praeconia omnino tacuerit? Nam cum caeteri evangelistae sublimia beati Petri merita et principalem celsitudinis gloriam frequenter enumerent, solus iste, si totus Evangelii sui tenor inquiritur, vix aliquid super magistro suo retulisse, quod ad laudem pertineat, invenitur. Imo si diligenter inspicitur, auget ac verbis accumulat, si quid in eo reprehensibile est; supprimit autem, et velut ex industria levigat, vel etiam plerumque silentio praeterit quod laudabile est. Quod evidentius ostendimus, si pauca ejusdem Evangelii testimonia breviter apponamus. Certe per omnes Ecclesias celebri quotidie frequentatione vulgatur quod beatus Petrus super aquas ambulasse describitur. Quod utique Matthaeus tam aperte declarat ut ambulanti Domino super mare Petrum exclamasse, referat: «Domine, si tu es, jube me venire ad te super aquas.» Cumque dixisset: «Veni,» praesto subjunxit: «Et descendens Petrus de navicula, ambulabat super aquam, ut veniret ad Jesum (Matth. XIV).» Marcus autem ad hunc veniens locum, omnia per ordinem plena relatione describit (Marc. VI), excepto quod Petri nullam penitus mentionem facit.

Jam vero quis tantam Petri gloriam, quis tam eximiae celsitudinis excellentiam non miretur, quia, cum Salvator inquireret quem esse se homines perhiberent, expositisque diversorum opinionibus, quid Apostoli sentiant consuluntur, tunc primus exstitit in verae fidei confessione, qui primus erat in apostolica dignitate. Ait enim Petrus: «Tu es Christus, Filius Dei vivi (Matth. XVI).» Et Dominus: «Beatus es, Simon Barjona, quia caro, et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, qui in coelis est.

De donde ocurrió que esa misma Iglesia sea llamada sede apostólica no tanto por el vocablo de Marcos como por el del bienaventurado Pedro, como si el mismo Pedro por sí mismo hubiera ocupado allí la cátedra episcopal; y por eso, señalada con el vocablo del llavero celestial, aquella Iglesia ocupa en todo el orbe de la tierra el segundo trono después de Roma. Y aunque en Antioquía, donde a saber surgió el nombre de la religión cristiana, el mismo Pedro por sí mismo hubiera introducido las primicias de la fe, sin embargo la sede alejandrina obtuvo el lugar superior, de modo que en el catálogo de las sedes más eminentes la romana posea el primer primado, la alejandrina el segundo, y la iglesia antioquena el tercero. Y merecidamente donde Marcos, allí Pedro, porque por el flujo del Evangelio que manó de la boca de Pedro como de una fuente que brota, Marcos, como un ubérrimo y perspicuo río del paraíso, inundó más copiosamente los campos de toda la Iglesia.

¿Pero por qué el bienaventurado Marcos, de quien se sabe que existió con tanta fe y tanto amor hacia su maestro que parece haber habido un solo corazón, ciertamente una sola alma en dos personas, calló totalmente las alabanzas y pregones de su maestro? Pues mientras los demás evangelistas enumeran frecuentemente los sublimes méritos del bienaventurado Pedro y la principal gloria de su alteza, solo este, si se escudriña todo el tenor de su Evangelio, apenas se halla que haya referido algo sobre su maestro que pertenezca a la alabanza. Más aún, si se inspecciona diligentemente, aumenta y acumula con palabras si hay algo reprensible en él; en cambio suprime, y como por industria suaviza, o incluso la mayoría de las veces pasa en silencio lo que es laudable. Lo cual mostramos más evidentemente si añadimos brevemente unos pocos testimonios del mismo Evangelio. Ciertamente se divulga diariamente con celebrada frecuencia por todas las Iglesias que el bienaventurado Pedro se describe haber caminado sobre las aguas. Lo cual Mateo declara tan abiertamente que refiere que Pedro exclamó al Señor que caminaba sobre el mar: «Señor, si eres tú, mándame ir a ti sobre las aguas». Y habiendo dicho: «Ven», al punto añadió: «Y descendiendo Pedro de la barca, caminaba sobre el agua para ir a Jesús (Mt 14)». Marcos, en cambio, llegando a este lugar, describe todas las cosas por orden con plena relación (Mc 6), excepto que no hace absolutamente ninguna mención de Pedro.

Ya pues, ¿quién no se admiraría de tanta gloria de Pedro, quién de tal excelencia de excepcional altura? Porque cuando el Salvador inquirió quién decían los hombres que era Él, y expuestas las opiniones de diversos, se consulta qué sienten los Apóstoles, entonces destacó primero en la confesión de la verdadera fe quien era primero en la dignidad apostólica. Pues dice Pedro: «Tú eres el Cristo, el Hijo del Dios vivo (Mt 16)». Y el Señor: «Bienaventurado eres, Simón Bar-Jona, porque no te lo ha revelado la carne ni la sangre, sino mi Padre, que está en los cielos.

Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam, et portae inferi non praevalebunt adversus eam: et tibi dabo claves regni coelorum, et quodcunque ligaveris super terram erit ligatum et in coelis, et quodcunque solveris super terram erit solutum et in coelis (Ibid.).» Nunquid hoc tonitru muneris singularis aures beati Marci praeterire potuit, quod totius mundi latitudinem omniumque ubique fidelium ora complevit? Et quod de Petro Matthaeus dixit, Petrus ut hoc suo discipulo diceret ignoravit, hunc siquidem historiae locum Marcus ita velut negligendo transcurrit? Respondens Petrus ait: «Tu es Christus. Et comminatus est eis ne cui dicerent de illo (Marc. II).» Et non modo non refert Petrum a Domino singularis inter caeteros privilegii gloria sublimatum, sed potius austera narrat animadversione correptum. Nam paulo post, cum ei Petrus dissuaderet, ne se crucifigi permitteret, Marcus eum tanquam zelo permotum dixisse testatur: «Vade retro me, Satana, quoniam non sapis ea, quae Dei sunt, sed quae hominum (Ibid.).» Quid est ergo quod beatus Marcus quidquid ad magistri sui gloriam pertinet, velut oblivioni tradidit, quidquid vero ad reprehensionem tam tenaci memoriae commendavit, unde praeceptor ejus laudaretur, velut ignorando pertransiit, unde notaretur, acuta prorsus et plana relatione digessit, praesertim cum quidquid occulto conscriberet, ejus obtutibus offerendum esse disponeret, ejus probandum judicio reservaret? Jam vero, ut brevitatis studio multa praetereamus, ad passionem Domini veniamus.

Certe notum est quia, ministris comprehendentibus Dominum, Petrus, ut revera fidelis servus et fervens spiritu, in ictum gladii se ultor erexit et auriculam servi Judam proditorem impium comitantis, abscidit. Unde et Joannes: «Simon, inquit, Petrus habens gladium, eduxit illum, et percussit pontificis servum et abscidit ejus auriculam dextram (Joan. XVIII).» Sed ubi Joannes scripsit, «Simon Petrus,» ibi Marcus posuit, «unus autem quidam de circumstantibus (Marc. XIV),» quatenus sic veritatis historiam texeret, ut tamen magistri gloriam silentio praeteriret. Sicque veridici scriptoris impleret officium, ut personae cujuslibet ignorando favorem, assentatoris non incurreret naevum. Merae quippe veritati deserviens, in omnibus, quae conscripsit, commodi spem nescivit, amicitiae jura contempsit, humanam funditus gratiam ignoravit. Postremo ad Petri negationem veniens, cum caeteri evangelistae quod a Petro dictum est, verbis mitioribus levigent; solus iste durius loquitur et tanquam crimen exaggeret, incautiora magistrum verba praecipitanter effudisse testatur. «Coepit, inquit, anathematizare, et jurare, quia nescio hominem, quem dicis (Ibid.).»

Y yo te digo que tú eres Pedro, y sobre esta piedra edificaré mi Iglesia, y las puertas del infierno no prevalecerán contra ella: y a ti te daré las llaves del reino de los cielos, y todo lo que atares sobre la tierra quedará atado también en los cielos, y todo lo que desatares sobre la tierra quedará desatado también en los cielos (Ibíd.)». ¿Acaso este trueno de un don singular pudo pasar de largo por los oídos del bienaventurado Marcos, él que llenó la latitud de todo el mundo y la boca de todos los fieles en todas partes? Y lo que Mateo dijo de Pedro, ¿ignoró Pedro decírselo a su discípulo, siendo que Marcos recorre este lugar de la historia como descuidándolo? Pedro respondiendo dice: «Tú eres el Cristo. Y les conminó a que no dijeran de Él a nadie (Mc 2)». Y no solo no refiere que Pedro fuera sublimado por el Señor con la gloria de un privilegio singular entre los demás, sino que más bien relata que fue corregido con austera animadversión. Pues poco después, cuando Pedro le disuadía de permitir ser crucificado, Marcos testifica que dijo como movido por el celo: «Quítate de delante de mí, Satanás, porque no sabes las cosas que son de Dios, sino las que son de los hombres (Ibíd.)». ¿Qué es pues que el bienaventurado Marcos entregó al olvido cuanto pertenece a la gloria de su maestro, y en cambio cuanto pertenece a la reprensión lo encomendó a tan tenaz memoria; aquello por lo cual su preceptor sería alabado, lo pasó como ignorándolo, y aquello por lo cual sería notado, lo digirió con una relación del todo aguda y llana, especialmente cuando cuanto escribía en oculto, lo disponía para ser ofrecido a su mirada, y lo reservaba para ser aprobado por su juicio? Ya pues, para que por el estudio de la brevedad pase por alto muchas cosas, vengamos a la pasión del Señor.

Ciertamente es conocido que, cuando los ministros apresaban al Señor, Pedro, como servidor verdaderamente fiel y ferviente en espíritu, se irguió como vengador con un golpe de espada y cortó la oreja del siervo que acompañaba a Judas, el impío traidor. Por lo cual también Juan dice: «Simón Pedro —dijo—, que tenía una espada, la sacó e hirió al siervo del pontífice y le cortó la oreja derecha (Juan XVIII)». Pero donde Juan escribió «Simón Pedro», allí Marcos puso «uno de los que estaban allí (Marcos XIV)», a fin de tejer así la historia de la verdad que, sin embargo, pasara en silencio la gloria de su maestro. Y así cumpliría el oficio de escritor veraz, para que, ignorando el favor de cualquier persona, no incurriera en la mancha de adulador. Pues sirviendo a la pura verdad, en todo lo que escribió, no conoció esperanza de provecho, despreció las leyes de la amistad e ignoró totalmente el favor humano. Finalmente, llegando a la negación de Pedro, mientras los demás evangelistas suavizan con palabras más amables lo que fue dicho por Pedro; solo este habla con más dureza y, como si exagerara el crimen, testifica que su maestro derramó precipitadamente palabras más incautas. «Comenzó —dice— a maldecir y a jurar: No conozco al hombre de quien habláis (Ibíd.)».

Cur, beate Marce, tam egregio, tam insigni praeceptori tuo, quem animo devotus unice diligis, stylo non parcis? Ut, et quae laudibus sint efferenda praetereas, et quae reprehensionis videantur apta, describas?

Cur hoc potius libro tuo non inseris, quod Petrus ad jussionem Domini, primo scilicet hami jactu, piscem cepit, in cujus ore staterem reperit, quem pro se, simul et ipso tributum, quod Caesari debebatur, tanquam Domino comparatus appendit? (Matth. XVII.) Nunquid et hoc te fugit quia, postquam illi Salvator claudendi, sive pandendi regni coelestis privilegium contulit, postquam illi universa terrarum regna subjecit (Matth. XVI), postquam denique, ne fides ejus tanquam totius Ecclesiae fundamentum quandoque deficeret, se orasse perhibuit (Luc. XXII), super cunctum mox ovium suarum gregem ei vice sua passionis custodiam delegavit? «Petre, inquit, diligis me? Pasce oves meas (Joan. XXI.)» Cur igitur a tot magistri praeconiis calamum reprimis, et sola, quae infirmitatis sunt, ad posterorum memoriam stylo committis? Sed omnino credendum est, fratres mei, quia, cum unus utrumque spiritus impleat, unus utriusque corda possideat; alter ab altero, ille in docendi, iste in scribendi studio non discordat. Sicut enim Petrus a propria sua laude cohibuit, ita veridicus illius interpres ab ea, quam in magistro non didicit, suae descriptionis articulum refrenavit. Ad magnum quippe factum est nostrae aedificationis exemplum, ut et ille de se non efferenda, sed reprehendenda proferret, et iste sic per veritatis lineam rectus incederet ut ne ad magistri quidem favorem aliquatenus declinaret. Nam cum Paulus dicat apostolus: «Ego si hominibus placere vellem, Christi servus non essem (Galat. I).» Et alibi Scriptura prohibeat: «Quod tibi fieri non vis, alii ne feceris (Tob. IV);» beatus evangelista noluit exhibere magistro quod ipse sibi praeberi nollet ab altero. Quem utique si laude praeferret, magis offenderet quam praestaret. Hi plane libenter alios laudibus efferunt qui laudem ab adulatoribus quaerunt. Caeterum qui recusat accipere dedignatur offerre. Enimvero ex Matthaei libro, qui jam utique fuerat editus B. Petri laudes Marcus addiscere potuit, quas in ejus relationibus non audivit; sed morigeratus est magistro, et, qui non delectabatur suis, laudibus abstinuit alienis.

¿Por qué, bienaventurado Marcos, no perdonas con tu estilo a tu tan egregio, tan insigne preceptor, a quien amas únicamente con alma devota? ¿De modo que pasas por alto las cosas que deben ser ensalzadas con alabanzas, y describes las que parecen aptas para la reprensión?

¿Por qué no insertas más bien esto en tu libro, que Pedro, por mandato del Señor, a saber, al primer tiro del anzuelo, capturó un pez, en cuya boca encontró un estatero, el cual entregó como tributo debido al César por sí mismo, y al mismo tiempo por Él mismo como comparado con el Señor? (Mat. XVII.) ¿Acaso también se te escapó que, después de que el Salvador le confirió el privilegio de cerrar o abrir el reino celestial, después de que le sometió todos los reinos de la tierra (Mat. XVI), después de que finalmente, para que su fe como fundamento de toda la Iglesia no faltara nunca, manifestó haber orado (Luc. XXII), delegó pronto en él, en su lugar, la custodia de su pasión sobre todo el rebaño de sus ovejas? «Pedro —dijo—, ¿me amas? Apacienta mis ovejas (Juan XXI)». ¿Por qué, pues, reprimes la pluma de tantos pregones de tu maestro, y encomiendas con el estilo a la memoria de la posteridad solo las cosas que son de la enfermedad? Pero debe creerse totalmente, hermanos míos, que, como un solo espíritu llena a ambos, uno solo posee los corazones de ambos; el uno del otro, aquel en el estudio de enseñar, este en el de escribir, no discrepan. Pues así como Pedro se contuvo de su propia alabanza, así su veraz intérprete refrenó el artículo de su descripción de aquello que no aprendió en su maestro. Pues se hizo para un gran ejemplo de nuestra edificación, que tanto aquel profiriera sobre sí cosas no para ser ensalzadas sino para ser reprendidas, como que este caminara tan recto por la línea de la verdad que no se desviara de ningún modo ni siquiera hacia el favor del maestro. Pues como dice el apóstol Pablo: «Si yo quisiera agradar a los hombres, no sería siervo de Cristo (Gál. I)». Y en otra parte la Escritura prohíbe: «Lo que no quieras que se te haga a ti, no lo hagas a otro (Tob. IV)»; el bienaventurado evangelista no quiso exhibir al maestro lo que él mismo no querría que se le ofreciera por otro. A quien ciertamente si prefiriera con la alabanza, más le ofendería que le favorecería. Aquellos claramente ensalzan de buena gana a otros con alabanzas que buscan la alabanza de los aduladores. Por lo demás, el que rehúsa recibir, se desdeña de ofrecer. En efecto, del libro de Mateo, que ya ciertamente había sido editado, Marcos pudo aprender las alabanzas del B. Pedro, las cuales no oyó en sus relatos; pero fue obediente al maestro, y el que no se deleitaba con las suyas, se abstuvo de las alabanzas ajenas.

Poruro autem nonnulla reperiuntur quae sic sunt a B. Marco digesta ut reliquis evangelistis videantur esse contraria. Quae tamen si sagacius perscrutentur, et caeteris consona et sincerissimae fidei reperiuntur veritate fundata, sicut est quod caeteri hora sexta (Matth. XXVII; Luc. XXIII; Joan. XIX), hic asserit hora tertia (Marc. XV) Dominum crucifixum. Quae profecto diversitas ista dirimitur, ut, quoniam hora tertia tumultuati sunt: Crucifige, crucifige, eadem hora Dominum linguae crucifixerint Judaeorum, quem hora sexta corporaliter clavi confixere gentilium. Illi itaque juxta corporalem, ut ita loquar, rei gestae loquuntur historiam; iste, spiritualem protulit de furiosa Judaeorum crudelitate sententiam. Illi praetereant referunt, ante galli cantum ter a Petro Dominum fuisse negatum (Matth. XXVI; Luc. XXII); iste, qui hoc ex ore scilicet ipsius negantis audivit, non antequam gallus cantaret, sed antequam bis cantaret, negationem hanc factam esse perscripsit (Marc. XIV). Quod profecto, juxta fidem rei, veraciter contigisse, sicut Marcus asserit, indubitanter agnoscitur. Quod autem alii evangelistae dicunt, ita debet intelligi ut trina illa negatio ante galli quidem tantum fuerit coepta, sed postquam semel cecinit, sit expleta, ut, quoniam in Scripturis pars solet poni pro toto, id quod per Matthaeum dicitur: «Antequam gallus cantet, ter me negabis,» sic intelligatur tanquam diceret: ter me negaturus antequam gallus cantet, incipies; sed eamdem negationem, postquam semel cantaverit, antequam cantare bis adjiciat, consummabis. Sic itaque, et quod Marcus ait: «Priusquam gallus cantet bis;» et quod alii dicunt: «Antequam gallus cantet, ter me negabis,» licet verbis videantur exterioribus dissonare, congruentissima reperiuntur intentione congruere.

Neque enim sine causa, fratres mei, beatus iste Marcus, vel apud Moysen sub schemate fluviorum (Gen. II), vel apud Ezechielem per facies animalium (Ezech. I), sicut superius dictum est, inter sanctos evangelistas secundum obtinet locum. Sed honorem, quem in praedestinato sortitus est ordine, servat in evangelica veritate. Nam in Apocalypsi Joannis cum sanctorum animalium ordo describitur, non jam secundus, sed primus hic in eorum catalogo reperitur. «In medio sedis, inquit, et in circuitu sedis quatuor animalia plena oculis ante et retro;»

Por lo demás, se encuentran algunas cosas que fueron digeridas por el B. Marcos de tal modo que parecen ser contrarias a los demás evangelistas. Las cuales, sin embargo, si se escudriñan más sagazmente, se encuentran tanto consonantes con los demás como fundadas en la verdad de la fe más sincera, como es que los otros afirman que el Señor fue crucificado a la hora sexta (Mat. XXVII; Luc. XXIII; Juan XIX), mientras este afirma que fue a la hora tercera (Mar. XV). Cuya diversidad se dirime por cierto así, que, como a la hora tercera clamaron: Crucifícale, crucifícale, a esa misma hora crucificaron al Señor con las lenguas de los judíos, a quien a la hora sexta fijaron corporalmente los clavos de los gentiles. Aquellos, pues, hablan según la historia corporal, por así decirlo, del hecho realizado; este profirió una sentencia espiritual sobre la furiosa crueldad de los judíos. Aquellos, además, refieren que el Señor fue negado tres veces por Pedro antes del canto del gallo (Mat. XXVI; Luc. XXII); este, que oyó esto de la boca, a saber, del mismo que negaba, escribió que esta negación se hizo no antes de que el gallo cantara, sino antes de que cantara dos veces (Mar. XIV). Lo cual, ciertamente, según la fidelidad del hecho, se reconoce indudablemente que sucedió de verdad tal como Marcos afirma. Pero lo que dicen los otros evangelistas debe entenderse así, que aquella triple negación fue iniciada ciertamente antes del gallo, pero después de que cantó una vez, fue completada, de modo que, como en las Escrituras la parte suele ponerse por el todo, aquello que se dice por Mateo: «Antes de que el gallo cante, me negarás tres veces», se entienda así como si dijera: empezarás a negarme tres veces antes de que el gallo cante; pero consumarás esa misma negación después de que haya cantado una vez, antes de que añada el cantar dos veces. Así, pues, tanto lo que dice Marcos: «Antes de que el gallo cante dos veces»; como lo que dicen los otros: «Antes de que el gallo cante, me negarás tres veces», aunque parezcan discrepar en las palabras exteriores, se encuentran concordes en una intención congruentísima.

Y no ciertamente sin causa, hermanos míos, este bienaventurado Marcos, sea en Moisés bajo el esquema de los ríos (Gén. II), sea en Ezequiel por las caras de los animales (Ezeq. I), como se ha dicho más arriba, obtiene el segundo lugar entre los santos evangelistas. Pero el honor que obtuvo en el orden predestinado, lo conserva en la verdad evangélica. Pues en el Apocalipsis de Juan, cuando se describe el orden de los santos animales, ya no segundo, sino primero se encuentra este en su catálogo. «En medio del trono —dice—, y en el circuito del trono, cuatro animales llenos de ojos por delante y por detrás»;

moxque subjungit: «Et animal primum simile leoni, et secundum animal simile vitulo, et tertium animal habens faciem quasi hominis, et quartum animal simile aquilae volanti (Apoc. IV).» Haec est sane quadriga illa Domini, et verum Cherubim, quo innixus omnia circuit, ubique discurrit. Innumerabiles hinc inde pervigiles oculi; scintillae crebrius emicant, fulgura pavenda coruscant. Recti pedes, et in sublime tendentes: Terga pennata, et ubique volantia. Tenent se mutuo, sibique perplexi sunt. Et tanquam rota in medio rotae illuc jugiter pergunt, quo virtute sancti Spiritus impelluntur. Haec est, inquam, quadriga, de qua in Canticis dicitur: «Nescivi, anima mea conturbavit me propter quadrigas Aminadab (Cant. VI).» Vox est Synagogae, quae videns tantam sanctae Ecclesiae gratiam esse collatam, dolet se tardius recepisse fidem, eo quod Evangelli non agnoverit veritatem. Aminadab autem at nepos Judae fuisse cognoscitur, qui in genealogia Domini cum patribus numeratur. Interpretatur Aminadab, populi mei spontaneus, ideoque non incongrue significat Christum, qui populi sui spontaneus fuit, quia cum Deus esset, sponte factus est homo. Qui enim non necessitate, sed sola bonitate nos condidit, propria nihilominus voluntate redemit. Unde et Jacobus ait: «Voluntate genuit nos verbo veritatis (Jac. I).» Spontaneus ergo factus est populi sui, quia quem a se humana pravitas repulit, sola voluntas divinae gratiae redonavit. Quadriga vero Aminadab Christi est Evangelium concordissima quatuor evangelistarum diversitate compactum. Quam sane quadrigam Christus auriga disponit, et quadrifidam mundi machinam agillima praedicationis celeritate percurrit, sicut per Psalmistam dicitur: «Qui emittit eloquium suum terrae, velociter currit sermo ejus (Psal. CXLVII).»

Videns ergo Synagoga repente gratiam evangelicae praedicationis erumpere cunctasque mundi provinces agiliter pervolare, subito turbata conqueritur quod sola in sua perfidia, conversis ad fidem gentibus, deseratur: «Nescivi, inquiens, conturbavit me anima mea propter quadrigas Aminadab.» Hanc quadrifariae praedicationis gratiam Dominus figuravit, cum Moysi de portanda a sacerdotibus arca praecepit: «Facies, inquit, quatuor circulos aureos, quos pones per quatuor arcae angulos; faciesque vectes de lignis Sethim, et operies auro, inducesque per circulos, qui sunt in arcae lateribus, ut portetur in eis, qui semper erunt in circulis, et nunquam extrahentur ab eis (Exod. XXV).» Quid per arcam, nisi sancta designatur Ecclesia?

y pronto añade: «Y el primer animal semejante a un león, y el segundo animal semejante a un becerro, y el tercer animal que tiene la cara casi de hombre, y el cuarto animal semejante a un águila que vuela (Apoc. IV)». Esta es seguramente aquella cuadriga del Señor, y el verdadero Querubín, en el cual apoyado rodea todas las cosas y discurre por todas partes. Innumerables ojos vigilantes de aquí y de allá; las centellas saltan con frecuencia, y los rayos temibles resplandecen. Pies rectos y que tienden a lo alto: espaldas aladas y que vuelan por todas partes. Se sostienen mutuamente y están entrelazados entre sí. Y como una rueda en medio de una rueda, se dirigen continuamente hacia donde son impulsados por la virtud del Espíritu Santo. Esta es, digo, la cuadriga de la que se dice en el Cantar de los Cantares: «No lo supe, mi alma me conturbó por las cuadrigas de Aminadab (Cant. VI)». Es la voz de la Sinagoga que, viendo que se ha conferido tan gran gracia a la santa Iglesia, se duele de haber recibido la fe más tarde, por no haber reconocido la verdad del Evangelio. Y se sabe que Aminadab fue nieto de Judá, quien es contado en la genealogía del Señor con los padres. Aminadab se interpreta como «espontáneo de mi pueblo», y por eso no incongruentemente significa a Cristo, que fue espontáneo de su pueblo, porque siendo Dios, se hizo hombre espontáneamente. Pues quien nos creó no por necesidad, sino solo por bondad, nos redimió no obstante por su propia voluntad. Por lo cual también dice Santiago: «Por su voluntad nos engendró con la palabra de verdad (Sant. I)». Fue, pues, hecho espontáneo de su pueblo, porque a quien la maldad humana rechazó de sí, solo la voluntad de la gracia divina lo restauró. Y la cuadriga de Aminadab es el Evangelio de Cristo, compactado por la concordísima diversidad de los cuatro evangelistas. Cuya cuadriga ciertamente Cristo, como auriga, dispone, y recorre la cuadriforme máquina del mundo con la agilísima celeridad de la predicación, como se dice por el Salmista: «El cual envía su elocuencia a la tierra, velozmente corre su palabra (Sal. CXLVII)».

Viendo, pues, la Sinagoga que de repente brotaba la gracia de la predicación evangélica y que volaba ágilmente por todas las provincias del mundo, súbitamente turbada se lamenta de que solo ella en su perfidia, al convertirse las gentes a la fe, sea abandonada: «No lo supe —diciendo—, mi alma me conturbó por las cuadrigas de Aminadab». Esta gracia de la cuádruple predicación la figuró el Señor cuando mandó a Moisés sobre el arca que debía ser llevada por los sacerdotes: «Harás —dijo— cuatro círculos de oro, que pondrás por las cuatro esquinas del arca; y harás varales de madera de Setim, y los cubrirás de oro, y los introducirás por los círculos que están en los lados del arca, para que sea llevada en ellos, los cuales siempre estarán en los círculos y nunca se sacarán de ellos (Éx. XXV)». ¿Qué se designa por el arca, sino la santa Iglesia?

Cui quatuor circuli aurei per quatuor angulos jubentur adjungi, quia in eo, quod per quatuor mundi partes dilatata tenditur, procul dubio quatuor sancti Evangelii libris accincta praedicatur. Vectesque de lignis Sethim fiunt, qui eisdem ad portandum circulis inseruntur, quia fortes perseverantesque doctores velut imputribilia ligna quaerendi sunt, qui instructioni sacrorum voluminum semper inhaerentes, sanctae Ecclesiae unitatem denuntient et quasi intromissi circulis arcam portent. Vectibus quippe arcam portare, est bonis doctoribus ad sanctam Ecclesiam rudes fidelium mentes praedicando deducere. Qui auro quoque jubentur operiri, ut, cum sermone aliis insonant, ipsi etiam vitae splendore fulgescant. De quibus apte subditur: «Qui semper erunt in circulis, nec unquam extrahentur ab eis.» Quia nimirum necesse est ut qui ad officium praedicationis excubant a sacrae lectionis studio non recedant. Ad hoc namque vectes in circulis semper esse jubentur, ut cum portari arcam opportunitas exigit, de intromittendis vectibus nulla portandi tarditas generetur, quia videlicet cum spirituale aliquid a subditis pastor inquiritur, ignominiosum valde est, si tunc quaerat discere cum quaestionem debet enodare. But circulis vectes inhaereant, ut doctores semper in suis cordibus eloquia sacra meditantes, testamenti arcam sine mora elevent, si quidquid necesse est, protinus doceant. Unde bene primus pastor Ecclesiae pastores caeteros admonet, dicens: «Parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea quae in vobis est spe (I Petr. III).» Ac si aperte dicat: ut portandam arcam nulla mora praepediat, vectes a circulis aliquando non recedant.

His aureis circulis, dilectissimi, et nos tanquam vectes de lignis Sethim inseramur, ut hujus mundi putredinem respuentes, in sanctorum evangelistarum paginis jugiter immoremur. Inter caeteros praeterea provocat nos ad imitandum se beati hujus Marci, non modo sancta doctrina, sed insignis etiam vita. Cui quod per prophetam dicitur non inconvenienter aptatur: «Primus, inquit, ad Sion dicit: Ecce adsum, et Hierusalem evangelistam dabo (Isai. XLI).» Qui nimirum vere aureus fuit circulus, quia, dum, per praedicationis officium quae sancta sunt docuit, splendentis etiam vitae moribus radiavit, et tanquam vectis ex ligno Sethim contempsit terrena omnia, quae putrescunt; coelestia petiit, quae marcescere nesciunt. Per obtruncationem membri foedavit corporis speciem, ne contra Ecclesiae regulam ecclesiasticam conscenderet dignitatem. Sed quod ille putavit patrocinium fugae, profecit in titulum gloriae. Nam unde se indignum reddidit, dignior fuit; et quod fugiebat, coactus incurrit.

A la cual se manda unir cuatro círculos de oro por las cuatro esquinas, porque en aquello que se extiende dilatada por las cuatro partes del mundo, sin duda se predica ceñida por los cuatro libros del santo Evangelio. Y los varales se hacen de madera de Setim, los cuales se insertan en los mismos círculos para llevarla, porque han de buscarse doctores fuertes y perseverantes como maderas imputrescibles, que adhiriéndose siempre a la instrucción de los sagrados volúmenes, anuncien la unidad de la santa Iglesia y, como introducidos en los círculos, lleven el arca. Llevar el arca con los varales es, en efecto, conducir las mentes rudas de los fieles a la santa Iglesia predicando como buenos doctores. Los cuales también se manda cubrir de oro para que, cuando suenan para otros en el discurso, ellos mismos brillen también con el esplendor de la vida. De los cuales se añade aptamente: «Los cuales siempre estarán en los círculos, ni nunca se sacarán de ellos». Porque sin duda es necesario que quienes vigilan para el oficio de la predicación no se retiren del estudio de la sagrada lectura. Pues para esto se manda que los varales estén siempre en los círculos, para que cuando la oportunidad exija llevar el arca, no se genere ninguna tardanza de llevarla por tener que introducir los varales, porque evidentemente cuando los súbditos inquieren algo espiritual al pastor, es muy ignominioso si entonces busca aprender cuando debe desenredar la cuestión. Sino que los varales se adhieran a los círculos, para que los doctores, meditando siempre en sus corazones las sagradas elocuencias, eleven sin demora el arca del testamento, si han de enseñar enseguida cualquier cosa que sea necesaria. Por lo cual bien amonesta el primer pastor de la Iglesia a los demás pastores, diciendo: «Estar siempre preparados para la satisfacción de todo el que os pida razón de aquella esperanza que hay en vosotros (I Ped. III)». Como si dijera abiertamente: para que ninguna demora impida el llevar el arca, los varales no se retiren nunca de los círculos.

En estos círculos de oro, dilectísimos, seamos también nosotros insertados como varales de madera de Setim, para que, rechazando la podredumbre de este mundo, permanezcamos continuamente en las páginas de los santos evangelistas. Entre otros, además, nos provoca a imitarle no solo la santa doctrina de este bienaventurado Marcos, sino también su insigne vida. A quien no inconvenientemente se le adapta lo que se dice por el profeta: «El primero —dice— dice a Sión: He aquí que asisto, y daré a Jerusalén un evangelista (Is. XLI)». Quien por cierto fue verdaderamente un círculo de oro porque, mientras por el oficio de la predicación enseñó las cosas que son santas, también irradió con las costumbres de una vida resplandeciente, y como varal de madera de Setim despreció todas las cosas terrenas, que se pudren; buscó las celestiales, que no saben marchitarse. Por la mutilación de un miembro afeó la belleza del cuerpo para no ascender a la dignidad eclesiástica contra la regla de la Iglesia. Pero lo que él pensó que sería un patrocinio de fuga, resultó en título de gloria. Pues de donde se hizo indigno, fue más digno; y lo que huía, lo incurrió por coacción.

Beata es, o Alexandria, triumphali apostolici martyris sanguine purpurata. Felix et tu, Italia, et dudum scilicet Evangelium scribentis alumna, et nunc pretioso sacratissimi corporis thesauro dives effecta. Sic oriens per Aegyptum, occidens per Romanum decoratur imperium. Sit illi gloria, qui mirabilis in sanctis suis (Psal. LXVII), eos etiam mirabiles facit in saecula saeculorum. Amen.

Sermo XV.

II DE S. MARCO EVANGELISTA. (XXV APR.)

Illud etiam, dilectissimi, vos ignorare non patiar quoniam octavo Neroniani imperii anno triumphalem martyrii palmam beatus Marcus obtinuit, cui mox et Anianus in Alexandrinae sedis dignitate successit et beatus Petrus apostolus Romae septennio supervixit. Unde, superna disponente clementia, factum est ut, cum Alexandriam prius et splendoribus evangelicae praedicationis et effusione sacrosancti sanguinis illustrasset, ad Italiam deinde quodam postliminio sit reversus, ut eadem potissimum terra, in qua sibi datum est Evangelium scribere, sacras mereretur ejus reliquias possidere, et ubi sibi concessum est evangelicae descriptionis jubar effundere, illic per gloriosae glebae suae praesentiam plurimis virtutum atque signorum radiis coruscaret.

Porro si diligenter omnium evangelistarum, 74 in quibus defuncti sunt, loca percurrimus, neminem eorum in eo, quem sortitus est, perseverasse tumulo reperimus. In Joannis scilicet sepultura post obitum non corpus ejus, sed manna repertum est. Beati vero Matthaei corpore non Aethiopia, ubi peremptus agnoscitur, sed Salernitana potius civitas decoratur. Sanctus etiam Lucas, cum in Bithyniae partibus, sicut historia testatur, obierit, vicesimo anno Constantii Caesaris de Achaia Constantinopolim translatus est cum sacrosanctis beati apostoli Andreae reliquiis. Hic vero, de quo nunc agitur, sanctus evangelista Marcus de Alexandria transvectus est, Deo misericorditer disponente, Venetiam, ut qui tunc totum Orientem velut aureus lucifer illustraverat, nunc per plagas Occidui climatis praesentiae suae radiis enitescat. Per Aegyptum quippe sibi dedicat ortum, per Venetiam tenet occasum. Illic Alexandrinae sortitus est ecclesiae solum; hic renascentis Aquileiae novum statuit principatum. Est itaque velut sidus aureum toto orbe praeclarum ac celebri totius Ecclesiae veneratione conspicuum.

Hoc itaque sidus, dilectissimi, prae oculis jugiter habeamus, hujus imitemur exemplum, si inter spumosos mundanae voraginis fluctus cupimus evitare naufragium. Hinc mare tumidum saeviat, illinc venti furentes impingant [f., impugnent], si ab hoc sidere mentis aciem non avertimus, procellarum inundantium impetus non timemus.

Bienaventurada eres, oh Alejandría, purpurada con la sangre triunfal del mártir apostólico. Feliz también tú, Italia, alumna desde hace tiempo del que escribía el Evangelio, y ahora enriquecida con el precioso tesoro de su sacratísimo cuerpo. Así el oriente por Egipto, el occidente por el imperio romano es decorado. Sea a él la gloria, que siendo admirable en sus santos (Sal. LXVII), los hace también admirables por los siglos de los siglos. Amén.

Sermón XV.

II SOBRE S. MARCOS EVANGELISTA. (25 ABR.)

Tampoco permitiré, amadísimos, que ignoréis esto: que en el octavo año del imperio de Nerón, el bienaventurado Marcos obtuvo la palma triunfal del martirio, a quien pronto sucedió Aniano en la dignidad de la sede alejandrina, y el bienaventurado apóstol Pedro le sobrevivió en Roma por siete años. De donde, por disposición de la clemencia celestial, sucedió que, habiendo ilustrado primero a Alejandría tanto con los esplendores de la predicación evangélica como con la efusión de su sacrosanta sangre, regresó después a Italia por un cierto derecho de retorno, para que la misma tierra en la que le fue dado escribir el Evangelio mereciera poseer sus sagradas reliquias, y donde se le concedió derramar el resplandor de la descripción evangélica, allí brillara con muchísimos rayos de virtudes y señales por la presencia de su glorioso cuerpo.

Además, si recorremos diligentemente los lugares donde todos los evangelistas fallecieron, encontramos que ninguno de ellos ha permanecido en el sepulcro que le tocó en suerte. En la sepultura de Juan, por ejemplo, después de su muerte, no se encontró su cuerpo sino maná. Etiopía, donde se reconoce que fue asesinado, no es decorada con el cuerpo del bienaventurado Mateo, sino más bien la ciudad de Salerno. También San Lucas, habiendo muerto en las regiones de Bitinia, como atestigua la historia, fue trasladado de Acaya a Constantinopla en el vigésimo año de Constancio César, con las sacrosantas reliquias del bienaventurado apóstol Andrés. Pero aquel de quien ahora tratamos, el santo evangelista Marcos, fue transportado de Alejandría a Venecia, por misericordiosa disposición de Dios, para que quien entonces había ilustrado a todo el Oriente como un áureo lucero, ahora brille por los rayos de su presencia a través de las regiones del clima occidental. Pues por Egipto dedica su orto, por Venecia mantiene su ocaso. Allí obtuvo el suelo de la iglesia alejandrina; aquí estableció el nuevo principado de la renaciente Aquilea. Es, por tanto, como un astro áureo preclaro en todo el orbe y conspicuo por la célebre veneración de toda la Iglesia.

Tengamos, por tanto, amadísimos, este astro continuamente ante nuestros ojos, imitemos su ejemplo, si deseamos evitar el naufragio entre las espumosas olas de la vorágine mundana. Por un lado se embravezca el mar hinchado, por el otro embistan los vientos furiosos, si no apartamos la mirada de nuestra mente de este astro, no tememos el ímpetu de las tormentas inundantes.

Ad hoc itaque sidus sagenam mentis nostrae certi cursus linea dirigat, ad hoc omne laboris nostri remigium tendat, ut non, quod absit, vorago nos Syllaeae profunditatis absorbeat, non errorum cautes, vel invadosae syrtes improvidos obruant, sed in tutae quietis portum, et optatae tranquillitatis sinum supernus nos gubernator impellat Jesus Christus Dominus noster, qui cum Deo Patre et Spiritu sancto vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen.

Sermo XVI.

III DE S MARCO EVANGELISTA. (XXV APR.)

Nostis, dilectissimi, quia de beati Marci meritis clarisque virtutibus duos jam sermones absolvimus, ab ejus tamen adhuc laude quiescere impellente conscientia non valemus. Nam dum haec et illa virtutum ejus gesta perpendimus et tam sublimis gratiae meritum in mente versamus, stylum quoque exterioris articuli feriatum habere non possumus. Inter omnia plane tam conspicui splendoris insignia, illud mihi singulare videtur atque praecipuum quod per Marcum Alexandria secunda Petri sedes, ac per hoc apostolica sedes est a sanctis Patribus nuncupata. Nec enim ulla scriptura testatur authentica B. Petrum apostolum in Alexandria cathedram tenuisse, vel suam saltem illic exhibuisse praesentiam. Sed, dum Marcum, egregium videlicet discipulum, illi praesidere constituit, eam sibi tanquam per accessus sui praesentiam dedicavit. Similiter et Evangelium Marci Evangelium dicitur Petri, quoniam hoc fidelis interpres simpliciter et immutabiliter scripsit quod ex ore magistri veraciter enarrantis audivit. Porro autem, cum clavicularius iste coeli per tot terrarum regna discipulos destinaverit eisque per diverse mundi provincias Ecclesiarum regimen commiserit, quid est quod nulla earum, praeter solam duntaxat Alexandriam, vel Petri sedes, vel apostolica Ecclesia est appellata? Antiochia plane et ipsa sedes Petri dicitur, nimirum quod illic ipse per se tenuisse cathedram perhibetur; Alexandriae vero per se Petrus ipse non praefuit, sed eam per beatum Marcum, quem videlicet habuit et in doctrina discipulum et in baptismate filium, proprii nominis titulo decoravit. Atque, quod mirabilius est, sicut Romana sedes excedit Alexandrinam singularis excellentiae culmine, sic et Alexandrina supereminet Antiochiae quadam privilegii dignitate ut superior illa sit sedes, cui Marcus vice Petri praefuit, quam ea cui propriam cathedram Petrus ipse praesedit. Cur ergo Spiritus sanctus beatorum pontificum mentibus ut hoc statuerent inspiravit, nisi quod Petrum et Marcum mente simul et animo, fide et voluntate, non duos quodammodo, sed unum potius esse cognovit?

Hacia este astro dirija la red de nuestra mente una línea de curso cierto, hacia él tienda todo el remo de nuestro trabajo, para que no nos absorba, lo que esté lejos de suceder, la vorágine de la profundidad de Escila, ni los escollos de los errores o las sirtes movedizas abrumen a los imprevistos, sino que el Piloto celestial, Jesucristo nuestro Señor, que con Dios Padre y el Espíritu Santo vive y reina por los siglos de los siglos, nos impulse hacia el puerto del descanso seguro y el seno de la tranquilidad deseada. Amén.

Sermón XVI.

III SOBRE S. MARCOS EVANGELISTA. (25 ABR.)

Sabéis, amadísimos, que ya hemos concluido dos sermones sobre los méritos y las claras virtudes del bienaventurado Marcos, pero aún no podemos descansar de su alabanza impulsados por la conciencia. Pues mientras sopesamos estas y aquellas gestas de sus virtudes y damos vueltas en la mente al mérito de tan sublime gracia, no podemos tener ociosa la pluma del miembro exterior. Entre todos los signos de tan conspicuo esplendor, me parece singular y principal que, a través de Marcos, Alejandría fuera llamada por los santos Padres la segunda sede de Pedro, y por ello sede apostólica. Pues ninguna escritura auténtica atestigua que el bienaventurado apóstol Pedro tuviera cátedra en Alejandría, o al menos que allí exhibiera su presencia. Pero, al constituir a Marcos, su egregio discípulo, para presidirla, se la dedicó a sí mismo como por la presencia de su propio acceso. De igual modo, el Evangelio de Marcos es llamado Evangelio de Pedro, porque este fiel intérprete escribió sencilla e inmutablemente lo que escuchó verdaderamente de la boca del maestro que lo narraba. Por otra parte, habiendo destinado aquel llavero del cielo discípulos por tantos reinos de las tierras y habiéndoles encomendado el régimen de las Iglesias por diversas provincias del mundo, ¿qué razón hay para que ninguna de ellas, excepto únicamente Alejandría, fuera llamada o sede de Pedro o Iglesia apostólica? Antioquía claramente es llamada ella misma sede de Pedro, sin duda porque se cuenta que él mismo ocupó allí la cátedra en persona; en cambio, en Alejandría Pedro mismo no presidió en persona, sino que la decoró con el título de su propio nombre a través del bienaventurado Marcos, a quien tuvo ciertamente como discípulo en la doctrina y como hijo en el bautismo. Y lo que es más admirable, así como la sede romana excede a la alejandrina por la cumbre de su singular excelencia, así también la alejandrina sobrepasa a la de Antioquía por una cierta dignidad de privilegio, de modo que es superior aquella sede que Marcos presidió en lugar de Pedro que aquella en la que Pedro mismo presidió en su propia cátedra. ¿Por qué entonces inspiró el Espíritu Santo a las mentes de los bienaventurados pontífices para que establecieran esto, sino porque conoció que Pedro y Marcos eran uno solo en mente y ánimo, en fe y voluntad, no dos en cierto modo, sino más bien uno?

Tanta scilicet idem Spiritus eos invicem charitate constrinxerat, tanta mentis unanimitate conflaverat ut et cor unum et mens esset una duorum. Unde factum est ut quae sedes fuit Marci fieret indifferenter et Petri.

Novimus plane beatum Andream ejusdem sancti Petri fuisse germanum; testatur etiam scriptura quemdam Martialem gloriosae sanctitatis antistitem ejus exstitisse nepotem; sed neque Achaia, quam ille per triumphale vexillum crucis irradiat, vel etiam Lemovica provincia, in qua scilicet iste multo prodigiorum atque signorum fulgore coruscat, sedes Petri dicitur, sed quaelibet earum ejus tantum qui sibi praesidet nomine titulatur. Hoc potissimum Alexandria sola promeruit, ut per cathedram beati Marci sedes apostoli Petri constituta sit, appellari. Nec, ut credimus, absque divino nutu hoc illi civitati nomen impressum est. Alexandria siquidem ab Alexandro dicta est. Alexander autem interpretatur levans augustias tenebrarum; sed et Aegyptus, in qua scilicet Alexandria sita est, tenebrae dicitur. Quid autem totus mundus erat ante Redemptoris adventum, nisi densitas et confusio tenebrarum? Unde per Isaiam dicitur: «Habitantibus in regione umbrae mortis, lux orta est eis (Isai IX).» Tenebrosus erat mundus, quia necdum splendore coelestis gratiae fuerat illustratus. Tenebrae erant homines hujus mundi, quia necdum fuerant ad verum lumen a pravitatis suae caecitate conversi. Quibus jam de tenebris infidelitatis eductis et verae fidei luce micantibus per Apostolum dicitur: «Fuistis aliquando tenebrae, nunc autem lux in Domino (Ephes. V).» Quis igitur istarum levavit angustias tenebrarum, nisi sol ille justitiae Redemptor noster, qui dispulit caliginem peccatorum? Quis, inquam, ille est, qui tenebrarum levat angustias, nisi is, de quo Petrus dicit apostolus: «Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum (I Petr. II);» et per Isaiam dicitur: «Vere languores nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portavit (Isai. LIII).» Nam si tenebrae sunt peccata, 76 angustiae tenebrarum ultiones sunt procul dubio et supplicia hominum peccatorum. Et quis istas tenebrarum levavit angustias, imo quis pertulit dignas delinquentium poenas, nisi is, de quo idem propheta dicit: «Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra? (Ibid.)» Sicut Alexander in Aegypto urbem construxit Alexandriam, sic Redemptor noster inter hujus mundi tenebras sanctam aedificavit Ecclesiam. Qui vere tenebrarum levavit angustias, dum scelerum nostrorum supplicia pertulit et mundi hujus Aegyptum novo verae fidei splendore perfudit. Hoc fecit Christus in Aegypto per Marcum, hoc per caeteros coelestis curiae senatores in toto fecit orbe terrarum.

Tanta caridad, en efecto, los había unido recíprocamente el mismo Espíritu, con tanta unanimidad de mente los había fundido, que había un solo corazón y una sola mente de los dos. De donde resultó que la sede que fue de Marcos se convirtiera indistintamente también en la de Pedro.

Sabemos claramente que el bienaventurado Andrés era hermano del mismo San Pedro; también atestigua la escritura que un tal Marcial, prelado de gloriosa santidad, fue su sobrino; pero ni Acaya, a la que aquel irradia por el estandarte triunfal de la cruz, ni tampoco la provincia de Lemosín, en la que este ciertamente brilla con mucho fulgor de prodigios y señales, es llamada sede de Pedro, sino que cualquiera de ellas es titulada únicamente con el nombre de quien la preside. Esto principalmente lo mereció solo Alejandría: que por la cátedra del bienaventurado Marcos fuera constituida para ser llamada sede del apóstol Pedro. Ni, según creemos, sin la voluntad divina se imprimió este nombre a aquella ciudad. Pues Alejandría fue llamada así por Alejandro. Pero Alejandro se interpreta como 'el que levanta las estrecheces de las tinieblas'; y también Egipto, en el cual ciertamente está situada Alejandría, es llamado 'tinieblas'. ¿Qué era, por otra parte, todo el mundo antes del advenimiento del Redentor, sino una densidad y confusión de tinieblas? De donde se dice por Isaías: «A los que habitaban en la región de la sombra de muerte, una luz les nació (Isai IX)». Tenebroso era el mundo, porque aún no había sido ilustrado por el esplendor de la gracia celestial. Tinieblas eran los hombres de este mundo, porque aún no habían sido convertidos de la ceguera de su depravación a la verdadera luz. A los cuales, ya sacados de las tinieblas de la infidelidad y brillando con la luz de la verdadera fe, se les dice por el Apóstol: «Fuisteis en otro tiempo tinieblas, pero ahora luz en el Señor (Ephes. V)». ¿Quién, por tanto, de aquellas levantó las estrecheces de las tinieblas, sino aquel Sol de justicia, nuestro Redentor, que disipó la calígine de los pecados? ¿Quién, digo, es aquel que levanta las estrecheces de las tinieblas, sino aquel de quien dice el apóstol Pedro: «El cual llevó él mismo nuestros pecados en su cuerpo sobre el madero (I Petr. II)»; y por Isaías se dice: «Verdaderamente él mismo llevó nuestras flaquezas, y él mismo portó nuestros dolores (Isai. LIII)». Pues si las tinieblas son los pecados, las estrecheces de las tinieblas son sin duda las venganzas y suplicios de los hombres pecadores. ¿Y quién levantó estas estrecheces de las tinieblas, o más bien, quién soportó las dignas penas de los delincuentes, sino aquel de quien dice el mismo profeta: «Mas él fue herido por nuestras iniquidades, quebrantado por nuestros crímenes (Ibid.)»? Así como Alejandro construyó en Egipto la ciudad de Alejandría, así nuestro Redentor edificó la santa Iglesia entre las tinieblas de este mundo. Quien verdaderamente levantó las estrecheces de las tinieblas, mientras soportaba los suplicios de nuestros crímenes e inundaba el Egipto de este mundo con el nuevo esplendor de la verdadera fe. Esto hizo Cristo en Egipto por medio de Marcos, esto hizo en todo el orbe de la tierra por medio de los demás senadores de la corte celestial.

Sed cur, Aegyptum beato Marco, fratres, ascribimus et amplissimam tam excellentis viri gloriam inter angustum unius terrae angulum coarctamus? Iste nimirum coelestis tonitrui vehemens tuba terribiliter intonat, et velut unus ex paradisi fluminibus raptim profluens, universam mundi latitudinem exuberantibus sancti Evangelii fluentis inundat. Felix quidem Alexandria, quam hic Christi bellator invictus triumphalis martyrii sui sanguine purpuravit, sed praecipue tu felix es et nimium beata Venetia, quam ad hoc ut pretiosum corporis sui thesaurum tibi commendaret elegit. Plurima quidem divitiarum copia ex diversis in te mundi partibus confluit, sed haec gemma coelestis, quae in medio tui posita est, in excelsum te gloria conspicuae dignitatis attollit. Incomparabilis enim iste thesaurus omnia vibrantium metallorum supergreditur genera, cuncta gemmarum coruscantium superat ornamenta. Sicut enim beatus Job de sapientia dicit: «Non adaequabitur ei aurum, vel vitrum; non commutabuntur pro ea vasa excelsa et eminentia; non adaequabitur ei aurum de Aethiopia, nec tincturae mundissimae componetur (Job. XXVIII);» et, ut ita loquar, haec est insignis quaedam species aromatica, quae sua virtute melliflua cinnamomum excellit ac balsamum, et omnium superat fragrantiam pigmentorum.

Porro si tantae per eum dignitatis est Alexandria, quam glorioso martyrii sui cruore perfudit, ut sedes apostolica nuncupetur, quantae putamus est excellentiae felix illa Provincia, in qua nunc pretiosa corporis ejus gleba reconditur? Nunquid non ejusdem gratiae et dignitatis esse credenda est, etsi non vulgato nomine, sed ipsa re et arcana sacra mysterii veritate? Illas denique partes ingressus est, dum adhuc jam in corruptibili carne mortalis existeret; istas autem elegit, cum jam in aeternum victurus in regni coelestis aula regnaret. Illos invisit, ut eos de tenebris infidelitatis ad id quod ipse jam mente conceperat, verae fidei lumen educeret; ad istos autem transferri voluit, ut illos ad eum, cum quo nunc est, ductorem luminis revocaret. Gaude igitur, et exsultans in Domino plaude Venetia, quia per illud pretiosi thesauri talentum, quod in te constat esse reconditum, facta es superni regis aerarium, et dum in tuo gremio virum apostolicae gratiae suscepisti, et ipsa quodammodo sedes apostolica fieri meruisti. Quamobrem, sicut mater urbium Roma super omnia regna terrarum sublimatur in 77 Petro, sic et tu, velut ejus insignis filia, per Marcum gloriaris in Christo. Quem scilicet humiliter imploramus, ut, sicut beatum Petrum de mari vocavit et navi (Matth. IV; Marc. I), deinde ne lapsus in pelagus obrueretur erigendo continuit, sic remigium tuum inter discrimina marina custodiat, et te cum filiis tuis ad portum quietis aeternae subducat qui vivit et regnat cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti Deus per omnia saecula saeculorum. Amen.

Pero ¿por qué, hermanos, adscribimos Egipto al bienaventurado Marcos y coartamos la amplísima gloria de varón tan excelente entre el estrecho rincón de una sola tierra? Este, ciertamente, como trompeta vehemente del trueno celestial, truena terriblemente y, como uno de los ríos del paraíso que fluye arrebatadamente, inunda toda la latitud del mundo con los exuberantes raudales del santo Evangelio. Feliz ciertamente Alejandría, a la que este guerrero de Cristo invicto purpuró con la sangre de su martirio triunfal, pero especialmente tú eres feliz y sobremanera bienaventurada, Venecia, a la que él eligió para esto: para encomendarte el precioso tesoro de su cuerpo. Una gran copia de riquezas fluye hacia ti desde diversas partes del mundo, pero esta gema celestial, que ha sido puesta en medio de ti, te eleva a lo alto con la gloria de una dignidad conspicua. Pues este tesoro incomparable sobrepasa todos los géneros de metales vibrantes, supera todos los ornamentos de las gemas relucientes. Pues como dice el bienaventurado Job sobre la sabiduría: «No se le igualará el oro ni el vidrio; ni se cambiarán por ella vasos excelsos y eminentes; no se le igualará el oro de Etiopía, ni se comparará con los tintes más puros (Job. XXVIII)»; y, por así decirlo, esta es una cierta especie aromática insigne, que por su virtud meliflua aventaja al cinamomo y al bálsamo, y supera la fragancia de todos los pigmentos.

Por otra parte, si de tanta dignidad es Alejandría por medio de él, a la cual inundó con la gloriosa sangre de su martirio, de modo que es llamada sede apostólica, ¿de cuánta excelencia pensamos que es aquella feliz Provincia en la que ahora se esconde el precioso terrón de su cuerpo? ¿No ha de creerse que es de la misma gracia y dignidad, aunque no por nombre vulgar, sino por la realidad misma y la secreta verdad sagrada del misterio? Finalmente, entró en aquellas partes mientras todavía existía como mortal en carne corruptible; pero eligió estas cuando, ya para vivir eternamente, reinaba en el aula del reino celestial. Visitó a aquellos para sacarlos de las tinieblas de la infidelidad a la luz de la verdadera fe que él ya había concebido en su mente; pero quiso ser trasladado a estos para llamarlos hacia aquel con quien ahora está, el Guía de la luz. Alégrate, pues, y exultando en el Señor aplaude, Venecia, porque por aquel talento de precioso tesoro que consta que está escondido en ti, has sido hecha erario del Rey supremo, y mientras has recibido en tu regazo a un varón de gracia apostólica, tú misma has merecido en cierto modo convertirte en sede apostólica. Por lo cual, así como Roma, madre de las ciudades, es sublimada en Pedro sobre todos los reinos de la tierra, así también tú, como su insigne hija, te glorías en Cristo por medio de Marcos. Al cual ciertamente imploramos humildemente que, así como llamó al bienaventurado Pedro del mar y de la nave (Matth. IV; Marc. I), y luego lo sostuvo levantándolo para que no se hundiera al caer en el mar, así guarde tu remo entre los peligros marinos, y te conduzca con tus hijos al puerto del descanso eterno, aquel que vive y reina con Dios Padre en la unidad del Espíritu Santo, Dios por todos los siglos de los siglos. Amén.

Sermo XVII.

I. DE S. VITALE MARTYRE. (XXVIII APRIL.)

Immensas Deo laudes et gratias referamus, dilectissimi fratres, quia, dum per totum orbem paschalis festivitas rutilat, nostrae patriae fines etiam beati Vitalis triumphalis dies illustrat. Hodie namque miles Christi gloriosus pro fide imperatoris sui in aeternum victurus occubuit. Hodie, devicto humani generis inimico, cum triumpho gloriae regna siderea penetravit. Hodie peracto studii sui cursu de ergastulo carnis victor exivit. Hodie alternantibus hinc inde hymnidicis angelorum choris palatium Regis aeterni purpuratus intravit, ubi cum ignitis beatorum spirituum coetibus inenarrabiliter emicat, cum trabeatis senatoribus curiae coelestis exsultat, cum patriarchis in aureo sublimiter solio inthronizatus, cum laureatis martyribus mirabiliter coronatus, cum his omnibus stola indutus gloriae ineffabili exsultatione tripudiat, et in conspectu aeterni Regis melodum Alleluia jucundissima suavitate decantat. O quam beate moritur qui moriendo oritur! quam feliciter temporalem vitam finit qui vivere perpetualiter incipit! Hinc est quod sancta Ecclesia dies migrationis sanctorum natales vocare consuevit, quia protinus in coelo nascuntur, cum in terra visibiliter moriuntur; et tunc vere incipiunt vivere, cum mortalem videntur vitam finire.

Perpendite, fratres mei, hic invictissimus miles Christi quam forte, quam robustum pectus habuerit, qui de sui periculo omnimodo securus, de alieno sollicitus, uno verbi telo et inimicum perculit et claudicantem jam inflicto vulnere socium ad agendum fortiter excitavit. Docta manus ad praelium dum vibravit hastam, socium, ut surgeret, tetigit, et vincenti jam adversario lethale vulnus inflixit. Ut enim in veracissima gestorum illius narratur historia, cum post nimia tormenta Ursicinus capitalem sententiam voluisset evadere, exclamavit beatus Vitalis, dicens: Noli, noli, Ursicine medice, qui alios curare consuevisti, teipsum aeternae mortis jaculo vulnerare. Sanctorum quippe virorum est consuetudo, fratres mei, ut in tribulationum bello deprehensi, dum illinc adversarios insequentes, hinc suos fugientes aspiciunt, illis opponant scutum patientiae, istis intorqueant jacula doctrinae; atque ad utrumque pugnandi modum mira virtutis arte se erigunt, quatenus et infirmi intus fortiter se erigant et foris viriliter adversa contemnant, hos docentes corrigant, illos tolerantes premant. Insurgentes namque hostes patiendo despiciunt, 78 infirmantes vero cives compatiendo ad salutem reducunt.

Sermón XVII.

I. SOBRE S. VITAL MÁRTIR. (28 DE ABRIL)

Rindamos inmensas alabanzas y gracias a Dios, amadísimos hermanos, porque, mientras la festividad pascual brilla por todo el orbe, el día triunfal del bienaventurado Vital ilustra también los confines de nuestra patria. Pues hoy el glorioso soldado de Cristo murió por la fe de su Emperador para vivir eternamente. Hoy, vencido el enemigo del género humano, penetró con triunfo de gloria en los reinos estelares. Hoy, terminado el curso de su estudio, salió victorioso de la cárcel de la carne. Hoy, alternándose aquí y allá los coros de ángeles cantores de himnos, entró purpurado en el palacio del Rey eterno, donde brilla inenarrablemente con las ardientes compañías de los espíritus bienaventurados, exulta con los senadores togados de la corte celestial, es entronizado sublimemente con los patriarcas en un solio de oro, es maravillosamente coronado con los mártires laureados, y con todos ellos, vestido con la estola de la gloria, danza con inefable exultación, y en presencia del Rey eterno canta el melodioso Aleluya con suavísima dulzura. ¡Oh, cuán dichosamente muere quien muriendo nace! ¡Cuán felizmente termina la vida temporal quien comienza a vivir perpetuamente! De aquí es que la santa Iglesia acostumbra llamar 'natales' a los días de la migración de los santos, porque nacen inmediatamente en el cielo cuando mueren visiblemente en la tierra; y entonces verdaderamente comienzan a vivir, cuando parecen terminar la vida mortal.

Considerad, hermanos míos, qué fuerte, qué robusto pecho tuvo este invictísimo soldado de Cristo, quien, seguro de todo punto sobre su propio peligro y solícito por el ajeno, con un solo dardo de una palabra hirió al enemigo y excitó a actuar valientemente al compañero que ya flaqueaba por la herida infligida. Mientras su diestra experta vibraba la lanza para el combate, tocó al compañero para que se levantara, e infligió una herida letal al adversario que ya vencía. Pues como se narra en la verdaderísima historia de sus gestas, cuando después de excesivos tormentos Ursicino quiso evadir la sentencia capital, exclamó el bienaventurado Vital, diciendo: «No quieras, no quieras, médico Ursicino, tú que has acostumbrado a curar a otros, vulnerarte a ti mismo con el dardo de la muerte eterna». Pues es costumbre de los varones santos, hermanos míos, que atrapados en la guerra de las tribulaciones, mientras ven por un lado a los adversarios persiguiendo y por el otro a los suyos huyendo, opongan a aquellos el escudo de la paciencia y lancen a estos los dardos de la doctrina; y hacia ambos modos de luchar se yerguen con admirable arte de virtud, para que tanto los débiles se yergan valientemente por dentro como por fuera desprecien varonilmente las adversidades, corrigiendo a aquellos enseñándoles y oprimiendo a estos tolerándolos. Pues a los enemigos insurgentes los desprecian sufriendo, y a los ciudadanos que flaquean los reducen a la salud compadeciéndose.

Illis resistunt, ne et alios subtrahant; istis metuunt, ne, metuendo mortem, vitam funditus perdant. Illinc jaculis adversantia pectora feriunt; hinc scuto postposito debiles tuentur. Atque ita utrobique velocitate circumspectionis invigilant, quatenus et ante se audaces confodiant, et post se trepidos a vulnere defendant. Sed quisquis vult in campo certaminis fortiter agere, curet, necesse est, in pace domestica se custodire; in otio se frequenter exerceat, ne ignarus pugnandi incaute ad bella prorumpat, ne, si rudis et imperitus cum doctiore congreditur, dum arma armis praeter solitum conserere nititur, antequam insigne aliquid faciat, improviso vulnere prosternatur et victus intereat, unde victor esse totis nisibus anhelabat.

Neque etenim credendum est quod beatus Vitalis religiose vivere et in primis Deo servire tunc coeperit, cum ad agonem martyrii persecutoris illum crudelitas provocavit. Vir denique sanctus tunc etiam summis viribus fultus erat, cum sine ulla persecutionis molestia in pacis suae tranquillitate quieverat. Qui sibi tantummodo notus et Deo, nisi cogeretur in campum certaminis progredi, a nobis nullatenus potuisset agnosci. Virtus quippe se etiam tempore quietis exercuit, sed pravorum ictibus tunsa in adversitatis pila fragravit. Et qui quietus in semetipso quod erat continuit, commotus ad notitiam omnium odorem suae fortitudinis aspersit. Sicut enim unguenta redolere latius nesciunt, nisi commota, et sicut aromata fragrantiam suam nonnisi cum incenduntur expandunt, ita sancti viri omne quod virtutibus redolent in tribulationibus innotescunt. Unde recte in Evangelio dicitur: «Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis huic monti: Transi hinc, et transibit (Matth. XVII).» Granum quippe sinapis nisi conteratur, nequaquam vis virtutis ejus agnoscitur, nam non contritum lene est; si vero conteritur, inardescit, et quidquid in se acerrimum latebat ostendit. Sic nimirum, sic unusquisque vir sanctus cum non pulsatur, despicabilis ac lenis aspicitur; si qua vero illum tritura persecutionis opprimat, mox omne quod calidum sapit ostentat, atque in fervorem virtutis vertitur quidquid in illo ante despicabile infirmumque videbatur, quodque in se per tranquillitatis tempora libens operuit, exagitatus tribulationibus coactus innotescit. Unde bene per Prophetam dicitur - «In die mandavit Dominus misericordiam suam, et nocte declaravit (Psal. XLI).» Misericordia enim Domini in die mandatur, quia in tranquillo tempore virtus divinitus concessa percipitur; in nocte vero declaratur, quia donum, quod in tranquillitate sumitur, tribulationibus manifestatur.

A aquellos resisten, para que no retiren también a otros; por estos temen, no sea que, temiendo la muerte, pierdan la vida totalmente. Por aquel lado hieren con dardos los pechos adversarios; por este, pospuesto el escudo, protegen a los débiles. And así por ambas partes vigilan con la velocidad de la circunspección, para atravesar a los audaces ante sí y defender de la herida a los trépidos tras de sí. Pero quienquiera que desee actuar valientemente en el campo del certamen, es necesario que cuide de custodiarse en la paz doméstica; ejercítese frecuentemente en el ocio, no sea que ignorante de la lucha irrumpa incautamente en las guerras, no sea que, si el rudo e imperito se enfrenta con el más docto, mientras intenta trabar armas con armas fuera de lo acostumbrado, antes de hacer algo insigne, sea postrado por una herida imprevista y perezca vencido, de donde anhelaba con todos sus esfuerzos ser vencedor.

Pues ni ha de creerse que el bienaventurado Vital comenzó entonces a vivir religiosamente y a servir a Dios en primer lugar, cuando la crueldad del perseguidor lo provocó al combate del martirio. El varón santo, finalmente, también entonces estaba apoyado por las sumas fuerzas, cuando había descansado en la tranquilidad de su paz sin ninguna molestia de persecución. Aquel que era conocido solo para sí mismo y para Dios, si no fuera obligado a salir al campo del certamen, de ningún modo habría podido ser reconocido por nosotros. Pues la virtud ciertamente se ejercitó también en tiempo de quietud, pero golpeada por los embates de los malvados, fraguó en el mortero de la adversidad. Y el que quieto en sí mismo contenía lo que era, conmovido para conocimiento de todos, esparció el olor de su fortaleza. Pues así como los ungüentos no saben oler más ampliamente si no son conmovidos, y así como los aromas no expanden su fragancia sino cuando son encendidos, así los varones santos dan a conocer en las tribulaciones todo lo que huelen por las virtudes. De donde rectamente se dice en el Evangelio: «Si tuvierais fe como un grano de mostaza, diréis a este monte: Pasa de aquí, y pasará (Matth. XVII)». Pues el grano de mostaza, si no es triturado, de ningún modo se reconoce la fuerza de su virtud, pues no triturado es suave; si en cambio se tritura, se enciende y muestra todo lo acérrimo que se escondía en él. Así ciertamente, así cada varón santo cuando no es pulsado, es visto como despreciable y suave; si en cambio alguna trilla de persecución lo oprime, pronto ostenta todo lo que sabe a cálido, y se convierte en fervor de virtud todo lo que antes en él parecía despreciable y débil, y lo que en sí por los tiempos de tranquilidad cubrió gustoso, agitado por las tribulaciones se da a conocer forzado. De donde bien se dice por el Profeta: «En el día mandó el Señor su misericordia, y en la noche la declaró (Psal. XLI)». Pues la misericordia del Señor se manda en el día, porque en el tiempo tranquilo se percibe la virtud concedida divinamente; en la noche en cambio se declara, porque el don que se toma en la tranquilidad, se manifiesta en las tribulaciones.

Si enim quaeritur cujus virtutis beatus Vitalis ante certamen fuerit, quo disciplinae vigore domum suam bonus paterfamilias rexerit, quam religioso, quam sancto vivendi ordine filios instituerit, beata Valeria uxor ejus cum duobus filiis requisita dicat; «ut in ore duorum vel trium testium stet omne verbum (Matth. XVIII).» Illa enim, audita morte Vitalis beatissimi conjugis, non avidos pervasores suis possessionibus timuit, non potentioris cujuslibet patrocinium quaesivit, non more 79 viduarum dispersas ubicunque res suas in tuto loco colligere studuit, sed castissimi conjugii fidem servans, ad impendendum funeris obsequium de Mediolanensi urbe usque Ravennam mirabili fervore pervenit. Non illam deterruit tam longi difficultas itineris, non retinere potuit metus amittendae possessionis, non eam propinquorum, sive concivium amor in Mediolanensi urbe devinxit, non eam consularis immanissimus furor a Ravennae finibus exturbavit. Illuc quippe erectus ejus spiritus medullitus intendebat, quo beatissimum virum, calcata jam morte, praecessisse cognoverat. Ubi enim erat thesaurus ejus, ibi erat et cor ejus (Matth. XVI). Laetabatur illum in habitatione jam degere, dolebat se adhuc in exsilio remanere. Ad hoc illa toto mentis desiderio anhelabat in via quo ille jam delectabiliter fruebatur in patria. Gaudebat ab hominibus uxor martyris appellari, sed multo inenarrabilius aestuabat eadem martyrii gloria coronari. Unde non dubitandum est quod ipsum beatissimum virum suum quotidie speciali devotionis familiaritate deposceret, quatenus ejus sacratissimis precibus ad martyrii palmam pertingere mereretur, ut nimirum quos immaculatos hic mutuae charitatis devinxerat thalamus, non dispar in supernae beatitudinis gloria jungeret et triumphus, et, quia duo fuerant in carne una, uniti fierent etiam in corona. Quapropter cum a Christianis qui tunc era Ravennae, esset prohibita ne sanctum corpus auferret, et hac intentione deposita ad propria remearet, incurrit in homines idololatras Silvano sacrificantes, qui deponentes eam de sagmario hortabantur ut cum ipsis epularetur de his quae erant Silvano immolata.

Sed quid tu, beata Valeria? Nunquid poteris vestigia viri tui relinquere, et erectum jam in coelestibus animum diabolicis suggestionibus inclinare? Nunquid poteris, educata in fide catholica, quod in tranquillitate didicisti carnificum terrore postponere, et positum supra firmam petram fidei fundamentum quolibet trepidationis turbine violare? Age, age, beata Valeria! eia, nobilis matrona! nunc viri tui documenta viriliter recole, et quid tibi tanti doctoris magisterium praestiterit declara. Ait enim: Christiana sum, et non licet mihi de sacrificiis Silvani vestri manducare.

Pues si se pregunta de qué virtud fue el bienaventurado Vital antes del certamen, con qué vigor de disciplina rigió su casa como buen padre de familia, con qué religioso y con qué santo orden de vida instruyó a sus hijos, dígalo la bienaventurada Valeria su esposa con sus dos hijos siendo requerida; «para que en la boca de dos o tres testigos conste toda palabra (Matth. XVIII)». Pues ella, oída la muerte de Vital su beatísimo esposo, no temió a los ávidos invasores de sus posesiones, no buscó el patrocinio de ningún poderoso, no se esmeró según la costumbre de las viudas en recoger en lugar seguro sus cosas dispersas por doquier, sino que guardando la fe de un castísimo matrimonio, llegó desde la ciudad de Milán hasta Rávena con admirable fervor para tributar el obsequio del funeral. No la detuvo la dificultad de tan largo viaje, no pudo retenerla el miedo de perder sus posesiones, no la ligó el amor de sus parientes o conciudadanos en la ciudad de Milán, no la alejó de los confines de Rávena el imánisimo furor consular. Pues hacia allí se dirigía desde las entrañas su espíritu erguido, a donde había conocido que su beatísimo esposo la había precedido, pisoteada ya la muerte. Pues donde estaba su tesoro, allí estaba también su corazón (Matth. XVI). Se alegraba de que él ya habitara en la morada, se dolía de permanecer ella todavía en el exilio. Por esto suspiraba ella con todo el deseo de su mente en el camino, por aquello de lo que él ya disfrutaba deleitablemente en la patria. Se gozaba de ser llamada por los hombres esposa de un mártir, pero mucho más inefablemente ardía por ser coronada con la misma gloria del martirio. De donde no hay que dudar que pedía diariamente al mismo beatísimo esposo suyo con especial familiaridad de devoción que, por sus sacratísimas oraciones, mereciera ella alcanzar la palma del martirio, para que ciertamente a quienes el tálamo inmaculado de la mutua caridad había unido aquí, no un triunfo dispar los uniera en la gloria de la bienaventuranza suprema, y porque habían sido dos en una sola carne, se hicieran unidos también en la corona. Por lo cual, habiéndole prohibido los cristianos que entonces estaban en Rávena que se llevara el santo cuerpo, y depuesta esta intención regresaba ella a sus posesiones, incurrió en hombres idólatras que sacrificaban a Silvano, quienes bajándola de la cabalgadura la exhortaban a que banqueteara con ellos de aquellas cosas que habían sido inmoladas a Silvano.

Pero ¿qué hay de ti, bienaventurada Valeria? ¿No podrás dejar las huellas de tu marido e inclinar tu ánimo, ya erguido en lo celestial, a las sugerencias diabólicas? ¿Podrás, educada en la fe católica, posponer lo que aprendiste en la tranquilidad por el terror de los verdugos, y violar el fundamento de la fe puesto sobre la roca firme por cualquier torbellino de trepidación? ¡Ea, ea, bienaventurada Valeria! ¡Eia, noble matrona! Recobra ahora varonilmente las enseñanzas de tu marido, y declara qué te ha prestado el magisterio de tan gran doctor. Pues ella dijo: «Cristiana soy, y no me es lícito comer de los sacrificios de vuestro Silvano».

At illi haec audientes tanta eam caede mactaverunt, ut vix seminecem eam sui homines ad Mediolanensem urbem perducerent, ita ut intra triduum beata Valeria migraret ad Dominum. O quam ineffabiliter divinae dispensationis ordo disponitur! quam misericorditer humanae conditionis series variatur! Mulier virum de paradiso ejecit (Gen. III); vir mulierem ad paradisi patriam revocavit. Illa, ut homo deciperetur, diabolo facta est instrumentum; iste, ut mulier coronaretur, imitabile praebuit virtutis exemplum. Antiqua mulier pomum vetitum comedendo miserabilis jejunii se fame multavit; nova vero mulier ab idolothytis se abstinendo aeternae satietatis sibi convivium praeparavit. Illa, fructu arboris delectata, beatae amoenitatis ostium seris concupiscentiae sibi exiendo [exeundo] damnavit; ista, esum carnium aspernata, sempiternae viriditatis pascua clavibus sibi continentiae patefecit. Ecce liquido patet quam 80 conspicua morum honestate vir sanctus in tranquillitate claruerit, qui et beatissimam conjugem ad tantae perfectionis culmen eduxit. Si enim ab illo studere avaritiae didicisset, nequaquam sua omnia pro sola sepultura efferendi [venerandi] cadaveris contempsisset. Si luxuriosis cum eo fuisset usa conviviis, nimirum itinere fatigata proclivius acquiesceret refici quam verberibus usque ad mortis confinium laniari. Et, ut breviter cuncta concludam, nisi pacis tempore per omnia didicisset vivere Christo, in persecutionis articulo nequaquam potuisset mori pro Christo. Sed quoniam interrogata Valeria, cujus virtutis excellentissimus vir ejus ante certamen exstiterit, assertionis suae testimonium breviter reddidit; jam accedant et alii testes. Ut probetur quam honeste vixere parentes, ad testimonium vocentur haeredes. Verisimile quippe est ut quidquid virtutis in sanctorum filiis cernitur totum ab ipsis parentibus traditum fuisse credatur.

Igitur beatissimi Gervasius et Protasius, utroque parente non dicam orbati, sed potius splendidissima eorum morte feliciter illustrati, sicut in sancta eorum refertur historia, nihil terrenum nihilque carnale concupiscentes, sed in uno se coenaculo concludentes, per decem annos lectioni et orationi vacaverunt. Considerate, fratres charissimi, inaestimabilem paternae institutionis laudem, perpendite mirabilem rigidae censurae traditionem, notate relictum pupillis novae conversationis exemplum, animadvertite evidentissimum paternae severitatis indicium. Solet inter fratres communis substantia divisionis fieri et discordiae causa; inter istos autem dividenda quidem haereditas aderat; duorum tamen corda una charitas replebat. De populosa urbe faciunt eremum, diversorium habitandi vertunt in oratorium. Solent etiam adolescentuli, amissis parentibus, per proprii arbitrii libertatem luxuriose diffluere, et quasi jam sui juris libera voluptatum suarum licenter sibi frena laxare, excedentes siquidem rectitudinis metam in eo quod licet, omnes qui existimant licere quodlibet.

Pero ellos, al oír esto, la molieron a golpes con tanta saña, que sus hombres apenas pudieron llevarla medio muerta a la ciudad de Milán, de modo que en tres días la bienaventurada Valeria emigró al Señor. ¡Oh, cuán inefablemente se dispone el orden de la divina dispensación! ¡Cuán misericordiosamente se varía la serie de la condición humana! La mujer arrojó al hombre del paraíso (Gén. III); el hombre llamó a la mujer a la patria del paraíso. Aquella, para que el hombre fuera engañado, se hizo instrumento del diablo; este, para que la mujer fuera coronada, dio un imitable ejemplo de virtud. La antigua mujer, comiendo la manzana prohibida, se multó a sí misma con el hambre de un miserable ayuno; la nueva mujer, en cambio, absteniéndose de lo inmolado a los ídolos, se preparó el banquete de la eterna saciedad. Aquella, deleitada por el fruto del árbol, se condenó la puerta de la bienaventurada amenidad con los cerrojos de la concupiscencia al salir; esta, despreciando el comer carnes, se abrió los pastos de la perpetua verdura con las llaves de la continencia. He aquí que se ve claramente con qué conspicua honestidad de costumbres brilló el varón santo en la tranquilidad, el cual condujo también a su beatísima esposa a tan alta cima de perfección. Pues si de él hubiera aprendido a entregarse a la avaricia, de ningún modo habría despreciado todas sus cosas solo por la sepultura del cadáver que debía ser venerado. Si hubiera usado con él lujosos banquetes, sin duda fatigada por el viaje accedería más pronto a repararse que a ser lacerada por azotes hasta el confín de la muerte. Y, para concluir todo brevemente, si en tiempo de paz no hubiera aprendido por todo a vivir para Cristo, en el trance de la persecución de ningún modo habría podido morir por Cristo. Pero como Valeria, interrogada, dio brevemente el testimonio de su aserción sobre qué virtud tuvo su excelentísimo marido antes del combate; ahora accedan también otros testigos. Para que se pruebe cuán honestamente vivieron los padres, sean llamados al testimonio los herederos. Pues es verosímil que cualquier virtud que se discierna en los hijos de los santos, se crea que fue toda transmitida por los mismos padres.

Así pues, los bienaventurados Gervasio y Protasio, no diré que quedaron huérfanos de ambos padres, sino más bien ilustrados felizmente por su espléndida muerte, como se cuenta en su santa historia, no codiciando nada terreno ni nada carnal, sino encerrándose en un solo cenáculo, se dedicaron durante diez años a la lectura y la oración. Considerad, hermanos carísimos, la inestimable alabanza de la institución paterna, sopesad la admirable tradición de la rígida censura, notad el ejemplo de nueva conducta dejado a los pupilos, observad el evidentísimo indicio de la severidad paterna. Suele la sustancia común ser causa de división y discordia entre los hermanos; entre estos, en cambio, la herencia por dividir estaba presente; sin embargo, una sola caridad llenaba los corazones de los dos. De una ciudad populosa hacen un desierto, convierten el lugar de habitación en un oratorio. Suelen también los adolescentes, perdidos los padres, disolverse lujuriosamente por la libertad de su propio arbitrio, y como si ya fueran dueños de sí, soltarse libremente las riendas de sus placeres, excediendo el límite de la rectitud en lo que es lícito todos los que piensan que todo es lícito.

Isti vero angelicae indolis pueri, non venturae adhuc vitae solliciti, terrenarum rerum opumve sibi provident sumptum, non morte dissolvendae carnalis copulae ullum pepigere conjugium, non equis frementibus delectantur, non deliciarum lasciviis resolvuntur, non pretiosis vestibus adornari inaniter concupiscunt. Mundani strepitus negotia fugiunt, terrenarum rerum divitias aspernantur, transitoriae dignitatis culmina respuunt, carnalis illecebrae blandimenta contemnunt. Et non solum aliena non ambiunt, sed et omnia sua prodiga misericordiae largitate dispergunt. De tota mundi latitudine unam sibi glebam angustissimi carceris eligunt, ubi, collectis a vanitate mundi undique sensibus, solam Creatoris sui speciem medullitus contemplantur. Ad illum, claustra jam carnis excedentes, assiduae meditationis studio spiritum dirigunt, ad illum amoris nimii facibus accensi totis visceribus inardescunt. Erat quippe utriusque mens in superno desiderio anxia, a concupiscentiis terrenis aliena; amor namque verus, qui hanc repleverat, in fletibus cruciabat. Sed, dum in tali ardore cruciarentur, ipsis suis cruciatibus 81 pascebantur, et tandiu in admirabili hujus conversationis fervore persistunt, donec gloriosa parentum secuti vestigia pro fide Christi martyrio coronantur. Nimirum quorum imitati sunt exempla vivendo et a quibus in terra sunt carnaliter editi, eorum sunt collegio in coelesti beatitudine sociati; et quos carnalis propagatio junxit, meritorum inaequalitas non divisit; et quo eos ordine in mundum natura produxit, eo etiam ad coelestia divina illos gratia sublimavit. Hi, videlicet qui genuere, praecedunt; qui vero geniti sunt recto eos ordine subsequuntur.

O beata familia, quae Aegyptum deserens, tam strenue Rubrum mare pertransiit, et facto agmine ad repromissionis terram triumphando pervenit! O generosa progenies, quae nascendo quidem de terra traxit originem, sed vivifice moriendo ad coelestem transire meruit dignitatem, quam nobilitas morum ad nobilitatem transtulit angelorum! Quam ardua domus illa fuit, quae tot clarissimos cives ad supernam Hierusalem transmittere meruit! Quae enim civitas, quamlibet excelsa turritis moenibus, hujus domunculae dignitatem excellere poterit, quae coeli digna vocabulo copiosam martyrum turbam felici in se habitatione continuit? Quos totus mundus tenere dignus non fuit, hos domus illa sub unis foribus clausit. Nam et Apostolus, cum de sanctis martyribus loqueretur, protinus addidit, dicens: «Quibus dignus non erat mundus (Hebr. XI).»

En cambio estos jóvenes de índole angélica, no solícitos por la vida venidera todavía, no se proveen del gasto de las cosas o riquezas terrenas, no pactaron ningún matrimonio de carnal unión que hubiera de disolverse por la muerte, no se deleitan con caballos relinchantes, no se relajan por las lascivias de las delicias, no codician vanamente ser adornados con preciosos vestidos. Huyen de los negocios del estrépito mundano, desprecian las riquezas de las cosas terrenas, rechazan las cumbres de la transitoria dignidad, desprecian los halagos del incentivo carnal. Y no solo no ambicionan lo ajeno, sino que también dispersan todo lo suyo con pródiga largueza de misericordia. De toda la latitud del mundo eligen para sí un solo terrón de estrechísima cárcel, donde, recogidos los sentidos de todas partes de la vanidad del mundo, contemplan desde las entrañas la sola imagen de su Creador. Hacia él, traspasando ya los claustros de la carne, dirigen su espíritu con el estudio de la asidua meditación, hacia él encendidos con las antorchas de un amor excesivo arden con todas sus entrañas. Estaba, en efecto, la mente de ambos ansiosa en el deseo supremo, ajena a las concupiscencias terrenas; pues el amor verdadero, que la había llenado, los atormentaba en llantos. Pero, mientras eran atormentados en tal ardor, se alimentaban de sus mismos tormentos, y tanto tiempo persisten en el admirable fervor de esta conducta, hasta que siguiendo las gloriosas huellas de sus padres son coronados por el martirio por la fe de Cristo. Sin duda aquellos cuyos ejemplos imitaron viviendo y por quienes fueron engendrados carnalmente en la tierra, están asociados a su colegio en la bienaventuranza celestial; y a quienes la propagación carnal unió, no los dividió la desigualdad de los méritos; y en el orden en que la naturaleza los produjo al mundo, en ese también la gracia divina los sublimó a lo celestial. Estos, a saber los que los engendraron, preceden; los que fueron engendrados los siguen en recto orden.

¡Oh familia bienaventurada, que abandonando Egipto, tan esforzadamente atravesó el Mar Rojo, y formado el ejército llegó triunfando a la tierra de la promesa! ¡Oh noble progenie, que naciendo ciertamente tomó su origen de la tierra, pero muriendo vivíficamente mereció pasar a la dignidad celestial, a la que la nobleza de las costumbres trasladó a la nobleza de los ángeles! ¡Cuán ardua fue aquella casa, que mereció transmitir tantos clarísimos ciudadanos a la Jerusalén celestial! ¿Qué ciudad, por muy elevada que sea por sus muros torreados, podrá aventajar la dignidad de esta casita, que, digna del vocablo de cielo, contuvo una copiosa multitud de mártires en feliz habitación en sí misma? A quienes todo el mundo no fue digno de contener, aquella casa los encerró bajo una sola puerta. Pues también el Apóstol, cuando hablaba de los santos mártires, añadió inmediatamente, diciendo: «De los cuales no era digno el mundo (Hebr. XI)».

Gaude igitur Ravenna, urbs clarissima, tantorum martyrum pretioso sanguine purpurata, quae, licet ex his quatuor solius beati Vitalis sacratissimum corpus corporaliter teneas, nequaquam tamen a reliquis tribus per occultae virtutis mysterium vacas. Nam si beata Valeria cum viro suo, Scriptura teste, fuit in carne una (Gen. II), necessario sequitur ut unius carnis una sit sepultura. Et cum legamus: «Quod Deus conjunxit, homo non separet (Matth. XIX),» nos etiam gaudentes dicamus quia quod Deus, qui est aeterna vita, conjunxit, temporalis mors interveniens non divisit. De filiis autem quid aliud dicendum est, nisi quia qui beatissimo genitori insolubilibus naturae vinculis sunt connexi nullatenus ab eo locali potuerunt interstitio separari? Legitur autem quia Adam, cum primum uxorem vidit, protinus dixit: «Hoc nunc os ex ossibus meis, et caro de carne mea (Gen. II).» Si ergo Eva, quia de viri latere est formata, os ex ossibus ejus et caro de carne ejus dicitur, cur non et filii, qui de lumbis patris exierunt, eadem et ossa et carnem cum patre habere dicantur? Licet ergo sejuncti videantur per intervalla locorum, per occultum tamen mysticae virtutis juncti sunt sacramentum.

Gaude igitur, nobilis urbs Ravenna, et totis in Domino visceribus delectare, quae, licet ardua sis muralis machinae celsitudine, multo tamen excelsior es beatorum martyrum dignitate, lapideis quidem propugnaculis inexpugnabiliter cineta, sed valde inexpugnabilius fortium Christi militum protectione vallata. Quae quodammodo Romanis arcibus amicabiliter aemula, sic per duos praecipuos martyres, Vitalem videlicet et Apollinarem, mater esse meruisti et domina circumpositarum quarumlibet urbium. Sicut illa per duos summos apostolos, Petrum 82 videlicet et Paulum, totius orbis sibi vindicat principatum, quasi caput reliquis civitatibus facta, ita coruscas duorum splendore sanctorum, velut humana facies geminorum luminibus oculorum. Laetare igitur et exsulta, quia quae daemonum antea fueras delubrum, nunc per respectum divinae gratiae coelestium senatorum facta es capitolium, et quae prius male fecunda in filiis tuis innumeras stipulas germinabas inferno, jam per beatorum martyrum merita multos cives parturis coelo.

Alégrate, pues, Rávena, ciudad clarísima, purpurada por la preciosa sangre de tantos mártires, la cual, aunque de estos cuatro solo poseas corporalmente el sacratísimo cuerpo del bienaventurado Vital, de ningún modo careces de los otros tres por el misterio de la virtud oculta. Pues si la bienaventurada Valeria con su marido, según atestigua la Escritura, fue una sola carne (Gén. II), necesariamente se sigue que de una sola carne sea una sola la sepultura. Y cuando leemos: «Lo que Dios unió, no lo separe el hombre (Matth. XIX)», digamos también nosotros gozosos que lo que Dios, que es vida eterna, unió, la muerte temporal interviniente no lo dividió. De los hijos, en cambio, ¿qué otra cosa ha de decirse, sino que quienes están vinculados a su beatísimo progenitor por indisolubles vínculos de naturaleza, de ningún modo pudieron ser separados de él por un intervalo local? Se lee, en efecto, que Adán, en cuanto vio a su mujer, dijo al punto: «Esto es ahora hueso de mis huesos, y carne de mi carne (Gén. II)». Si pues Eva, porque fue formada del costado del varón, es llamada hueso de sus huesos y carne de su carne, ¿por qué no se ha de decir que también los hijos, que salieron de los lomos del padre, tienen los mismos huesos y carne con el padre? Aunque pues parezcan separados por intervalos de lugares, por el oculto sacramento de la virtud mística están sin embargo unidos.

Además, el bienaventurado mártir Ursicino veía a todos a su alrededor bramar cruelmente, enloquecer irracionalmente para impugnar el nombre de Cristo, a todos tender al precipicio por los abruptos senderos del error, a todos, perdidos los ojos del corazón, ignorar el camino de la verdad; y por ello tal vez hubiera podido arbitrar con tal pensamiento que nadie restaba que pudiera igualarse a sus méritos. Por lo cual la divina piedad quiso que cayera por un momento, y pronto excitó divinamente a un hombre de la milicia terrena que lo levantara, para que, mientras viera a uno incluso del orden secular mucho más fuerte y robusto que él, inclinara humildemente la cerviz del corazón para reconocer su propia enfermedad. De aquí es que Elías, de quien se dijo arriba, mientras huía aterrado de Jezabel y se estimaba a sí mismo el único sobreviviente para Dios de entre todos, diciendo: «Señor, mataron a tus profetas, demolieron tus altares, y yo he quedado solo, y buscan mi alma (III Rey. XIX)»; para reprimir la elación de su mente, respondió el Señor diciendo: «Me he reservado siete mil varones que no doblaron sus rodillas ante Baal (Ibíd.)». Cierto es, por lo demás, que extingue los ojos del corazón quien, cuando actúa rectamente, descuida considerar los méritos de los prójimos.

At contra, magno humilitatis radio semetipsum illuminat qui aliorum bona subtiliter pensat; quia dum ea quae ipse fecerit, facta foris et ab aliis conspicit, eum, qui de singularitate intus erumpere nititur, superbiae tumorem premit. «Reliqui, inquit, mihi septem millia virorum, qui non curvaverunt genua sua ante Baal,» ut, dum non solum se remansisse cognosceret, elationis gloriam, quae ei de singularitate surgebat, inclinaret. Propheta nempe erat, et saepe mysteria superna cognoverat. Quid ergo difficile fuit agnoscere in mundo fideles Deo famulos et alios remansisse? Sed hinc solerter intuendum est oculum cordis elatio quam nequiter claudat, quia qui humilis et occulta Dei noverat, elatus et aperta nesciebat. Ut ergo B. Ursicinus barathrum elationis evaderet, dignum fuit ut cadendo disceret quia non sua, sed aliena virtute stetisset. Permisit divina clementia excelsam paradisi cedrum leviter concuti, ne irruente validiori turbine radicitus potuisset evelli. Permisit militem suum vel ad momentum hostilibus gladiis cedere, ut poenitens fugae ferventius potuisset animosum pectus ad rediviva rursus certamina reparare, quatenus de fugiente protinus insequentem, de victo faceret versa vice victorem. Amando Ursicinus carnem suam Christum deserere voluit, sed rursus timendo Christum ipsam carnem ultro feriendam carnificibus tradidit. Ex quo peccavit, ex eo emendare protinus studuit. Unde admisit culpam, inde sustinuit poenitentiarn. Consolatus enim Ursicinus, genu terrae posito, spiculatorem ut feriret hortatur, agens poenitentiarn quod expavisset Christi martyrium.

Discite, fratres, discite perfectam poenitentiam agere; discite reatus vestri maculas plenae compunctionis fletibus emundare, videlicet, ut consummata mala perfecta diluant lamenta, ne plus instringamini in debito perpetrati operis, et minus solvatis in fletibus satisfactionis. Scriptum quippe est: «Potum dedit nobis in lacrymis in mensura (Psal. LXXIX),» ut nimirum uniuscujusque mens tantum poenitendo compunctionis suae bibat lacrymas, quantum se meminit a Deo aruisse per culpas. Timendo quippe B. Ursicinus mortem, vitae jam deserebat auctorem, sed cum verba salutiferae exhortationis accepit, protinus erigens se contra seipsam carnem morti ultroneus tradidit, cujus vivendi amore peccavit. Non denique restitit, non in verba se praesumptoriae defensionis erexit, non poenitentiam distulit, sed mox salutifero corripientis imperio humiliter obedivit.

Pero, por el contrario, se ilumina a sí mismo con un gran rayo de humildad quien pondera sutilmente los bienes ajenos; porque mientras contempla aquellas cosas que él mismo hizo, hechas fuera y por otros, reprime el tumor de la soberbia en quien intenta irrumpir desde la singularidad interior. «Me he reservado —dijo— siete mil varones que no doblaron sus rodillas ante Baal», para que, mientras reconociera que no solo él había quedado, inclinara la gloria de la elación que le surgía de la singularidad. Era ciertamente profeta, y a menudo había conocido los misterios supernos. ¿Por qué, pues, fue difícil reconocer que en el mundo habían quedado otros fieles siervos de Dios? Pero aquí debe considerarse solícitamente cuán nequeteramente cierra la elación el ojo del corazón, porque quien humilde conocía lo oculto de Dios, elado no sabía lo manifiesto. Para que, pues, el bienaventurado Ursicino escapara del baratro de la elación, fue digno que cayendo aprendiera que se había mantenido no por su propia virtud, sino por la ajena. Permitió la divina clemencia que el excelso cedro del paraíso fuera levemente sacudido, para que al irrumpir un torbellino más válido no pudiera ser arrancado de raíz. Permitió que su soldado cediera incluso por un momento a las espadas hostiles, para que, arrepentido de la huida, hubiera podido reparar más fervientemente su animoso pecho para los redivivos certámenes de nuevo, a fin de hacer del fugitivo pronto un perseguidor, y del vencido, vuelta la terna, un vencedor. Amando su carne Ursicino quiso desertar de Cristo, pero de nuevo temiendo a Cristo entregó esa misma carne para ser herida por los verdugos. De aquello en lo que pecó, de ello mismo estudió enmendarse pronto. De donde admitió la culpa, de allí sostuvo la penitencia. Consolado, pues, Ursicino, puesta la rodilla en tierra, exhorta al verdugo a que le hiera, haciendo penitencia por haber temido el martirio de Cristo.

Aprended, hermanos, aprended a hacer una penitencia perfecta; aprended a limpiar las manchas de vuestro reato con los llantos de una plena compunción, a saber, para que lamentos perfectos diluyan los males consumados, no sea que estéis más ligados en la deuda de la obra perpetrada, y paguéis menos en los llantos de la satisfacción. Escrito está, en efecto: «Nos dio de beber en lágrimas con medida (Sal. LXXIX)», para que sin duda la mente de cada uno tanto beba las lágrimas de su propia compunción al arrepentirse, cuanto recuerda haber estado seca de Dios por las culpas. Pues el bienaventurado Ursicino, al temer la muerte, ya desertaba del Autor de la vida, pero cuando recibió las palabras de la saludable exhortación, al punto erigiéndose contra sí mismo entregó su carne espontáneamente a la muerte, por cuyo amor de vivir había pecado. No resistió finalmente, no se alzó en palabras de presuntuosa defensa, no dilató la penitencia, sino que pronto obedeció humildemente al saludable imperio del que le corregía.

Sunt namque nonnulli qui, cum de ore proximorum verba correptionis audiunt, mox in iram prorumpunt, vitio tumidae elationis inflantur, et capitalis inimicitiae facibus inardescunt: Hi nimirum de medicamento salutis materiam sibi faciunt aegritudinis, et curandi cauterium, vulnerandi instrumentum. Qui multo deterius per defensionis audaciam Deum ad iracundiam provocant, quam tunc cum communi carnis infirmitate peccabant. Plus enim delinquit quis defendendo peccatum quam faciendo peccatum. Peccare quippe humanum est, peccatum vero defendere diabolicum est. Unde et Psalmista divinum adjutorium humiliter implorat, dicens: «Non absorbeat me profundum, neque urgeat super me puteus os suum (Psal. LXVIII).» Profundo quippe absorbetur qui in gravis peccati praecipitium labitur. Sed tunc super eum puteus, ne exire valeat, os suum claudit, cum se peccator in defensionis audaciam pergendo profundius mergit. Unde et primus homo tunc quasi in profundum corruit, cum vetitum pomum per inobedientiam comedit. Tunc super eum os suum puteus clausit, cum culpam suam defendere audacter praesumpsit. Ait enim: «Mulier, quam dedisti mihi sociam, ipsa mihi dedit de ligno, et comedi (Gen. III).» Qui quidem per timorem semetipsum absconsurus fugerat, sed tamen requisitus innotuit quantum etiam timens tumescebat. Cum etenim ex peccato praesens poena metuitur, et amissa Dei facies non amatur, timor ex tumore est, non ex humilitate. Superbit quippe qui peccatum, si liceat non puniri, non deserit, sed potius defendere tumida elatione praesumit.

Studeamus itaque nunc, dilectissimi, beatorum martyrum virtutes imitari, ut ab Imperatore martyrum cum eisdem mereamur postmodum coronari. Eorum vestigia teneamus in via, quorum societatem habere desideramus in patria. Profecto illic erimus quod sunt, si hic fuerimus quod hic fuerunt. Nam si compatimur, et conregnabimus; si commorimur et convivemus (II Tim. 2). Non ergo dividamur in itinere, si jungi volumus in perventione. Doceat nos B. Vitalis habere zelum rectitudinis, doceat nos B. Ursicinus formam tenere humilitatis; doceat uterque geminae servare vinculum charitatis. Ille quippe geminae charitatis ardore succensus, ut pereuntem proximum liberaret et mundam Deo ejus imaginem redderet, semetipsum omnino despexit, et crudelissimi persecutoris sententiam non expavit. Iste vero corripienti se proximo humiliter paruit, et ad conspectum Creatoris sui quantocius pergere per gladium properavit.

Pues hay algunos que, cuando oyen de boca de los prójimos palabras de corrección, al punto prorrumpen en ira, se inflan por el vicio de la hinchada elación, y se encienden con las hachas de una enemistad capital: estos sin duda de la medicina de la salud se hacen materia de enfermedad, y del cauterio de la curación, instrumento de herida. Quienes provocan a Dios a ira mucho peor por la audacia de la defensa, que entonces cuando pecaban por la común enfermedad de la carne. Pues más delinque quien defiende el pecado que quien comete el pecado. Pecar ciertamente es humano, pero defender el pecado es diabólico. De donde también el Salmista implora humildemente el auxilio divino diciendo: «No me absorba el profundo, ni el pozo cierre sobre mí su boca (Sal. LXVIII)». Pues por el profundo es absorbido quien cae en el precipicio de un grave pecado. Pero entonces el pozo cierra sobre él su boca, para que no pueda salir, cuando el pecador se sumerge más profundamente procediendo en la audacia de la defensa. De donde también el primer hombre entonces como que cayó en el profundo, cuando comió la manzana prohibida por inobediencia. Entonces el pozo cerró sobre él su boca, cuando presumió defender audazmente su culpa. Pues dijo: «La mujer que me diste por compañera, ella me dio del leño, y comí (Gén. III)». Quien ciertamente por temor había huido para esconderse, pero sin embargo, requerido, dio a conocer cuánto incluso temiendo se hinchaba. Pues cuando por el pecado se teme la pena presente, y no se ama la faz perdida de Dios, el temor es por hinchazón, no por humildad. Se ensoberbece ciertamente quien no deja el pecado, si se le permitiera no ser castigado, sino que más bien presume defenderlo con hinchada elación.

Estudiemos, pues, ahora, carísimos, a imitar las virtudes de los bienaventurados mártires, para que merezcamos ser después coronados por el Emperador de los mártires con ellos mismos. Mantengamos sus huellas en el camino, de quienes deseamos tener la sociedad en la patria. Ciertamente allí seremos lo que ellos son, si aquí hubiéramos sido lo que aquí fueron. Pues si sufrimos con Él, también reinaremos con Él; si morimos con Él, también viviremos con Él (II Tim. 2). No nos dividamos, pues, en el camino, si queremos estar unidos en la llegada. Enseñe el bienaventurado Vital a tener celo de rectitud, enseñe el bienaventurado Ursicino a mantener la forma de la humildad; enseñe cada uno a conservar el vínculo de la doble caridad. Pues aquel, encendido por el ardor de la doble caridad, para liberar al prójimo que perecía y devolver a Dios su limpia imagen, se despreció totalmente a sí mismo, y no temió la sentencia del crudelísimo perseguidor. Este, en cambio, obedeció humildemente al prójimo que le corregía, y se apresuró a marchar cuanto antes a la vista de su Creador por la espada.

Sed quoniam hunc sermonem de triumpho sancti Vitalis scribere proposuimus, plura tamen occurrente materia de Ursicino locuti sumus, nemo existimet quia de propositae intentionis tramite deviavimus. Cum enim S. Ursicini triumphus attollitur, beatissimi quoque Vitalis praeconium non tacetur. Salus quippe aegri, laus est medici; et peritia discipuli, gloria est praeceptoris. Magnus siquidem ille, qui pro vita mori didicit; sed longe superior qui momentaneam vitam pro aeterna despicere docuit. Fortis ille, qui amarum salutis poculum bibere potuit; sed multo fortior iste, qui eum de ipsis perpetuae mortis faucibus potenter eduxit. Cum ergo triumphalis Ursicini virtus attollitur, gloriosus quoque B. Vitalis honor augetur. Imo quidquid magnum dicitur de utroque, totum ad gloriam Creatoris pertinet utriusque. «Neque enim qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus (I Cor. III).»

Inter haec vos, fratres charissimi, ad vosmetipsos redite, actus vestros sollicita examinatione discutite; et qui laudes martyrum libenter auditis, ipsi quoque laudabilem vitam habere curate. «Non est enim speciosa laus in ore peccatoris (Eccli. XV).» Illi nempe sanctos digne laudibus efferunt qui laudabiliter vivunt, et hi fortium virtutes utiliter audiunt quos audita praeconia ad amorem imitationis accendunt «Quaecunque enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt (Rom. XV).» Quisquis ergo gaudes fortiter egisse martyres Christi, arripe et ipse arma inter milites Christi. Desunt exterius hostes, verte manus in te, et multos seditiosos invenies cives. Doma superbiam, jugula iracundiam, exstingue libidinem, reprime avaritiam, occide invidiam, et, ut breviter cum Apostolo cuncta complectar, Crucifige carnem tuam cum vitiis et concupiscentiis (Gal. V), hoc est fortiter agere, hoc est viriliter dimicare. Nam quid juvat, si circa vallum te non obsideant acies persequentium, et intra urbis moenia grassetur barbaries vitiorum? Imo quid prodest, si membra diaboli tecum exterius non confligant, et ipse diabolus intrinsecus te quieto jure possideat? Nam quicunque ejus voluntati subjecti sunt, quasi quieto ab illo jure possidentur, et superbus eorum rex quadam securitate perfruitur, dum eorum cordibus inconcussa potestate dominatur.

Pero puesto que propusimos escribir este sermón sobre el triunfo de san Vital, y sin embargo, al ocurrir la materia, hemos hablado más sobre Ursicino, nadie piense que nos hemos desviado de la senda de la intención propuesta. Pues cuando se ensalza el triunfo de san Ursicino, tampoco se calla el elogio del bienaventurado Vital. Pues la salud del enfermo es la alabanza del médico; y la pericia del discípulo es la gloria del preceptor. Grande ciertamente aquel, que aprendió a morir por la vida; pero muy superior este, que enseñó a despreciar la vida momentánea por la eterna. Fuerte aquel, que pudo beber el amargo cáliz de la salud; pero mucho más fuerte este, que lo sacó potentemente de las mismas fauces de la muerte perpetua. Cuando pues se ensalza la virtud triunfal de Ursicino, también se aumenta el glorioso honor del bienaventurado Vital. Más aún, todo lo grande que se dice de ambos, todo pertenece a la gloria del Creador de ambos. «Pues ni el que planta es algo, ni el que riega, sino Dios, que da el crecimiento (I Cor. III)».

Entre tanto vosotros, hermanos carísimos, volved a vosotros mismos, discutid vuestros actos con solicita examinación; y los que de buena gana oís las alabanzas de los mártires, procurad también vosotros tener una vida loable. «Pues no es hermosa la alabanza en boca del pecador (Ecli. XV)». Aquellos ciertamente ensalzan dignamente a los santos con alabanzas que viven loablemente, y estos oyen útilmente las virtudes de los fuertes a quienes los elogios oídos encienden al amor de la imitación. «Pues todas las cosas que fueron escritas, para nuestra doctrina fueron escritas (Rom. XV)». Quienquiera que pues te goces de que los mártires de Cristo hayan actuado fuertemente, arrebata tú también las armas entre los soldados de Cristo. Faltan los enemigos exteriores, vuelve tus manos contra ti, y encontrarás muchos ciudadanos sediciosos. Domina la soberbia, degüella la ira, extingue la libido, reprime la avaricia, mata la envidia, y, para compendiarlo todo brevemente con el Apóstol, crucifica tu carne con sus vicios y concupiscencias (Gál. V); esto es actuar fuertemente, esto es luchar varonilmente. ¿Qué aprovecha si en torno al vallado no te asedian las huestes de los perseguidores, y dentro de los muros de la ciudad corre la barbarie de los vicios? Más aún, ¿qué beneficia si los miembros del diablo no combaten contigo exteriormente, y el mismo diablo te posee intrínsecamente por derecho tranquilo? Pues cualesquiera que están sujetos a su voluntad, son poseídos como por derecho tranquilo por él, y el soberbio rey de ellos disfruta de una cierta seguridad mientras domina sus corazones con potestad inconmovible.

Sed cum uniuscujusque spiritus ad Conditoris desiderium recalescit, cum torporem negligentiae deserit, et frigus insensibilitatis pristinae igne sancti amoris succendit, cum libertatis ingenitae meminit, et teneri ab hoste servus erubescit, quia idem hostis se considerat despui, quia vias Dei videt apprehendi, dolet contra se captum reniti, mox zelo accenditur, mox ad certamen movetur, mox contra rebellantem mentem se excitat atque in omni arte lacerationis instigat, ut tentationum jacula intorquendo confodiat cor quod dudum quieto jure possidebat. Quasi dormiebat quippe, dum sopitus in pravo corde quiesceret, sed excitatur in provocatione certaminis, cum jus admiserit perversae dominationis. Scriptum quippe est: «Fili, accedens ad servitutem Dei, sta in justitia et timore, et praepara animam tuam ad tentationem (Eccli. II).» Quisquis enim accingi in divino servitio properat, quid aliud quam se contra antiqui adversarii certamen parat, ut liber in certamine ictus suscipiat, qui quietus sub tyrannide in captivitate serviebat? In hoc certamine, dilectissimi fratres, noster animus se semper exerceat, ad hujus pugnae victoriam mens nostra totis visceribus inardescat. «Non enim coronabitur, nisi qui legitime certaverit (II Tim. II);» quatenus qui nunc imitando beatos martyres legitime decertare contendimus, percepta corona victoriae in aeternum cum ipso rege martyrum ineffabiliter exsultemus. Qui trinus et unus Deus vivit et gloriatur [regnat] per infinita saecula saeculorum. Amen.

MAIUS. III. Sermo de Inventione sanctae Crucis. XI. Sermo de S. Anthimo martyre. XIV. Sermo de S. Bonifacio martyre. XV. Sermo de Spiritu sancto et ejus gratia.

Sermo XVIII.

DE INVENTIONE SANCTAE CRUCIS. (III MAII.)

Hoc denique salutis humanae vexillum non solum lex per quasdam typicas intelligentias et aenigmata praefigurat, sed et omnium prophetarum oracula et cuncta veteris instrumenti veneratur auctoritas. Quae est enim sacri eloquii pagina, quae crucis mysterium non redoleat, et ad hoc, quasi ad totius humanae salutis caput atque principium, non intendat? Ex quibus nimirum non otiosum credimus, si aliqua hic testimonia, quae crucis mysterium innuant, proferamus, ut per ea quae hic brevi sermone perstringimus ad illa etiam quae tacentur, facilioris intelligentiae aditum praebeamus.

Pero cuando el espíritu de cada uno se recalienta hacia el deseo del Fundador, cuando abandona el torpor de la negligencia, y enciende el frío de la insensibilidad prístina con el fuego del santo amor, cuando se acuerda de la libertad congénita y se avergüenza de ser tenido como siervo por el enemigo, porque el mismo enemigo se considera despreciado, porque ve las vías de Dios ser aprehendidas, le duele que su cautivo se le resista, pronto se enciende en celo, pronto se mueve al certamen, pronto se excita contra la mente rebelde y la instiga con todo arte de laceración, para que retorciendo los dardos de las tentaciones confunda el corazón que hace poco poseía por derecho tranquilo. Casi dormía ciertamente, mientras reposaba sopitado en el depravado corazón, pero se excita en la provocación del combate cuando ha admitido el derecho de la perversa dominación. Escrito está, en efecto: «Hijo, al acceder a la servidumbre de Dios, permanece en la justicia y en el temor, y prepara tu alma para la tentación (Ecli. II)». Pues quienquiera que se apresura a ceñirse en el divino servicio, ¿qué otra cosa hace sino prepararse contra el certamen del antiguo adversario, para que libre reciba los golpes en el certamen, él que tranquilo servía bajo la tiranía en cautividad? En este certamen, hermanos amadísimos, nuestro ánimo se ejercite siempre, para la victoria de esta lucha nuestra mente se encienda con todas sus entrañas. «Pues no será coronado sino el que legítimamente luchare (II Tim. II)»; para que quienes ahora imitando a los bienaventurados mártires contendemos por luchar legítimamente, percibida la corona de la victoria, exultemos inefablemente por siempre con el mismo rey de los mártires. Quien, Dios trino y uno, vive y se gloría [reina] por los infinitos siglos de los siglos. Amén.

MAYO. III. Sermón sobre la Invención de la santa Cruz. XI. Sermón sobre San Antimo mártir. XIV. Sermón sobre San Bonifacio mártir. XV. Sermón sobre el Espíritu Santo y su gracia.

Sermón XVIII.

SOBRE LA INVENCIÓN DE LA SANTA CRUZ. (3 DE MAYO)

Finalmente, este estandarte de la salvación humana no solo lo prefigura la ley a través de ciertas inteligencias típicas y enigmas, sino que también lo veneran los oráculos de todos los profetas y la autoridad de todo el Antiguo Testamento (*veteris instrumenti*). ¿Pues qué página de la sagrada elocuencia hay que no huela al misterio de la cruz, y no tienda a esto, como a cabeza y principio de toda la salvación humana? Por lo cual, ciertamente creemos que no es ocioso si presentamos aquí algunos testimonios que insinúen el misterio de la cruz, para que por medio de aquello que aquí rozamos en un breve sermón, facilitemos el acceso de una inteligencia más clara también a aquellas cosas que se callan.

Primus igitur Abraham accedat in medium, qui dum immolare Deo filium voluit, cuncta pene per ordinem passionis Dominicae sacramenta signavit. Sicut enim Abraham, qui pater excelsus dicitur, unicum et dilectum filium offerre Deo non dubitavit, ita et summus Pater unigenitum dilectumque Filium pro nobis omnibus tradidit. Sicut Isaac ipse sibi ligna portavit quibus erat imponendus, ita quoque Christus crucis suae gestavit in humeris lignum, in quo erat pro nostra salute passurus. Duo autem servi illi procul dimissi Judaeos significant, qui, cum serviliter viverent et carnaliter saperent, non intellexerunt altissimam humilitatem [paupertatem] Christi, atque ideo non ascenderunt in montem, locum videlicet sacrificii. Cur autem duo servi, nisi quia, peccante Salomone, ex una Israelitica plebe duo facti sunt populi? Quibus utique saepe per prophetam dicitur: «Adversatrix Israel, et praevaricatrix Juda (Jer. III).» Asinus autem ille quo tunc utebatur Abraham, insensata erat stultitia Judaeorum. Illa plane bruta stultitia omnia sacramenta portabat, quae tamen quid ferret, velut irrationale animal, ignorabat. Jam vero quid est quod dictum est eis: «Exspectate hic cum asino, postquam autem adoraverimus, revertemur ad vos?» (Gen. XXII.) Audi Apostolum: «Caecitas, inquit, ex parte Israel facta est, ut plenitudo gentium intraret, et sic omnis Israel salvus fieret (Rom. XI).» Quid est enim quod dicitur: «Caecitas ex parte Israel facta est?» Hoc est videlicet: «Exspectate hic cum asino.» Ut plenitudo gentium intraret, hoc est, postquam adoraverimus, ubi videlicet sacrificium Dominicae crucis impletum per omnes gentes fuerit praedicatum. Quod autem sequitur: «Et sic omnis Israel salvus fiet,» hoc est, revertemur ad vos.

Quid est autem quod aries inter vepres haerens cornibus invenitur, qui pro Isaac immolatus offertur? Crux nempe cornua habet, duo siquidem ligna invicem componuntur, et sic crucis speciem reddunt. Hinc est enim quod de Christo scriptum est: «Cornua sunt in manibus ejus (Hab. III).» Haerens ergo cornibus aries, Christus est crucifixus inter aculeatas et vulnificas Judaeorum iniquitates, sicut ipse per Jeremiam conqueritur, dicens: «Spinis peccatorum suorum circumdedit me populus hic (Jer. XXX).» Peracto sacrificio, dicitur Abrahae, «In semine tuo benedicentur omnes gentes (Gen. XXII),» et postquam Dominus dicit: «Foderunt manus meas et pedes meos (Psal XXI),» paulo post in eodem Psalmo subjicit: «Reminiscentur, et convertentur ad Dominum universi fines terrae, et adorabunt in conspectu ejus omnes patriae gentium, quoniam Domini est regnum, et ipse dominabitur gentium (Ibid.).»

Así pues, salga primero Abraham al medio, quien, mientras quiso inmolar a Dios a su hijo, significó casi todos los sacramentos de la pasión del Señor por el orden. Pues así como Abraham, que es llamado «padre excelso» (*pater excelsus*), no dudó en ofrecer a Dios a su hijo único y amado, así también el sumo Padre entregó por todos nosotros a su Hijo unigénito y amado. Y así como Isaac mismo portó para sí la leña sobre la cual debía ser puesto, así también Cristo gestó sobre sus hombros el madero de su cruz, en el cual debía padecer por nuestra salvación. Pero aquellos dos siervos despedidos a lo lejos significan a los judíos, quienes, como vivían servilmente y saboreaban carnalmente, no entendieron la altísima humildad [pobreza] de Cristo, y por tanto no ascendieron al monte, a saber, el lugar del sacrificio. ¿Por qué, sin embargo, dos siervos, sino porque, pecando Salomón, de un solo pueblo israelita se hicieron dos pueblos? A los cuales ciertamente se dice a menudo por el profeta: «Adversaria Israel, y prevaricadora Judá (Jer. III)». Pero aquel asno del que entonces usaba Abraham era la insensata estulticia de los judíos. Aquella evidente estulticia bruta portaba todos los sacramentos, la cual sin embargo qué llevaba, como animal irracional, lo ignoraba. Ya en verdad, ¿qué es lo que se les dijo: «Esperad aquí con el asno, pero después que hayamos adorado, volveremos a vosotros»? (Gén. XXII.) Oye al Apóstol: «La ceguera —dice— se ha producido en parte en Israel, para que entrase la plenitud de las naciones, y así todo Israel fuese salvo (Rom. XI)». ¿Pues qué es lo que se dice: «La ceguera se ha producido en parte en Israel»? Esto es a saber: «Esperad aquí con el asno». Para que entrase la plenitud de las naciones, esto es, después que hayamos adorado, donde a saber el sacrificio de la cruz del Señor, cumplido, haya sido predicado por todas las naciones. Lo que sin embargo sigue: «Y así todo Israel será salvo», esto es: «volveremos a vosotros».

¿Qué es, sin embargo, que un carnero trabado por los cuernos entre los abrojos es encontrado, el cual es ofrecido inmolado por Isaac? La cruz ciertamente tiene cuernos, puesto que dos maderos se componen entre sí, y así devuelven la apariencia de la cruz. Pues de aquí es que de Cristo está escrito: «Cuernos hay en sus manos (Hab. III)». Trabado, pues, por los cuernos el carnero, es Cristo crucificado entre las aguzadas y vulnerantes iniquidades de los judíos, como él mismo se queja por Jeremías, diciendo: «Con las espinas de sus pecados me rodeó este pueblo (Jer. XXX)». Acabado el sacrificio, se dice a Abraham: «En tu descendencia serán bendecidas todas las naciones (Gén. XXII)», y después que el Señor dice: «Taladraron mis manos y mis pies (Sal. XXI)», poco después en el mismo Salmo añade: «Se acordarán y se convertirán al Señor todos los confines de la tierra, y adorarán en su presencia todas las familias de las naciones, porque del Señor es el reino, y él dominará a las naciones (Ibíd.)».

Oblato itaque Abraham filio, et pro eo ariete immolato, appellavit nomen loci illius, Dominus videt, quia Redemptor noster, postquam in ara crucis oblatus mortis nostrae debitum solvit, videndum se deinceps fidelium suorum obtutibus praebuit, ut nimirum redempti omnes illum jam per fidem videant, qui eatenus fidei oculos non habebant.

Verum nos dum sacrificantem Abraham aliquanto longiore sermone prosequimur, ab aliis quae dicenda sunt, diutius praepedimur. Hoc nempe crucis mysterium et Jacob figuraliter expressit, cum de Christo inter reliqua verba benedictionis intulit, dicens: «Lavabit in vino stolam suam, et in sanguine uvae pallium suum (Gen. XLIX).» Stola Christi et pallium multitudo est gentium, quas tunc Dominus induit, quando sibi eas per gratiam redemptionis adjunxit, sicut per prophetam pollicetur, dicens: «Vivo ego, dicit Dominus, nisi hos omnes induam sicut vestimentum (Isai. XLIX).» Stolam ergo suam Dominus in vino, et pallium in sanguine uvae lavit, quando sicut botrus in crucis ligno pependit. Tunc enim ex latere ejus sanguis et aqua profluxit. Sed aqua nos abluit, sanguine redemit, nimirum ut exhiberet sibi sponsam non habentem maculam, neque rugam (Ephes. V). Crucis mysterium idem Jacob tunc etiam patenter exhibuit, quando juniorem Ephraim Manasse primogenito praeferens, in modum crucis super eos brachia permutavit (Gen. XLVIII). Per crucem namque factum est ut populus gentium, tanquam primogeniti jure praerepto, populum praecederet Judaeorum. Illud quoque quod in Exodo legitur, ad Dominicae crucis refertur procul dubio sacramentum. Dixit enim Dominus ad Moysen: «Projice virgam quam in manu gestas, in terram: et projecit, et factus est serpens.» Expavit illico Moyses, et fugit. Et ait illi Dominus: Apprehende caudam ejus; et apprehendit, factaque est iterum virga (Exod. IV). Cuncti liquido novimus quia serpens suasit homini mortem (Gen. III). Ergo mors a serpente. Quis autem virga, nisi Christus, de quo propheta dicit: «Quia egredietur virga de radice Jesse?» (Isai. XI.) Virga itaque in serpentem, Christus in mortem. Moyses autem expavit et fugit, quia suspenso in cruce vel moriente Domino, omnis ille apostolorum numerus tremefactus expavit, et a certae spei ac firmae fidei soliditate recessit. Quia vero cauda extrema pars corporis est, quid nisi finem Dominicae significat passionis? Moyses igitur caudam apprehendit, et nihil in virga ultra serpentis formam apparuit, quia completo Dominicae passionis crucisque mysterio, et fidelis quisque tunc ad fidem rediit, et Christus consumpta morte idipsum in se quod fuerat per resurrectionis gloriam reparavit.

Ofrecido, pues, por Abraham el hijo, e inmolado por él el carnero, llamó el nombre de aquel lugar «El Señor ve», porque nuestro Redentor, después que ofrecido en el ara de la cruz pagó la deuda de nuestra muerte, se ofreció en adelante para ser visto por las miradas de sus fieles, para que ciertamente todos los redimidos lo vean ya por la fe, quienes hasta entonces no tenían los ojos de la fe.

Pero mientras seguimos a Abraham sacrificando con un sermón algo más largo, nos vemos impedidos por más tiempo de otras cosas que deben ser dichas. Ciertamente, Jacob también expresó figuradamente este misterio de la cruz cuando, entre las demás palabras de bendición, introdujo sobre Cristo, diciendo: «Lavará en vino su estola, y en la sangre de la uva su palio (Gén. XLIX)». La estola de Cristo y el palio es la multitud de las naciones, de las cuales el Señor entonces se vistió, cuando se las unió a sí mismo por la gracia de la redención, como promete por el profeta, diciendo: «Vivo yo, dice el Señor, si no me vistiese de todos estos como de un vestido (Is. XLIX)». Así pues, el Señor lavó su estola en el vino, y su palio en la sangre de la uva, cuando pendió como un racimo (*botrus*) en el madero de la cruz. Pues entonces de su costado manó sangre y agua. Pero el agua nos lavó, la sangre nos redimió, ciertamente para presentarse a sí una esposa que no tuviese mancha ni arruga (Ef. V). El mismo Jacob mostró entonces también patentemente el misterio de la cruz cuando, prefiriendo al menor Efraín al primogénito Manasés, permutó sus brazos en modo de cruz sobre ellos (Gén. XLVIII). Pues por la cruz se hizo que el pueblo de las naciones, como arrebatado el derecho del primogénito, precediera al pueblo de los judíos. Aquello también que se lee en el Éxodo se refiere sin duda alguna al sacramento de la cruz del Señor. Pues dijo el Señor a Moisés: «Arroja a tierra la vara que llevas en la mano: y la arrojó, y se hizo serpiente.» Moisés al punto se espantó y huyó. Y le dijo el Señor: Atrapa su cola; y la atrapó, y se hizo de nuevo vara (Éx. IV). Todos claramente sabemos que la serpiente persuadió la muerte al hombre (Gén. III). Por tanto, la muerte es de la serpiente. ¿Pero quién es la vara, sino Cristo, de quien el profeta dice: «Porque saldrá una vara de la raíz de Jesé (Is. XI)?» Así pues, la vara en serpiente es Cristo en la muerte. Moisés, sin embargo, se espantó y huyó, porque al estar suspendido en la cruz o muriendo el Señor, todo aquel número de los apóstoles se espantó temblando, y se retiró de la solidez de la esperanza cierta y de la fe firme. Porque en verdad la cola es la parte extrema del cuerpo, ¿qué significa sino el fin de la pasión del Señor? Moisés pues atrapó la cola, y nada más de la forma de serpiente apareció en la vara, porque completado el misterio de la pasión del Señor y de la cruz, cada fiel volvió entonces a la fe, y Cristo, consumada la muerte, reparó en sí aquello mismo que había sido por la gloria de la resurrección.

Jam vero quid est quod Israelitica plebs postibus domorum de sanguine agni jubetur imponere (Exod. XII), nisi ut nos praefiguret crucem Christi, qui verus est agnus, in fronte portare? Ad vesperam siquidem immolabatur agnus, et in vespera mundi passus est Christus. Liniuntur utique postes, ne vastator angelus audeat inferre perniciem; et nos crucis vexillum in corde gestamus et fronte, ne repentinus hostis irruens valeat auferre salutem. Unde et securi canimus: «Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine (Psal. IV).» Quod tamen securius digniusque cantamus, si Rubro jam mari transmisso et hoste demerso tympanum cum Maria Moysis sorore deferimus (Exod. XV). Quid est autem tympanum portare? Audi Dominum dicentem: «Qui vult venire post me, abneget semetipsum, et tollat crucem suam quotidie, et sequatur me (Luc. IX).» Qui enim carnem suam cum vitiis et concupiscentiis crucifigit (Galat. V), qui membra sua, quae sunt super terram, abstinendo mortificat (Col. III), ille vere cum Maria tympanum portat, quia semetipsum a noxiis terrenae voluptatis humoribus aridum servat. Juxta rationis igitur consequentiam, et hic tympanum crucis mysterium non obscure designat.

Praeterea et illud non inconvenienter occurrit, quod videlicet Israeliticus populus in Mara adversus Moysen murmurat, vociferans scilicet non se posse reperire quod bibat. Tunc ostendit Moysi Dominus lignum, quod cum ille misisset in amarissimas aquas, in dulcedinem protinus sunt conversae (Exod. XV). Quid enim amarae illae aquae, nisi quia occidentis litterae, et durae atque insipidae legis speciem tenent? Scriptum est enim: «Constituit populo suo Dominus legem, et judicia, et tentavit eum (Ibid.).» Et alibi: «Ego dedi eis praecepta non bona, et judicia, in quibus non vivent (Ezech. XX).» Cui tamen legi si confessio crucis et Dominicae passionis mysterium copulatur, protinus quod amarum fuerat, in spiritalis intelligentiae dulcedinem vertitur. Notandum autem juxta veritatem historiae, quod aqua in dulcedinem versa, subinde populus venit in Helim, ubi erant duodecim fontes aquarum et septuaginta palmae. Quid enim duodecim fontes, nisi duodecim sunt apostoli, quos Dominus ad hoc constituit, ut arida et squalentia humani generis pectora suae praedicationis inundationibus irrigarent? Quid vero septuaginta palmarum arbores, nisi totidem sunt discipuli, quos ante faciem suam idcirco misit (Luc. X), ut per eos victoriae suae palmas mundus agnosceret? Et certe satis congrue videtur consequentium rerum ordo dispositus, ut primo populus duceretur ad litteram legis, a qua nimirum, dum amara fuit, transire non potuit. At postquam est per lignum vitae dulcis effecta, et intelligi spiritualiter coepit, illico Dei populus de Veteri Testamento ad apostolicos fontes et palmarum arbores, id est ad Evangelii gratiam transiit.

Ya en verdad, ¿qué es que se manda a la plebe israelita imponer de la sangre del cordero en los postes de las casas (Éx. XII), sino que nos prefigura el llevar la cruz de Cristo, que es el verdadero cordero, en la frente? Pues al atardecer se inmolaba el cordero, y en el atardecer del mundo padeció Cristo. Se ungen ciertamente los postes, para que el ángel exterminador no ose inferir la perdición; y nosotros gestamos el estandarte de la cruz en el corazón y en la frente, para que el enemigo repentino que irrumpe no pueda arrebatar la salud. De donde también cantamos seguros: «Sellada está sobre nosotros la luz de tu rostro, Señor (Sal. IV)». Lo cual sin embargo cantamos más segura y dignamente si, atravesado ya el mar Rojo y sumergido el enemigo, llevamos el tímpano (*tympanum*) con María [Miriam], la hermana de Moisés (Éx. XV). ¿Qué es llevar el tímpano? Oye al Señor diciendo: «El que quiera venir en pos de mí, niéguese a sí mismo, y tome su cruz cada día, y sígame (Lc. IX)». Pues el que crucifica su carne con sus vicios y concupiscencias (Gál. V), el que mortifica sus miembros que están sobre la tierra absteniéndose (Col. III), aquel verdaderamente lleva el tímpano con María, porque se conserva a sí mismo seco de los nocivos humores de la voluptuosidad terrena. Según pues la consecuencia de la razón, también aquí el tímpano designa no oscuramente el misterio de la cruz.

Además, también ocurre no inconvenientemente aquello de que, a saber, el pueblo israelita en Mara murmura contra Moisés, vociferando es decir que no puede encontrar qué beber. Entonces mostró el Señor a Moisés un madero, el cual habiéndolo él arrojado en las amarguísimas aguas, al punto se convirtieron en dulzura (Éx. XV). ¿Pues qué son aquellas aguas amargas, sino que tienen la apariencia de la letra que mata, y de la ley dura e insípida? Escrito está, en efecto: «Constituyó el Señor a su pueblo ley, y juicios, y lo tentó (Ibíd.)». Y en otra parte: «Yo les di preceptos no buenos, y juicios en los cuales no vivirán (Ez. XX)». A cuya ley, sin embargo, si se acopla la confesión de la cruz y el misterio de la pasión del Señor, al punto lo que había sido amargo se vuelve en la dulzura de la inteligencia espiritual. Ha de notarse, sin embargo, según la verdad de la historia, que convertida el agua en dulzura, seguidamente el pueblo vino a Elim, donde había doce fuentes de aguas y setenta palmeras. ¿Pues qué son las doce fuentes, sino los doce apóstoles, a quienes el Señor constituyó para esto, para que irrigaran los áridos y escuálidos pechos del género humano con las inundaciones de su predicación? ¿Qué en verdad son los setenta árboles de palmas, sino otros tantos discípulos, a quienes por eso envió ante su faz (Lc. X), para que por ellos el mundo reconociese las palmas de su victoria? Y ciertamente parece dispuesto con bastante congruencia el orden de las cosas subsiguientes, para que primero el pueblo fuese conducido a la letra de la ley, de la cual ciertamente, mientras fue amarga, no pudo pasar. Pero después que fue hecha dulce por el leño de la vida, y comenzó a entenderse espiritualmente, al punto el pueblo de Dios pasó del Antiguo Testamento a las fuentes apostólicas y a los árboles de las palmas, esto es, a la gracia del Evangelio.

Et bene post acceptum Decalogum septuplus praedicatorum numerus constituitur, quia per septiformem sancti Spiritus gratiam omne mandatum divinae legis impletur. Nec immerito plane praedicatores crucis palmarum videntur nomine figurati, dum et ipsa crux jure dicenda sit palma, quia in ea scilicet facta est de prostrato mundi hoste victoria; sicut de ipsa cruce sponsus ad sponsam, «Dixi, inquit, ascendam in palmam, apprehendam fructus ejus; et erunt ubera tua sicut botri vineae, et odores tui sicut malorum, guttur tuum sicut vinum optimum (Cant. VII).» Fructus nempe crucis omnes electi sunt.

Ascendit igitur Dominus in palmam, et apprehendit fructus ejus, quia mox ut in cruce pro nostra salute pependit, omnes electos ad semetipsum per amoris desiderium traxit. Et tunc sancta Ecclesia per duorum Testamentorum ubera spiritalis coepit laetitiae vina diffundere, atque odorem coelestis concupiscentiae humanarum mentium naribus inspirare, ut incitata ad obsequendum mens nostra sibi gratulans, dicat: «Trahe me post te, curremus in odorem unguentorum tuorum (Cant. I).» Quod profecto et petra illa Oreb in Raphidim satis expresse denuntiat, quam virga Moyses, Domino jubente, percussit, et aquas elicuit (Exod. XVII). Hanc sane petram Christi tenuisse figuram et Apostolus testatur, cum dicit: «Bibebant autem de spiritali, consequente eos petra; petra autem erat Christus (I Cor. X).» Huic itaque petrae lignum crucis accessit, et mox tanquam aquae profluentis inundantiam larga sancti Spiritus dona profudit. Ad quas nimirum hauriendas aquas omnes sitientes invitat ipse, cum dicit: «Si quis sitit, veniat ad me, et bibat, et de ventre ejus fluent aquae vivae (Joan. VII).» Hoc autem, inquit evangelista, «dicebat de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum (Ibid.).»

Sed quid in reliquis diutius immoramur, dum constet esse perspicuum quod et ipsae tabulae, quae Dei digito scriptae sunt, crucis Dominicae praetulerint sacramentum? Decem namque praecepta in eis scripta sunt, et denarius numerus per X litteram, quae crucis exprimit speciem, designatur. In hac sane littera, quae denarium in se continet numerum, sic unus apex a summo in imum per obliquum ducitur, ut alter quoque non dispar per transversam lineam, productis utrinque brachiis, compingatur.

Y bien, después de recibido el Decálogo, se constituye el septuplo número de predicadores, porque por la septiforme gracia del Espíritu Santo se cumple todo mandato de la ley divina. Ni inmerecidamente por cierto los predicadores de la cruz parecen figurados con el nombre de palmas, mientras que la misma cruz por derecho ha de decirse palma, porque en ella es decir se produjo la victoria sobre el postrado enemigo del mundo; como de la misma cruz dice el esposo a la esposa: «Dije —dice— subiré a la palma, aprehenderé sus frutos; y serán tus pechos como los racimos de la viña, y tus olores como de manzanas, tu garganta como el mejor vino (Cant. VII)». Ciertamente todos los elegidos son frutos de la cruz.

Subió pues el Señor a la palma, y aprehendió sus frutos, porque tan pronto como pendió en la cruz por nuestra salvación, atrajo a sí mismo a todos los elegidos por el deseo del amor. Y entonces la santa Iglesia comenzó a difundir por los pechos de los dos Testamentos los vinos de la alegría espiritual, y a inspirar el olor de la concupiscencia celestial en las narices de las mentes humanas, para que incitada a obedecer nuestra mente, congratulándose consigo, diga: «Tráeme en pos de ti, correremos al olor de tus ungüentos (Cant. I)». Lo cual ciertamente también denuncia bastante expresamente aquella roca de Horeb en Rafidim, la cual Moisés, por mandato del Señor, hirió con la vara, y sacó las aguas (Éx. XVII). Que esta roca tuvo la figura de Cristo también el Apóstol lo atestigua, cuando dice: «Pero bebían de la roca espiritual que los seguía; la roca sin embargo era Cristo (I Cor. X)». A esta roca pues se acercó el madero de la cruz, y pronto derramó los cuantiosos dones del Espíritu Santo como una inundación de agua que fluye. A cuyas aguas ciertamente invita él mismo a todos los sedientos para que las saquen, cuando dice: «Si alguno tiene sed, venga a mí, y beba, y de su vientre fluirán aguas vivas (Jn. VII)». Esto sin embargo, dice el evangelista, «lo decía del Espíritu, que habían de recibir los que creyesen en él (Ibíd.)».

Pero ¿por qué nos demoramos más en lo demás, cuando consta ser perspicuo que incluso las mismas tablas, que fueron escritas por el dedo de Dios, mostraron el sacramento de la cruz del Señor? Pues diez preceptos fueron escritos en ellas, y el número diez se designa por la letra X, que expresa la apariencia de la cruz. En esta letra, ciertamente, que contiene en sí el número diez, un trazo se lleva desde lo alto hasta lo bajo por oblicuo, de modo que otro también no dispar se compagina por una línea transversa, producidos los brazos por ambos lados.

Et sic apicis utriusque facta complexio non solum exteriorem crucis praetendit imaginem, sed et mysticam ejus quamdam videtur indicare virtutem. Dicit enim Dominus: «Non veni solvere legem, sed adimplere (Matth. V).» Per crucis itaque sacramentum praecepta veteris instrumenti evangelicae gratiae copulavit, et, ut ita loquar, duo Testamenta velut unius doctrinae corpus effecit. Et quidem primo datae sunt tabulae, sed protinus sunt, populo praevaricante, effractae (Exod. XXXII); secundo vero dantur tabulae, sed perpetuo permansurae. Plane priores tabulae priscae legis tenuere figuram, quae a sui cultus obsequio erat postmodum desitura [defectura]. Postmodum vero dantur tabulae, sed non franguntur; quia Novi Testamenti gratia, quae per crucis est solidata mysterium, nullum novit habere defectum.

Porro autem nec arca illa Veteris Testamenti beatae crucis credenda est caruisse thesauris. Crucis namque incomparabiles divitias occultabat, quia et cruci jam per cuncta figurarum suarum atque aenigmatum mysteria militabat. Ejus quippe ex tunc jam erat ministra, imago scilicet veritatis, et initium plenitudinis. Arca scilicet, sancta erat Ecclesia. Tria vero continebantur in arca, duae videlicet lapideae tabulae, quae profecto duorum Testamentorum innuunt perpetuam firmitatem, quas etiam crucis in se mysterium continere supra docuimus. Urna quoque aurea habens manna. Haec profecto puram atque sinceram carnem Redemptoris exprimit, quae procul dubio dulcedinem perpetuae divinitatis includit. Quae dulcedo tunc in palato nostrarum mentium sapuit, ex quo miles pendentis in cruce Domini latus aperuit (Joan. XIX); cum botrus videlicet expressus est, qui dum calcaretur, torcular calcavit solus. Tertio in arca fuit virga Aaron, quae post ariditatem floruit (Num. XVII). Quae nimirum quid aliud significat, nisi summi verique pontificis nostri illud salutare vexillum immortalis memoriae semper viriditate floridum, et exuberantium fructuum fertilitate fecundum. Crux enim semper viret in spe, floret in fide, fructificat in charitate. Et postquam a terreno cespite praecisa est, frondet, quia quisquis per amorem crucis a terrenis se desideriis in ipsa mentis radice [mentis radicem] praescidit, ad haereditatem immarcescibilem capessendam, et semper virentia aeternae vitae pascua convalescit.

Verum quid amplius de laude beatae crucis edisseram, quandoquidem omnia illa sacrificia quae sub legalium caeremoniarum ritu offerri jubentur, ad hoc unum singulare verumque sacrificium quod in arca crucis oblatum est referantur? Per vitulum namque, qui de armento offerri praecipitur (Exod. XXIX), Redemptor noster, qui de patriarcharum descendit progenie, figuratur. Hic nimirum aratro crucis suae terram carnis nostrae perdomuit, et ex Spiritus sancti semine virtutum nos fruge ditavit.

Y así la complexión hecha de ambos trazos no solo muestra la imagen exterior de la cruz, sino que también parece indicar una cierta virtud mística de ella. Pues dice el Señor: «No vine a abolir la ley, sino a cumplirla (Mt. V)». Así pues, por el sacramento de la cruz acopló los preceptos del Antiguo Testamento a la gracia evangélica, y, por decirlo así, hizo de los dos Testamentos como el cuerpo de una sola doctrina. Y ciertamente primero fueron dadas las tablas, pero al punto fueron, prevaricando el pueblo, quebradas (Éx. XXXII); en segundo lugar en verdad se dan tablas, pero para permanecer perpetuamente. Evidentemente las primeras tablas tuvieron la figura de la antigua ley, la cual había de cesar [faltar] después del obsequio de su culto. Después en verdad se dan tablas, pero no se rompen; porque la gracia del Nuevo Testamento, que fue solidada por el misterio de la cruz, no conoce tener defecto alguno.

Por lo demás, tampoco aquella arca del Antiguo Testamento ha de creerse que careció de los tesoros de la bienaventurada cruz. Pues ocultaba las incomparables riquezas de la cruz, porque ya militaba para la cruz por todos los misterios de sus figuras y enigmas. De ella ciertamente desde entonces ya era ministra, a saber, imagen de la verdad, y principio de la plenitud. El arca, a saber, era la santa Iglesia. Tres cosas en verdad se contenían en el arca, a saber, dos tablas de piedra, que ciertamente insinúan la perpetua firmeza de los dos Testamentos, las cuales también enseñamos arriba que contienen en sí el misterio de la cruz. También una urna de oro que tenía el maná. Esta ciertamente expresa la carne pura y sincera del Redentor, la cual sin duda alguna incluye la dulzura de la perpetua divinidad. Cuya dulzura supo entonces en el paladar de nuestras mentes, desde que el soldado abrió el costado del Señor que pendía en la cruz (Jn. XIX); cuando a saber se exprimió el racimo (*botrus*), el cual mientras era pisado, solo él pisó el lagar. En tercer lugar en el arca estuvo la vara de Aarón, que floreció tras la aridez (Núm. XVII). La cual ciertamente ¿qué otra cosa significa sino aquel estandarte saludable de nuestro sumo y verdadero pontífice, siempre florido por el verdor de la memoria inmortal, y fecundo por la fertilidad de exuberantes frutos? Pues la cruz siempre reverdece en la esperanza, florece en la fe, fructifica en la caridad. Y después que fue cortada del césped terreno, echa hojas, porque quienquiera que por el amor de la cruz se corta a sí mismo de los deseos terrenos en la misma raíz de la mente, se fortalece para alcanzar la herencia inmarcesible y los pastos siempre verdes de la vida eterna.

En verdad ¿qué más disertaré sobre la alabanza de la bienaventurada cruz, siendo así que todos aquellos sacrificios que se manda ofrecer bajo el rito de las ceremonias legales se refieren a este único y verdadero sacrificio que fue ofrecido en el ara de la cruz? Pues por el becerro (*vitulus*), que se manda ofrecer de la vacada (Éx. XXIX), nuestro Redentor, que descendió de la progenie de los patriarcas, es figurado. Este ciertamente con el arado de su cruz domó la tierra de nuestra carne, y del germen del Espíritu Santo nos enriqueció con el fruto de las virtudes.

Hic vitulus sine macula non in tabernaculo, sed ante ostium ejus a filiis Aaron offerebatur (Exod. XXIX); quia et Dominus, qui sine peccato est (Isai. LIII), sub Anna et Caipha (Luc. III) extra portam est crucifixus. Ipse Agnus qui mundi peccata detersit (Joan. I). Ipse haedus, qui auctorem peccati diabolum, crucis gladio jugulavit. Ipse columba, in cujus nimirum specie Spiritus sanctus super eum ad Jordanis fluenta descendit (Matth. III). Ipse etiam turtur, quia perpetuae castitatis auctor existit, sicut sibi a sponsa dicitur: «Speciosae genae tuae sicut turturis (Cant. I).»

Eamdem porro vivificae crucis hostiam designabat et vitula illa rufa, quae, aetate quidem integra, sed jugi esse jubetur ignara (Num. XIX). Rufa nimirum vitula caro est Salvatoris, rosea scilicet sanguine passionis. Perfectae quidem aetatis Dominus ad passionem venit, sed ejus collum jugum peccati cujuslibet non attrivit. Qui vitulam offerunt immundi sunt, et qui Christum crucifigunt, unde mundus abluitur, ipsi damnabiliter inquinantur. Qui vero cinerem colligens, extra castra projicit, mundus est; quia quicunque crucis Dominicae passionisque mysterium per mundi latitudinem praedicant, a peccatorum se contagio per aedificationis fraternae ministerium purgant.

Sed quibusdam fortasse displiceat quod nos ad laudem crucis tot sacri eloquii exempla congerimus, et velut instructam instrumenti veteris aciem huic regio vexillo prorsus intentam parere monstramus. Quibus certe quid aliud dicendum est, nisi quod Apostolus perhibet, dicens: «Verbum crucis pereuntibus quidem stultitia est; his autem qui salvi fiunt, id est nobis, virtus Dei est (I Cor. I).» Quidquid enim de crucis laude disserimus, in ejus non ambigitur redundare praeconium qui crucis illustravit propria morte vexillum.

Per haec itaque, fratres mei, quae dicta sunt, liquido colligere possumus quia hoc coelestis victoriae signum, per quod mundus erat de captivitatis antiquae vinculis absolvendus, ab ipso mundi principio Patres adorant, Prophetae praenuntiant, omnesque sacrarum [sanctarum] Scripturarum paginae praefigurant. Quippe quod nos adoramus in munere, illi jam venerabantur in fide. Et quod apud illos erat quibusdam aenigmatibus figuratum, nos per Mediatoris gratiam jam videmus impletum, ut quod illi praesagiebantur per spiritum, nos jam per corporalem cernamus et amplectamur obtutum.

Este becerro sin mancha se ofrecía no en el tabernáculo, sino ante su puerta por los hijos de Aarón (Éx. XXIX); porque también el Señor, que no tiene pecado (Is. LIII), bajo Anás y Caifás (Lc. III) fue crucificado fuera de la puerta. Él mismo es el Cordero que borró los pecados del mundo (Jn. I). Él mismo es el cabrito, que degolló al autor del pecado, el diablo, con la espada de la cruz. Él mismo es la paloma, en cuya especie ciertamente el Espíritu Santo descendió sobre él en las corrientes del Jordán (Mt. III). Él mismo es también la tórtola, porque existe como autor de la perpetua castidad, como se le dice por la esposa: «Hermosas son tus mejillas como de tórtola (Cant. I)».

Por lo demás, aquella misma víctima de la cruz vivificante la designaba también aquella vaca roja, la cual se manda que sea de edad íntegra, pero ignorante del yugo (Núm. XIX). Ciertamente la vaca roja es la carne del Salvador, a saber, rosada por la sangre de la pasión. Ciertamente el Señor llegó a la pasión de edad perfecta, pero el yugo de cualquier pecado no desgastó su cuello. Los que ofrecen la vaca son inmundos, y los que crucifican a Cristo, por quien el mundo es lavado, ellos mismos se manchan de forma condenable. El que en verdad, recogiendo la ceniza, la arroja fuera del campamento, está limpio; porque quienesquiera que predican el misterio de la cruz y de la pasión del Señor por la latitud del mundo, se purgan del contagio de los pecados por el ministerio de la edificación fraterna.

Pero a algunos quizá les disguste que amontonemos tantos ejemplos de la sagrada elocuencia para la alabanza de la cruz, y que mostremos como formada la línea de batalla del Antiguo Testamento para obedecer, totalmente atenta a este estandarte regio. A los cuales ciertamente ¿qué otra cosa ha de decirse, sino lo que el Apóstol declara, diciendo: «La palabra de la cruz, para los que se pierden, ciertamente es estulticia; pero para los que se salvan, esto es, para nosotros, es virtud de Dios (I Cor. I)». Pues todo lo que disertamos sobre la alabanza de la cruz, no se duda que redunda en el elogio de aquel que ilustró el estandarte de la cruz con su propia muerte.

Por estas cosas pues, hermanos míos, que han sido dichas, podemos colegir claramente que este signo de la victoria celestial, por el cual el mundo había de ser absuelto de los vínculos de la antigua cautividad, lo adoran los Padres desde el principio mismo del mundo, lo prenuncian los Profetas, y todas las páginas de las sagradas Escrituras lo prefiguran. Ciertamente lo que nosotros adoramos en el don, ellos ya lo veneraban en la fe. Lo que entre ellos estaba figurado por ciertos enigmas, nosotros por la gracia del Mediador lo vemos ya cumplido, para que lo que ellos presagiaban por el espíritu, nosotros ya lo percibamos y abracemos por el sentido corporal.

O admiranda Conditoris nostri pia clementia! o praedicanda singularis nostri Redemptoris humilitas! Atrocissimae mortis subire dignatus est poenam, ut nos proveheret ad coronam. Turpissimum crucis elegit propria voluntate supplicium, ut nos de servitutis jugo sublimaret ad regnum. Maledici non respuit, ut nos de maledicto legis absolveret. Probrosam mortem pertulit, ut nos ab aeternae mortis opprobrio liberaret. Unde et Apostolus: «Christus, inquit, nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum, quia scriptum est: Maledictus omnis, qui pendet in ligno; ut in gentibus benedictio Abrahae fieret in Christo Jesu, ut pollicitationem spiritus accipiamus per fidem (Gal. III).»

Quia ergo, fratres mei, servitutis jugo soluti, benedictionem Abrahae in Christo jam sumus adepti, quid restat, nisi ut ea quae, gratia praeveniente, percepimus, etiam per vitae meritum Redemptoris nostri dona servemus, ne qui per baptismum in Christo renascimur, secundum veterem rursus hominem viventes, ad damnationis ejus sententiam revocemur? Nam et hodie in ecclesia illud David canimus: «Maledicti qui declinant a mandatis tuis (Psal. CXVIII).» Consideranda nempe sententia, quia non dicitur, maledicti qui non non renascuntur in sacramentis tuis, sed, qui declinant a mandatis tuis, quia videlicet non solum illi maledictionis nexibus sunt obnoxii, quos in Christo aqua baptismatis non regenerat, sed illi etiam quorum pravitas a rectitudine mandatorum Dei per vitiorum abrupta declinat. Quid ergo prodest quia de vinculis quis vetustae maledictionis absolvitur, si per vitam reprobam eisdem vinculis denuo retrudatur? Nam et Apostolus ait: «Qui non amat Dominum nostrum Jesum Christum, sit anathema, maranatha (I Cor. XVI). Ubi aeque notandum quia non dicit: Qui non renascitur in Dominum nostrum Jesum Christum sed qui non amat, ut etiam si baptismo probetur quis in Christo renatus, si non sit etiam ex conversatione commortuus, nequaquam sit a maledictionis omnino vinculis absolutus: «Si enim, juxta Apostolum, complantati sumus similitudini mortis ejus, simul et resurrectionis erimus (Rom. VI).» Et rursus: «Si compatimur, et conregnabimus; si commorimur, et convivemus (II Tim. II).» Sed quis ille est qui non amat Christum?

¡Oh admirable piadosa clemencia de nuestro Fundador! ¡Oh predicable singular humildad de nuestro Redentor! Se dignó someterse a la pena de la muerte más atroz, para promovernos a la corona. Eligió por propia voluntad el suplicio más vergonzoso de la cruz, para sublimarnos del yugo de la servidumbre al reino. No rechazó ser maldecido, para absolvernos de la maldición de la ley. Padeció una muerte ignominiosa, para librarnos del oprobio de la muerte eterna. De donde también el Apóstol: «Cristo —dice— nos redimió de la maldición de la ley, hecho por nosotros maldición, porque escrito está: Maldito todo el que pende en un madero; para que en las naciones la bendición de Abraham se hiciese en Cristo Jesús, para que recibamos la promesa del espíritu por la fe (Gál. III)».

Puesto que pues, hermanos míos, desatados del yugo de la servidumbre, hemos alcanzado ya la bendición de Abraham en Cristo, ¿qué resta sino que conservemos aquellos dones de nuestro Redentor que, por la gracia preveniente, percibimos, también por el mérito de la vida, para que quienes renacemos en Cristo por el bautismo, viviendo de nuevo según el hombre viejo, no seamos revocados a la sentencia de su condenación? Pues hoy también en la iglesia cantamos aquello de David: «Malditos los que se desvían de tus mandamientos (Sal. CXVIII)». Ciertamente ha de considerarse la sentencia, porque no se dice «malditos los que no renacen en tus sacramentos», sino «los que se desvían de tus mandamientos», porque a saber no solo son reos de los vínculos de la maldición aquellos a quienes el agua del bautismo no regenera en Cristo, sino aquellos también cuya depravación se desvía de la rectitud de los mandamientos de Dios por los abruptos de los vicios. ¿Qué pues aprovecha que alguien sea absuelto de los vínculos de la antigua maldición, si por una vida réproba es empujado de nuevo a los mismos vínculos? Pues también el Apóstol dice: «El que no ama a nuestro Señor Jesucristo, sea anatema, maranatha (I Cor. XVI)». Donde igualmente ha de notarse que no dice «el que no renace en nuestro Señor Jesucristo», sino «el que no ama», para que aunque alguien se pruebe por el bautismo haber renacido en Cristo, si no está también muerto con él por la conversación, de ningún modo esté absuelto totalmente de los vínculos de la maldición: «Pues si —según el Apóstol— hemos sido complantados en la semejanza de su muerte, lo seremos también en la de su resurrección (Rom. VI)». Y de nuevo: «Si padecemos con él, también reinaremos con él; si morimos con él, también viviremos con él (II Tim. II)». ¿Pero quién es aquel que no ama a Cristo?

Quis enim nostrum, si de Christi dilectione consulitur, non protinus constanter, imo promptissime se Christum diligere fateatur? Verum ille non amat Christum qui non amat crucem Christi. Et qui sunt qui Christi crucem non amant? Audi Paulum manifesta eos voce notantem: «Multi, inquit, ambulant, quos saepe dicebam vobis (nunc autem et flens dico) inimicos crucis Christi, quorum finis interitus, quorum Deus venter est: et gloria in confusione eorum, qui terrena sapiunt (Philip. III).» Loquatur et Jacobus: «Qui amicus, ait, est hujus saeculi, inimicus Dei constituitur (Jac. IV).»

Quisquis ergo desiderat ab omni vinculo maledictionis absolvi, et plenam novae gratiae benedictionem consequi, crucem diligat, ex qua videlicet omnis plenitudo benedictionis emanat. Per crucem se Dei mandatis astringat. Per crucem effrenis carnis incentiva cohibeat. Sicut enim consentiendo carni, sententiam maledictionis incurrimus, sic refrenando carnem, benedictionis gratiam promeretur. Ex torculari namque [nempe] crucis largissima benedictionis unda profluxit, quae maledictionis antiquae virus omne detersit. Inde nimirum stillicidia charismatum coelestium proruperunt, quae ariditatem humanarum mentium salubriter irrigant, omniumque virtutum felici fruge fecundant. Haec est enim nubes illa quae Eliae sub vestigio hominis in tempore siccitatis apparuit, et mox inundantis pluviae copia abundanter [subsequenter] erupit. Sic enim Scriptura commemorat: «Ecce, inquit, nubecula parva quasi vestigium hominis ascendebat de mari (III Reg. XVIII).» Quia enim non quasi homo, sed quasi vestigium hominis ascendisse dicitur, recte per hoc crux, quae membris est aptata Dominicis designatur. Et bene crux vestigium hominis dicitur, quia per eam Deus homo transitum fecit, cum ad Patrem rediit, sicut per Joannem dicitur: «Sciens Jesus quia venit ejus hora, ut transeat ex hoc mundo ad Patrem (Joan. XIII).» Pascha quippe transitus dicitur. Et hic transitus per crucem factus est, sicut dicit Apostolus - «Pascha nostrum immolatus est Christus (I Cor. V).» Sicut ergo per Virginem descendit ad nostra, sic per crucem est reversus ad propria. Quod congruenter expressit illud factum sub Eliseo miraculum. Nam cum juxta Jordanem ligna caederentur, repente securis cujusdam materiam succidentis in aquam cecidit. Tune propheta lignum in aquam misit, et mox ferrum natavit, atque ad manubrium rediit (IV Reg. VI). Quid est autem securis, nisi sapientia Dei operata per corpus? Quid ferrum, nisi divinitas? Quid lignum, nisi humanitas? Et recte corpus Christi lignum dicitur, quia a ligno pependit.

¿Pues quién de nosotros, si se le consulta sobre el amor de Cristo, no confiesa al punto constantemente, más aún prontísimamente, que él ama a Cristo? Pero aquel no ama a Cristo que no ama la cruz de Cristo. ¿Y quiénes son los que no aman la cruz de Cristo? Oye a Pablo señalándolos con voz manifiesta: «Muchos —dice— andan, de quienes os decía a menudo (y ahora lo digo incluso llorando) que son enemigos de la cruz de Cristo, cuyo fin es la perdición, cuyo Dios es el vientre: y su gloria en su confusión, los que saborean las cosas terrenas (Flp. III)». Hable también Santiago: «El que —dice — es amigo de este siglo, es constituido enemigo de Dios (Sant. IV)».

Quienquiera pues desea ser absuelto de todo vínculo de maldición, y alcanzar la plena bendición de la nueva gracia, ame la cruz, de la cual a saber emana toda plenitud de bendición. Por la cruz se ligue a los mandamientos de Dios. Por la cruz reprima los incentivos de la carne desenfrenada. Pues así como consintiendo a la carne, incurrimos en la sentencia de la maldición, así refrenando la carne, se desmerece la gracia de la bendición. Pues del lagar (*torculari*) de la cruz manó la larguísima onda de la bendición, que borró todo el veneno de la antigua maldición. De ahí ciertamente prorrumpieron las destilaciones de los carismas celestiales, que irrigan salubramente la aridez de las mentes humanas, y las fecundan con el feliz fruto de todas las virtudes. Esta es pues aquella nube que se le apareció a Elías bajo la huella de un hombre en el tiempo de la sequía, y pronto brotó abundantemente la copia de la lluvia inundante. Pues así recuerda la Escritura: «He aquí —dice— una nubecilla pequeña como la huella de un hombre subía del mar (III Rey. XVIII)». Porque pues se dice que subió no como un hombre, sino como la huella de un hombre, rectamente por esto se designa la cruz, que fue adaptada a los miembros del Señor. Y bien se dice que la cruz es la huella de un hombre, porque por ella el Dios hombre hizo el tránsito, cuando volvió al Padre, como se dice por Juan: «Sabiendo Jesús que venía su hora, para que pase de este mundo al Padre (Jn. XIII)». Pues la Pascua (*Pascha*) se dice tránsito (*transitus*). And este tránsito se hizo por la cruz, como dice el Apóstol: «Nuestra Pascua, Cristo, ha sido inmolado (I Cor. V)». Como pues descendió a lo nuestro por la Virgen, así volvió a lo propio por la cruz. Lo cual expresó congruentemente aquel milagro hecho bajo Eliseo. Pues cuando se cortaba leña junto al Jordán, de repente el hierro de cierto que cortaba la materia cayó al agua. Entonces el profeta arrojó un madero al agua, y pronto el hierro nadó, y volvió al mango (IV Rey. VI). ¿Qué es pues el hacha, sino la sabiduría de Dios operando por el cuerpo? ¿Qué el hierro, sino la divinidad? ¿Qué el madero, sino la humanidad? Y rectamente el cuerpo de Cristo se dice madero, porque pendió del madero.

Securis igitur juxta Jordanem arbores succidebat, quia Dei sapientia, juxta fluidum mortalitatis nostrae decursum, dignata est impios Judaeos suae praedicationis austeritate corripere, et velut infructuosas arbores a statu rigidae superbiae desecare. Unde et Joannes dicit: «Jam securis ad radicem arborum posita est. Omnis arbor quae non facit fructum bonum, excidetur, et in ignem mittetur (Matth. III; Luc. III).» Itaque dum ligna caeduntur, ferrum in aquam de manubrio cecidit, quia dum silvestres Judaeorum mentes Veritas corripit, divinitas carnem deserens ad inferni profunda descendit. Sed lignum in aquam mittitur, et ferrum redit, quia corpus Domini, quod in ligno pependerat, in sepulcro ponitur, deinde ex profundis inferi, spiritu redeunte, surrexit.

Unde notandum est, fratres mei, et diligentissime perpendendum quia ipse Redemptor noster ante per crucem transiit, et sic humanitatem suam in paternae dexterae gloriam sublimavit. Exemplum quippe nobis exhihuit, ut unde caput praecessisse cognoscitur, per eamdem viam et membra subsequentia gradiantur. Praeferimus igitur crucem in fronte, sed eamdem crucem multo salubrius recondamus in corde. In utroque poste sanguinem percussor angelus videat (Exod. XII), ut exclusus evadat, non perempturus irrumpat. Nec sibi quispiam de solo signo crucis applaudat, si veritatem crucis in operibus non exhibeat. Crucem nempe illi in suis moribus signanter expresserat, qui dicebat: «Ego enim stigmata Jesu in corpore meo porto (Gal. VI).»

Mundantes igitur nosmetipsos, charissimi, ab omni inquinamento carnis et spiritus, accingamur adversantium vitiorum impetus frangere, carnalis illecebrae passionibus obviare, pie proximorum necessitatibus condescendere, illatas etiam contumelias, servata charitate, perferre. Sit mens nostra ab omni terrenae cupiditatis pondere libera, ut sancti desiderii librata pennis ima jam deserat, atque ad Auctorem suum rediens in ejus amore suaviter requiescat. Fasditio nobis sint cuncta quae cernimus. Ad illa vero quae credimus, continui laboris instantia festinemus. Haec profecto crux est, quam moribus et actibus nostris debemus imprimere. Haec est, quam jubemur quotidie post Dominum bajulare. Qui hanc portat, passioni Redemptoris sui vere communicat. Hoc signum oves ab haedis in extremo examine segregat (Matth. XXV). Et judex, qui reprobos nescit, hunc in suis characterem recognoscit. Quibus autem impressum propriae mortis stigma considerat; mox ad aeternae vitae praemia gratus remunerator invitat: «Venite, inquiens, benedicti Patris mei, percipite regnum (Ibid.);» cum quo ipse vivit et regnat per omnia saecula saeculorum. Amen.

El hacha pues cortaba los árboles junto al Jordán, porque la sabiduría de Dios, junto al fluido decurso de nuestra mortalidad, se dignó corregir a los impíos judíos con la austeridad de su predicación, y talar como árboles infructuosos del estado de la rígida soberbia. De donde también dice Juan: «Ya el hacha está puesta a la raíz de los árboles. Todo árbol que no hace buen fruto, será cortado y arrojado al fuego (Mt. III; Lc. III)». Así pues mientras se corta la leña, el hierro cayó del mango al agua, porque mientras la Verdad corrige las mentes selváticas de los judíos, la divinidad abandonando la carne descendió a los profundos del infierno. Pero el madero es arrojado al agua, y el hierro vuelve, porque el cuerpo del Señor, que había pendido en el madero, es puesto en el sepulcro, y después de los profundos del infierno, volviendo el espíritu, resucitó.

De donde ha de notarse, hermanos míos, y sopesarse diligentísimamente que nuestro mismo Redentor pasó primero por la cruz, y así sublimó su humanidad a la gloria de la diestra paterna. Nos mostró un ejemplo ciertamente, para que por donde se reconoce que la cabeza ha precedido, por la misma vía caminen también los miembros subsiguientes. Preferimos pues la cruz en la frente, pero guardemos la misma cruz mucho más salubramente en el corazón. Vea el ángel percutor la sangre en ambos postes (Éx. XII), para que excluido evada, no para perecer irrumpa. Ni nadie se aplauda a sí mismo por el solo signo de la cruz, si no muestra la verdad de la cruz en las obras. Ciertamente la cruz en sus costumbres la había expresado significativamente quien decía: «Pues yo llevo los estigmas (*stigmata*) de Jesús en mi cuerpo (Gál. VI)».

Limpiándonos pues a nosotros mismos, carísimos, de toda mancha de la carne y del espíritu, ciñámonos para quebrantar los ímpetus de los vicios adversos, para salir al encuentro de las pasiones de la seducción carnal, para condescender piadosamente a las necesidades de los prójimos, y para sobrellevar incluso las contumelias inferidas, conservada la caridad. Esté nuestra mente libre de todo peso de cupidez terrena, para que equilibrada por las alas del santo deseo abandone ya lo más bajo, y volviendo a su Autor descanse suavemente en su amor. Séannos fastidio todas las cosas que vemos. Hacia aquellas en verdad que creemos, apresurémonos con la instancia de un continuo trabajo. Esta ciertamente es la cruz que debemos imprimir en nuestras costumbres y actos. Esta es la que se nos manda llevar diariamente en pos del Señor. Quien lleva esta, comunica verdaderamente en la pasión de su Redentor. Este signo segrega las ovejas de los cabritos en el examen final (Mt. XXV). Y el juez, que desconoce a los réprobos, reconoce este carácter en los suyos. A quienes sin embargo considera impreso el estigma de su propia muerte, al punto como remunerador grato los invita a los premios de la vida eterna: «Venid —diciendo—, benditos de mi Padre, recibid el reino (Ibíd.)»; con el cual él mismo vive y reina por todos los siglos de los siglos. Amén.

Sermo XIX.

DE SANCTO ANTHIMO MARTYRE. (XI MAII.)

Cum beati Anthimi, fratres charissimi, triumphalia gesta recolimus, triumphantis in eo Christi victorias celebramus. Ille siquidem in eo pugnabat, ille superabat, qui et fidei constantiam praebebat animo, ne suppliciis cederet, et verba vitae labiis suggerebat, ut infideles et perditos ab errore veteris perfidiae revocaret. «Non enim, inquit, vos estis qui loquimini, sed spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis (Matth. X).» Stringebatur corpus loris nexuum, sed verbum Dei non erat alligatum (II Tim. II). Horrebat tenebris carcer angustus, sed mens atria supernae claritatis inhabitans, beato lumine fruebatur: dicens cum Paulo: «Qui nos resuscitavit, et consedere fecit secum in coelestibus (Ephes. II).» Livebant membra plagis verberum, sed aiebat: «Licet is, qui foris est, noster homo corrumpatur; sed is, qui intus est, renovatur de die in diem (II Cor. IV).»

Cum talibus armatis noster Jesus ascendit in praelium, defuncto Moyse et Jordane transmisso, cessante scilicet veteris legis observantia et percepto baptismatis sacramento. «Lex enim et prophetae usque ad Joannem (Luc. XVI);» ut videlicet illic legi Veteris Testamenti finis occurreret, unde novae gratiae lavacrum profluendi ad salutem hominum originem inveniret. Jesus itaque ille Israelitica plebs dux, nostrum verum Jesum humani generis Salvatorem et vocabulo praefiguravit et facto. Mittitur ille ad perdendas gentium nationes; venit hic ad debellandas aereas potestates. Mittit ille Jericho duos exploratores (Jos. II), dirigit iste in hunc mundum sub ejusdem numeri sacramento suos praedicatores. «Misit, enim, testante Evangelista, binos ante faciem suam in omnem civitatem et locum quo erat ipse venturus (Luc. X).» Mittebantur illi, ut locorum situs sollicita curiositate perquirerent; missi sunt isti, ut venienti Jesu viam fidei in humanis cordibus praepararent. Illi in Rahab meretricis hospitio suscipiuntur (Jos. II); isti apud Ecclesiam gentium, quae cum idolis fornicata fuerat, requiescunt. Porro Rahab coccineum funiculum, sanguinei videlicet coloris, in fenestra propriae domus appendit; et sancta Ecclesia in fenestra suae domus quodammodo ruborem sanguinis ponit, dum et passionem Christi publice confitetur in voce, et signum crucis palam portat in fronte. Unde bene sponsus ad sponsam dicit in Canticis: «Sicut vitta coccinea labia tua, et eloquium tuum dulce (Cant. IV).» Quid enim labia sponsae, nisi doctores intelliguntur Ecclesiae. Coccus autem sanguinis habet ruborem, vel ignis speciem, quod significat charitatem.

Sermón XIX.

SOBRE SAN ANTIMO MÁRTIR. (11 DE MAYO)

Cuando recordamos las gestas triunfales del bienaventurado Antimo, hermanos carísimos, celebramos las victorias de Cristo triunfando en él. Pues él luchaba en él, él vencía, el cual tanto proporcionaba constancia de fe al ánimo, para que no cediera a los suplicios, como sugería palabras de vida a los labios, para que revocara a los infieles y perdidos del error de su antigua perfidia. «Pues no sois vosotros —dice— los que habláis, sino el Espíritu de vuestro Padre, el que habla en vosotros (Mt. X)». Se apretaba el cuerpo con las correas de las ataduras, pero la palabra de Dios no estaba ligada (II Tim. II). Horrorizaba por sus tinieblas la cárcel estrecha, pero la mente, habitando los atrios de la claridad superna, disfrutaba de la luz bienaventurada: diciendo con Pablo: «El cual nos resucitó, y nos hizo sentar con él en los cielos (Ef. II)». Lívidos estaban los miembros por las plagas de los azotes, pero decía: «Aunque nuestro hombre exterior se corrompa, el interior se renueva de día en día (II Cor. IV)».

Con tales armados nuestro Jesús subió al combate, muerto Moisés y atravesado el Jordán, cesando es decir la observancia de la ley antigua y percibido el sacramento del bautismo. «Pues la ley y los profetas hasta Juan (Lc. XVI)»; para que a saber allí ocurriera el fin de la ley del Antiguo Testamento, de donde el lavacro de la nueva gracia encontrara el origen de su fluir para la salvación de los hombres. Aquel Jesús [Josué] pues, guía de la plebe israelita, prefiguró a nuestro verdadero Jesús, Salvador del género humano, tanto en el vocablo como en el hecho. Aquel es enviado para perder a las naciones de los gentiles; este vino para debelar a las potestades aéreas. Aquel envía a Jericó dos exploradores (Jos. II), este dirige a este mundo bajo el sacramento del mismo número a sus predicadores. «Pues envió —atestiguando el evangelista— a dos antes de su faz a toda ciudad y lugar a donde él había de venir (Lc. X)». Aquellos eran enviados para que inquirieran los sitios de los lugares con solicita curiosidad; estos han sido enviados para que prepararan al Jesús que viene la vía de la fe en los corazones humanos. Aquellos son recibidos en el hospicio de Rajab la meretriz (Jos. II); estos descansan en la Iglesia de las naciones, que había fornicado con los ídolos. Por lo demás Rajab colgó un cordón de escarlata, a saber, de color sanguíneo, en la ventana de su propia casa; y la santa Iglesia pone en cierto modo el rubor de la sangre en la ventana de su casa, mientras tanto confiesa públicamente la pasión de Cristo con la voz, como porta abiertamente el signo de la cruz en la frente. De donde bien dice el esposo a la esposa en los Cánticos: «Como una cinta de escarlata tus labios, y tu hablar dulce (Cant. IV)». ¿Pues qué se entiende por los labios de la esposa, sino los doctores de la Iglesia? La escarlata sin embargo tiene el rubor de la sangre, o la apariencia del fuego, lo cual significa la caridad.

Labia ergo Ecclesiae, hoc est, praedicatores sancti, coccineae vittae sunt similes, quia mortem Christi praedicant, eumque pro charitate generis humani crucis subiisse patibulum constanter affirmant. Et bene per vittam coccineam praedicatorum ordo signatur. Vitta siquidem capillos ligat, in unumque constringit, et sancti doctores in unitatem fidei praedicatione sua fidelium colligunt multitudinem atque in unum redigunt sub mutuae charitatis compage decorem. Postremo quisquis extra domum illam inventus est, gladios non vitavit; quicunque etiam ab Ecclesiae limite, qui fides est, exterior fuerit, periculum procul dubio mortis incurrit.

Extra hanc domum sacrilegus ille Ceremon repertus est, qui acceptis ab imperiali tyrannide codicillis, dum contra Christianos vesana rabie fureret, eorumque necem cruentis dentibus esuriret, a daemonio repente correptus de vehiculo corruit, diuque vexatus, dum sanctos invocaret, quos ipse crudeliter laniaverat, exspiravit. Ad hanc domum Pinianus confugium fecit, qui mox ut per B. Anthimum verbum salutis audivit, credens in Christum, omnem molestiam desperati languoris quem patiebatur, evasit. Et bene factus transfuga, dum victoris Jesu castris applicuit, peregrinus in domesticum transiit, in Israeliticam haereditatem alienigena subintravit. In ore [opere] quippe beati martyris Anthimi, tanquam ex fenestra domus coccineus quodammodo funiculus dependebat, quia trophaeum crucis Christi omnibus innotescere [notum facere] non cessabat. Nec mirum videatur quia B. Anthimum et superius cum duce Jesu armatum venisse descripsimus, et nunc domus Rahab figuram tenere perhibemus. Quia, quod perspicuum est, et praedicatores et auditores, oves simul et arietes, intra unum congregantur ovile, sicut unum noscuntur habere Pastorem.

Praeterea B. Anthimus, cujus jam per multa certamina testabatur terra victorias, ut et in alio elemento nobilis ejus palma claresceret, in Tiberini gurgitis fluenta demersus est. Et ut artifex carnificum rabies nihil omitteret [dimitteret] intentatum, saxea corda gestantes, pondus alligant saxi, minus fidentes corporeae gravitati. Sed frustra lapidea moles aggravat quem penna meritorum levat. Aliena perversitas inaniter deprimit quem altipetax [sublimia petens] sanctitatis propriae virtus extollit. Felix ille vinctus, qui, dum humano solatio destituitur, ne pusillanimis fiat, angelitus visitatur. Felix, inquam, naufragus, qui, ut de voragine pelagi ad stationem littoris reportetur, non terreni remigis officio fruitur, sed coelestis nuntii vehiculo bajulatur. Angelus enim Domini veniens, ut in ipsa passionis ejus narratur historia, et vinculorum nexum solvit, et beatum martyrem ad oratorii sui [orationis suae] cellulam revocavit.

Los labios de la Iglesia pues, esto es, los predicadores santos, son semejantes a la cinta de escarlata, porque predican la muerte de Cristo, y afirman constantemente que él por la caridad del género humano sufrió el patíbulo de la cruz. Y bien se significa por la cinta de escarlata el orden de los predicadores. La cinta ciertamente liga los cabellos, y los constriñe en uno, y los santos doctores con su predicación reúnen la multitud de los fieles en la unidad de la fe y los reducen a una sola hermosura bajo el vínculo de la mutua caridad. Finalmente, quienquiera que fue encontrado fuera de aquella casa, no evitó las espadas; quienquiera también que estuviere fuera del límite de la Iglesia, que es la fe, sin duda alguna incurre en peligro de muerte.

Fuera de esta casa fue encontrado aquel sacrílego Ceremón, quien recibidos los codicilos de la tiranía imperial, mientras enfurecía contra los cristianos con rabia insana, y hambreaba la muerte de ellos con dientes cruentos, arrebatado de repente por un demonio cayó del vehículo, y largamente vejado, mientras invocaba a los santos que él mismo había despedazado cruelmente, expiró. A esta casa se refugió Piniano, quien tan pronto como oyó por el bienaventurado Antimo la palabra de la salvación, creyendo en Cristo, escapó de toda la molestia de la desesperada languidez que padecía. Y bien hecho tránsfuga (*transfuga*), mientras se aplicó a los campamentos del Jesús victorioso, pasó de peregrino a doméstico, y como alienígena subentró en la herencia israelita. Pues en la boca [obra] del bienaventurado mártir Antimo, como desde la ventana de la casa pendía en cierto modo un cordón de escarlata, porque no cesaba de dar a conocer a todos el trofeo de la cruz de Cristo. Ni parezca maravilla que hayamos descrito al bienaventurado Antimo arriba como habiendo venido armado con el guía Jesús, y ahora declaremos que tiene la figura de la casa de Rajab. Porque, lo que es perspicuo, tanto los predicadores como los oyentes, ovejas y carneros a la vez, se congregan dentro de un solo redil, así como se sabe que tienen un solo Pastor.

Además el bienaventurado Antimo, de cuyas victorias ya la tierra testificaba por muchos combates, para que también en otro elemento su noble palma resplandeciera, fue sumergido en las corrientes del río Tíber. Y para que la rabia artífice de los verdugos nada dejara sin intentar, gestando corazones pétreos, le atan el peso de una piedra, confiando menos en la gravedad corporal. Pero en vano la mole de piedra agrava a quien la pluma de los méritos eleva. La ajena perversidad inútilmente deprime a quien la virtud de su propia santidad, que busca lo sublime (*altipetax*), ensalza. Feliz aquel atado que, mientras es destituido del consuelo humano, para que no se vuelva pusilánime, es visitado por un ángel. Feliz, digo, el náufrago que, para ser devuelto de la vorágine del piélago a la estación de la playa, no disfruta del oficio de un remero terreno, sino que es portado por el vehículo de un mensajero celestial. Pues el ángel del Señor viniendo, como se narra en la misma historia de su pasión, tanto soltó el vínculo de las cadenas, como revocó al bienaventurado mártir a la celda de su oratorio.

Imitemur hunc egregium virum, dilectissimi, sancte vivendo, carnis incentiva frenando, mundi gloriam contemnendo. Beati nos martyres in operatione praecedant, ut sancti angeli nobis in tribulatione succurrant. Delicatus siquidem miles est, qui ante vult triumphare quam arma conserere, prius triturare quam rura proscindere.

Considerato nempe ordine Scripturarum rite perpenditur nostrarum series actionum. Prius enim lex, deinde judicium, postremo subsequitur historia regum. Nunc sane nos expedit indicta nobis divinae legis mandata servare, postea compellimur ante tribunal tremendi Judicis rationem de nostris operibus reddere, postremo dabitur in illa supernae claritatis gloria sine fine regnare. Teneat ergo ordinem, qui vitare vult Babylonem. Ille nimirum vitae suae ordinem vivendo confundit, qui ante vult ridere quam fleat: Cum Salomon dicat: «Tempus flendi, et tempus ridendi (Eccle. III).» Ille etiam recti ordinis lineam deserit, qui creatis rebus Creatorem omnium in amore postponit. Sicut perverso homini divina voce dicitur: «Posuisti me post corpus tuum (III Reg. XIV).» Deum quippe post corpus suum ponit qui magis studet utilitati vel voluptati carnis suae consulere, quam Dei praecepta servare. Hinc est quod Sponsa dicit in Canticis: «Introduxit me rex in cellam vinariam, ordinavit in me charitatem (Cant. II).» Non ait: dedit, quam non reperit; sed ordinavit, quam inordinatam invenit. Nonnulli namque in principali cordis sui loco habent uxores, filios, praedia, vel honores; in secundo autem quodammodo Deum ponunt, dum eum minus diligunt. Ii nimirum videntur quidem habere charitatem, sed inordinatam; nec illum servant ordinem charitatis, quem Veritas ipsa disposuit, cum dicit: «Diligere Deum ex toto corde, hoc esse maximum primumque mandatum; secundum autem simile esse huic, ut diligat proximum (Matth. XXII).» Non ergo se jactet quis habere charitatem, si ordinata non est, sicut nec etiam fidem, si sine operibus ac per hoc otiosa est (Jac. II).

Legitur enim quia Salomoni fuerunt uxores quasi reginae septingentae et concubinae trecentae (III Reg. XI). Quid autem mihi cum Gynaeceo Salomonis? Sed excussa palea verborum invenitur in medulla mysterium. Quid enim per septingentas, quae uxores simul et reginae memorantur, nisi illae intelliguntur animae, quae et septiformis habent gratiae Spiritum, et super resultantium vitiorum motus quasi regalem obtinent principatum? Quid autem per trecentas easdemque concubinas, nisi illae animae figurantur, quae per solam sanctae Trinitatis fidem, thalamum quidem regis ingressae sunt, sed castae conversationis et quodammodo matronalis pudicitiae munditiam non habentes, dotales uxorum tabulas non merentur? Hae nimirum et Salomoni per carnale commercium junctae sunt; quia Salvatoris nostri veri pacifici sacramenta percipiunt, et tamen per degenerem lenocinantis vitae torporem, nec habentes uni viro pudoris affectum, ad nuptialis foederis dotalitium non assurgunt.

Imitemos a este egregio varón, amadísimos, viviendo santamente, frenando los incentivos de la carne, despreciando la gloria del mundo. Los bienaventurados mártires nos precedan en la operación, para que los santos ángeles nos socorren en la tribulación. Ciertamente es un soldado delicado el que quiere triunfar antes que entablar el combate, trillar antes que labrar los campos.

Considerada ciertamente según el orden de las Escrituras, se pondera rectamente la serie de nuestras acciones. Pues primero la ley, luego el juicio, y finalmente sigue la historia de los reyes. Ahora verdaderamente nos conviene guardar los mandatos de la ley divina que se nos han prescrito; después nos vemos compelidos a dar razón de nuestras obras ante el tribunal del terrible Juez; finalmente se nos dará reinar sin fin en aquella gloria de la claridad suprema. Mantenga, pues, el orden quien quiera evitar a Babilonia. Sin duda confunde el orden de su vida al vivir quien quiere reír antes de llorar, diciendo Salomón: «Tiempo de llorar, y tiempo de reír (Ecl. 3)». También deserta de la línea del recto orden quien pospone al Creador de todas las cosas en el amor a las cosas creadas. Como se dice al hombre perverso por la voz divina: «Me pusiste detrás de tu cuerpo (III Rey. 14)». Pues pone a Dios detrás de su cuerpo quien más estudia consultar la utilidad o el placer de su carne que guardar los preceptos de Dios. De aquí es que la Esposa dice en los Cánticos: «Me introdujo el rey en la bodega, ordenó en mí la caridad (Cant. 2)». No dice: dio, la cual no encontró; sino que ordenó, la cual encontró desordenada. Pues algunos tienen en el lugar principal de su corazón esposas, hijos, predios u honores; pero en segundo lugar ponen en cierto modo a Dios, mientras lo aman menos. Estos ciertamente parecen tener caridad, pero desordenada; ni guardan aquel orden de la caridad que la misma Verdad dispuso cuando dice: «Amar a Dios con todo el corazón, que este es el máximo y primer mandamiento; y el segundo es semejante a este, que ame al prójimo (Mt. 22)». Por tanto, no se jacte nadie de tener caridad si no está ordenada, así como tampoco fe, si es sin obras y por esto ociosa (St. 2).

Se lee en efecto que Salomón tuvo esposas como reinas, setecientas, y trescientas concubinas (III Rey. 11). ¿Pero qué tengo yo que ver con el Gineceo de Salomón? Pero sacudida la paja de las palabras se encuentra en la médula el misterio. ¿Pues qué por las setecientas, que son mencionadas a la vez esposas y reinas, sino que se entienden aquellas almas que tienen tanto el Espíritu de la gracia septiforme, como obtienen sobre los movimientos de los vicios resultantes como un principado real? ¿Y qué por las trescientas mismas concubinas, sino que se figuran aquellas almas que, por la sola fe de la santa Trinidad, han entrado ciertamente en el tálamo del rey, pero no teniendo la limpieza de la conducta casta y de una suerte de pudicicia matronal, no merecen las tablas dotales de las esposas? Estas ciertamente se unieron a Salomón por el comercio carnal; porque perciben los sacramentos de nuestro Salvador verdadero pacífico, y sin embargo, por el degenerado torpor de una vida de lenocinio, no teniendo el afecto del pudor hacia un solo varón, no se elevan al dotalicio del pacto nupcial.

Enimvero illae animae uxorio ac regali nomine dignae sunt, quae in solo coelestis Sponsi desiderio requiescunt, quae infoederabiliter contra malignorum spirituum tentamenta confligunt. Sicut de eodem Salomone Scriptura testatur: «Quia alienigenas quosque tributarios fecit; de filiis autem Israel non constituit rex servire quemquam, sed erant viri bellatores, et ministri ejus, et principes, et duces, et praefecti curruum et equorum (III Reg. IX).» Ubi patenter ostenditur quae inter concubinas distantia sit et reginas. Quid differat inter eos qui servi peccati durae exactionis tributa persolvunt, et eos qui per sedata bella certaminum principatuum infulas sortiuntur. Inter hos sane principes, et coelestis militiae bellatores, B. Anthimus insignis enituit, qui et cruentis impiorum manibus in persecutione non cessit, et in pace positus, insurgentium portenta vitiorum spiritali virtutum mucrone truncavit. Carnis suae membra tormentis exposuit, interioris hominis viscera illaesa servavit. Caput non timuit ferienti gladio subdere, ut Christo capiti mereretur inseparabiliter adhaerere. Erat enim in eo fides, non quae mortua esset in semetipsa, sed quae per dilectionem operabatur. Quorumdam plane fides est vana, flaccida, praetendens quidem in superficie similitudinem, non autem habens intrinsecus veritatem.

Horum porro tenuere figuram qui olim de populo Ephraim venientes ad vada Jordanis, dum nescirent exprimere sebboleth (Judic. XII), sed jebboleth [scibbolet. sibbolet] potius tanquam peregrina lingua proferrent, Galaaditarum gladiis caesi sunt. Quid enim per Jordanem, in quo Salvator noster baptizari dignatus est, nisi baptismus? Quid vero per sebboleth, quae interpretatur spica, nisi fides est intelligenda? Sicut enim spica victum praebet hominibus, ita et de fide dicitur; «quia justus ex fide vivit (Hab. II; Rom. I).» Et sicut spica multa in suis aristis grana recondit, ita et symbolum nostrae confessionis plurima in se fidei semina colligit. Venientes itaque ad Jordanem Ephrataei consuluntur a Galaaditis quomodo spicam exprimant; venientes etiam ad baptismi lavacrum catechumeni inquiruntur a sacerdotibus qualiter credant. Et quoniam Galaad interpretatur acervus testimonii, recte per Galaaditas sacerdotes Ecclesiae intelliguntur, qui praedicationibus suis opera divina testantur. Per Ephraim vero, qui fecunditatem sonat, illi designantur qui idcirco ad fidei perveniunt spicam ut proventum fecunditatis per boni operis segetem proferant. Sicut ergo ii qui ad Jordanem veniunt, spicam quidem intelligunt, sed quia exprimere nesciunt, moriuntur; ita et qui fontem baptismatis expetunt, a vita funditus decidunt, nisi fidem ipsam, quam edocti sunt credere, studuerint etiam bonorum operum enuntiatione proferre. Ita nimirum alterum pendet ex altero, ut semen fidei exsurgere debeat in spicam operationis. Quod et Salvator noster evidenter ostendit.

En verdad aquellas almas son dignas del nombre uxorio y real, las cuales descansan en el solo deseo del Esposo celestial, las cuales luchan inconfederablemente contra las tentaciones de los espíritus malignos. Como de aquel mismo Salomón testifica la Escritura: «Porque hizo tributarios a todos los extranjeros; pero de los hijos de Israel no constituyó el rey que sirviera ninguno, sino que eran varones guerreros, y sus ministros, y príncipes, y duques, y prefectos de los carros y de los caballos (III Rey. 9)». Donde patentemente se muestra qué distancia hay entre las concubinas y las reinas. Qué difiere entre los que como siervos del pecado pagan los tributos de la dura exacción, y los que por las guerras sosegadas de los combates sortean las ínfulas de los principados. Entre estos príncipes ciertamente, y guerreros de la milicia celestial, el bienaventurado Antimo brilló insigne, quien ni cedió a las cruentas manos de los impíos en la persecución, y puesto en paz, truncó los portentos de los vicios insurgentes con el mucrón espiritual de las virtudes. Expuso los miembros de su carne a los tormentos, guardó ilesas las vísceras del hombre interior. No temió someter la cabeza al gladiador que hería, para que mereciera adherirse inseparablemente a Cristo cabeza. Pues había en él fe, no la que estuviera muerta en sí misma, sino la que obraba por la dilección. De algunos la fe es ciertamente vana, flaccida, pretendiendo ciertamente en la superficie la semejanza, pero no teniendo intrínsecamente la verdad.

Además, mantuvieron la figura de aquellos que antiguamente, viniendo del pueblo de Efraín a los vados del Jordán, como no supieran expresar *shibboleth* (Juec. 12), sino que proferían antes *sibboleth* como con lengua extranjera, fueron pasados por las espadas de los galaaditas. ¿Pues qué se entiende por el Jordán, en el cual nuestro Salvador se dignó ser bautizado, sino el bautismo? ¿Y qué por *shibboleth*, que se interpreta como espiga (*spica*), sino que debe entenderse la fe? Pues así como la espiga ofrece alimento a los hombres, así también se dice de la fe: «que el justo vive de la fe (Hab. 2; Rom. 1)». Y así como la espiga esconde muchos granos en sus aristas, así también el símbolo de nuestra confesión recoge en sí muchísimas semillas de la fe. Así pues, los efrateos que vienen al Jordán son consultados por los galaaditas sobre cómo expresan la espiga; también los catecúmenos que vienen al lavacro del bautismo son interrogados por los sacerdotes sobre cómo creen. Y puesto que Galaad se interpreta como «acervo del testimonio», rectamente por los galaaditas se entienden los sacerdotes de la Iglesia, que con sus predicaciones testifican las obras divinas. Por Efraín en verdad, que suena a «fecundidad», se designan aquellos que por eso llegan a la espiga de la fe para que profieran el fruto de la fecundidad por la mies de la buena obra. Por tanto, así como aquellos que vienen al Jordán entienden ciertamente la espiga, pero porque no saben expresarla, mueren; así también los que buscan la fuente del bautismo caen fundadamente de la vida, a menos que procuren proferir esa misma fe que se les enseñó a creer, también por la enunciación de las buenas obras. Así ciertamente lo uno depende de lo otro, de modo que la semilla de la fe debe surgir en espiga de operación. Lo cual también nuestro Salvador mostró evidentemente.

Nam cum praeciperet discipulis, dicens: «Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, protinus addidit: Docentes eos servare omnia quaecunque mandavi vobis (Matth. XXVIII).» Ac si aperte dicat: Semen fidei in cordibus hominum serite, et mox mandatorum germinantium spicam qualiter operationis lingua exprimere debeant, edocete, ne soloecismum faciant in spica operis, qui se de monte Ephraim, hoc est, de celsitudine esse testantur ecclesiasticae fecunditatis.

Quapropter, dilectissimi, caveamus ne fides nostra superducto nos solius professionis colore decipiat, et tanquam inanis spica, vacantibus culmis, absque dilectionis medulla follescat. Imitemur fidem martyrum, per quam, vincentes regna terrarum, adepti sunt praemia promissa coelorum (Hebr. XI), Sit ergo fides nostra solida, sit vera, sit robusta, ut nunc eundo per fidem, perveniamus ad speciem, videndo per aenigmatis speculum (I Cor. XIII), quandoque perducamur ad ipsius summae veritatis obtutum, ubi nunc beatus martyr Anthimus, deposita sarcina corruptibilis carnis, stolam adeptus est angelicae claritatis. Ecce enim inter ignitos supernae Hierusalem lapides emicat: ecce inter purpuratas martyrum legiones victor et coronatus exsultat. Consummato quippe gloriosi certaminis cursu, eumdem ipsum in praemio beatae renumerationis accepit qui factus est et pretium cum redemit, Jesum Christum Dominum nostrum, qui cum Deo Patre et Spiritu sancto vivit et regnat per omnia saecula saeculorum. Amen.

Sermo XX.

DE SANCTO BONIFACIO MARTYRE (XIV MAII).

Beati Bonifacii gloriosa festivitas, fratres mei, dum cunctis Christi fidelibus commune fit gaudium, specialiter tamen peccatoribus ad promerendam veniam certae spei tribuit incrementum. Nam cum vitae ejus ac beatae consummationis gesta percurrimus, quid aliud invenimus quam quia stipula tartari, cedrus facta est paradisi? Atque, ut ita fatear, torris inferni factus est splendidum sidus coeli. De lupanari siquidem prodiit praeliaturus ad stadium, de stadio suspenditur ad tormentum, de tormento ducitur ad gladium, de gladio sublevatur victor et coronatus ad coelum. Per gradus nempe peccator iste ad vitam rediit, quia et per quosdam gradus is qui sine peccato est (I Petr. II), ad nostrae mortalitatis ima descendit. Hinc est quod ex persona sanctae Ecclesiae per Salomonem dicitur: «Ecce iste venit saliens in montibus, et transiliens colles (Cant. II).» Salvator etenim noster quasi quosdam saltus exhibuit, cum ad redimendum genus humanum venit.

Pues cuando mandó a los discípulos diciendo: «Id, enseñad a todas las gentes, bautizándolas en el nombre del Padre, y del Hijo, y del Espíritu Santo», añadió prontamente: «Enseñándoles a guardar todas las cosas que os he mandado (Mt. 28)». Como si dijera abiertamente: Sembrad la semilla de la fe en los corazones de los hombres, y pronto enseñad cómo deben expresar con la lengua de la operación la espiga de los mandamientos germinantes, para que no cometan solecismo en la espiga de la obra quienes testifican que son del monte Efraín, esto es, de la celsitud de la fecundidad eclesiástica.

Por lo cual, amadísimos, guardémonos de que nuestra fe nos engañe con el color de la sola profesión superpuesto, y como espiga vana, con tallos vacantes, se marchite sin la médula de la caridad. Imitemos la fe de los mártires, por la cual, venciendo los reinos de las tierras, alcanzaron los premios prometidos de los cielos (Heb. 11). Sea, pues, nuestra fe sólida, sea verdadera, sea robusta, para que ahora yendo por la fe, lleguemos a la especie, viendo por el espejo del enigma (1 Cor. 13), y alguna vez seamos conducidos al aspecto de la misma suma verdad, donde ahora el bienaventurado mártir Antimo, depuesta la carga de la carne corruptible, ha alcanzado la estola de la claridad angélica. Pues he aquí que entre las piedras ígneas de la Jerusalén suprema brilla: he aquí que entre las legiones purpúreas de los mártires exulta vencedor y coronado. Consumado en efecto el curso del glorioso certamen, recibió en el premio de la bienaventurada remuneración a ese mismo que fue hecho también precio cuando lo redimió, Jesucristo nuestro Señor, que con Dios Padre y el Espíritu Santo vive y reina por todos los siglos de los siglos. Amén.

Sermón XX.

DE SAN BONIFACIO MÁRTIR (14 DE MAYO).

La gloriosa festividad del bienaventurado Bonifacio, hermanos míos, al tiempo que se hace gozo común para todos los fieles de Cristo, otorga sin embargo especialmente a los pecadores un incremento de esperanza cierta para merecer el perdón. Pues cuando recorremos las gestas de su vida y de su bienaventurada consumación, ¿qué otra cosa encontramos sino que la estopa del tártaro (*tartari*) se convirtió en cedro del paraíso? Y, si así puedo confesarlo, el tizón del infierno se convirtió en espléndida estrella del cielo. De un lupanar (*lupanari*) en efecto salió para luchar en el estadio; del estadio es suspendido para el tormento; del tormento es llevado a la espada; de la espada es elevado vencedor y coronado al cielo. Ciertamente por grados este pecador volvió a la vida, porque también por ciertos grados Aquel que está sin pecado (1 Pe. 2) descendió a lo profundo de nuestra mortalidad. De aquí es que por la persona de la santa Iglesia se dice a través de Salomón: «He aquí que él viene saltando en los montes, y saltando sobre los collados (Cant. 2)». Pues nuestro Salvador exhibió como ciertos saltos cuando vino a redimir al género humano.

De coelo quippe venit in uterum Virginis, de utero venit in praesepe, de praesepe transit ad circumcisionem, de circumcisione ad templum, de templo ad baptismum, de baptismo ad crucem, de cruce ad mortem, de morte ad sepulcrum, postremo etiam descendit in infernum, ut inde sanctos suos erueret, quos ad coelestem gloriam calcato mortis imperio revocaret. Plane, ut nos post se currere faceret, istos pro nobis gradus manifestata per carnem Veritas ad nos descendendo disposuit, et quodammodo cujusdam mystici horologii sol justitiae Christus haec ad nos se inclinando momenta distinxit. Qui nimirum exsultavit ut gigas ad currendam viam (Psal. XVIII), ut nos ei ex corde diceremus: «Trahe me post te, curremus in odorem uguentorum tuorum (Cant. I).»

Et fortasse isti sunt gradus illius horologii, in quo rex Ezechias umbram reverti decem lineis petiit. Quod videlicet Isaias propheta in signum recuperandae salutis illius Dominum invocans protinus impetravit (Isa. XXXVIII). Descenderat itaque sol emensis jam decem gradibus horologii, sed per eosdem gradus iterum rediit. Quod videlicet signum esset, per quod se rex Ezechias saluti pristinae restituendum esse confideret. Enimvero nec genus humanum ad incolumitatem quam amiserat, de sui languoris aegrotatione convaluit, quandiu lux vera Christus decem eos quos enumeravimus mystici horologii gradus ad occasum se humiliando percurrit. Quanquam per umbram decem graduum et aliter supernae dispensationis possumus intelligere sacramentum. Diversitates quippe temporum quasi quaedam distinctiones sunt in horologio linearum. Soli namque justitiae Christo primus ad nos descensionis gradus fuit de Deo in angelum. Unde est quod et per Isaiam magni consilii Angelus dicitur (Isai. IX). Et qui cum Jacob loquebatur Deus, angelus nuncupatur. Hinc est quod per eumdem Jacob dicitur: «Dixit angelus Domini ad me in somnis: Ego sum Deus Bethel, ubi unxisti lapidem et votum vovisti mihi (Gen. XXXI).» Nimirum, ut idem ipse qui loquitur, et Deus simul et angelus ostendatur. Secundus descensionis gradus fuit in patriarchis, per quos scilicet ipse Dominus unius Dei cultum ac verae fidei fundamenta constituit. Tertius in promulgatione legis, quam et ipse prius audiente populo protulit, et postmodum in lapideis tabulis proprio digito exarante descripsit. Quartus in Jesu Nave, in quo sicut nomine sic et opere degens in terram repromissionis populum introduxit. Quintus fuit gradus in judicibus, per quos nimirum Israeliticam plebem et ipse regebat. Sextus in regibus Judaeorum, quia in eis principaliter ipse regnabat. Septimus in prophetis, quia per eos ipse et annuntiatus est et locutus. Octavus in pontificibus, in quibus ipse, qui summus est Pontifex, veri et aeterni sui sacerdotii mysterium figuravit. Nonus autem gradus designatus est in homine. Decimus in passione.

Pues del cielo vino al útero de la Virgen, del útero vino al pesebre, del pesebre pasa a la circuncisión, de la circuncisión al templo, del templo al bautismo, del bautismo a la cruz, de la cruz a la muerte, de la muerte al sepulcro, finalmente también descendió al infierno para rescatar de allí a sus santos, a quienes revocara a la gloria celestial una vez hollado el imperio de la muerte. Claramente, para hacernos correr tras él, la Verdad manifestada por la carne dispuso estos grados para nosotros descendiendo hacia nosotros, y Cristo, Sol de justicia, distinguió estos momentos inclinándose hacia nosotros, como de un cierto reloj místico. El cual ciertamente exultó como gigante para correr la vía (Sal. 18), para que nosotros le dijéramos de corazón: «Atráeme en pos de ti, correremos al olor de tus ungüentos (Cant. 1)».

Y tal vez estos son los grados de aquel reloj, en el cual el rey Ezequías pidió que la sombra retrocediera diez líneas. Lo cual ciertamente el profeta Isaías, invocando al Señor en señal de la salud que se habría de recuperar, obtuvo prontamente (Is. 38). Pues el sol había descendido recorridos ya los diez grados del reloj, pero por los mismos grados volvió de nuevo. Lo cual ciertamente era una señal por la que el rey Ezequías confiara en que habría de ser restituido a su salud primigenia. En verdad ni el género humano convaleció de la enfermedad de su languidez hacia la salud que había perdido, mientras la luz verdadera, Cristo, recorrió esos diez grados del reloj místico que hemos enumerado, humillándose hacia el ocaso. Aunque por la sombra de los diez grados podemos entender de otro modo el sacramento de la superna dispensación. Pues las diversidades de los tiempos son como ciertas distinciones de las líneas en el reloj. Pues para Cristo, Sol de justicia, el primer grado de descenso hacia nosotros fue de Dios en ángel. De donde es que también por Isaías es llamado Ángel del gran consejo (Is. 9). Y el Dios que hablaba con Jacob es llamado ángel. De aquí es que por el mismo Jacob se dice: «Dijo el ángel del Señor a mí en sueños: Yo soy el Dios de Betel, donde ungiste la piedra y me hiciste un voto (Gén. 31)». Sin duda para que el mismo que habla se muestre a la vez Dios y ángel. El segundo grado de descenso fue en los patriarcas, por los cuales ciertamente el mismo Señor constituyó el culto de un solo Dios y los fundamentos de la verdadera fe. El tercero en la promulgación de la ley, la cual él mismo primero profirió oyéndolo el pueblo, y después describió en tablas de piedra con su propio dedo esculpiendo. El cuarto en Josué (Jesu Nave), en quien, así en el nombre como en la obra, viviendo introdujo al pueblo en la tierra de promisión. El quinto grado fue en los jueces, por los cuales ciertamente él mismo regía a la plebe israelita. El sexto en los reyes de los judíos, porque en ellos principalmente él mismo reinaba. El séptimo en los profetas, porque por ellos él mismo fue anunciado y habló. El octavo en los pontífices, en los cuales él mismo, que es el sumo Pontífice, figuró el misterio de su verdadero y eterno sacerdocio. El noveno grado fue designado en el hombre. El décimo en la pasión.

Per hos itaque decem gradus, quasi per umbram Veteris Testamenti, sol justitiae Christus in nostrae mortalitatis descendit occasum, et per eos iterum post resurrectionem suam in coelum victor ascendit, omnemque illam vetustae legis umbram veritatis suae ac novae gratiae radiis illustravit, obscura revelans, clausa reserans, et omnia sub velamine litterae tecta denudans. Et sicut tunc sol lineatim quidem ac morose processerat, repente autem ad ortus sui est reversus originem; sic nimirum, sic Redemptor noster ea quae de incarnationis suae mysterio per longa temporum intervalla signaverat, in sola resurrectionis atque ascensionis suae gloria subito patefecit. Non ergo mirum, si B. Bonifacius quibusdam gradibus pertingere meruit ad coronam, quandoquidem et Auctor salutis humanae pro charitate nostra, velut per quasdam dispensationis suae lineas, descendit ad poenam. Descendit hic ad occasum, ut ille rediret ad ortum. Pertulit Dominus vesperam temporalitatis nostrae, ut nos reduceret ad lumen in occiduum perennitatis suae. Sed considerandum est, fratres mei, quomodo B. Bonifacium inter ipsas reprobae vitae tenebras sanctitatis igniculus non deseruit, sed tandiu illum in minimis fovit, donec ad magna perduxit. Erat enim, sicut in gestorum ejus continetur historia, ebriosus et adulter, et omnium vitiorum amicus quae odit Deus.

Audivimus obscurissimas tenebras pravitatis, videamus etiam sublucere vel tenuem scintillulam rectitudinis. Habebat, inquit, hospitalitatem, largitatem et misericordiam; quae tamen tria unum sunt, et unius membra sunt charitatis. Sequitur adhuc historia, et quod breviter praemisit, exponit: qui si aliquando, inquit, videret peregrinum, aut de itinere venientem, cum omni festinatione et alacritate hortabatur hospitium suum ingredi, et ministrabat ei; noctibus autem circuibat plateas et vicos civitatis, tribuens eis quae necessaria erant. Ecce inter densissima horrescentium dumeta spinarum, etsi rara, tamen inventa sunt lilia floresque virtutum. Et multae sunt plagae, quae volucrem Domini terratenus aggravant; paucae pennae, quae levant. Sed facile est medico animarum Deo patentia vulnera tenui medicamento componere, et ubi sanum quid reperit, caetera, quae circumquaque putrida sunt, ad salutem pristinam revocare. Porro autem, sicut mari possibile est unius hominis corpus abluere, ita Deo perfacile est, quantumlibet lapsi, quantumlibet peccatoris hominis animam ab omni reatus squalore purgare.

Por estos diez grados, pues, como por la sombra del Antiguo Testamento, Cristo, Sol de justicia, descendió al ocaso de nuestra mortalidad, y por ellos de nuevo después de su resurrección ascendió vencedor al cielo, e ilustró toda aquella sombra de la antigua ley con los rayos de su verdad y de la nueva gracia, revelando lo oscuro, abriendo lo cerrado, y denudando todo lo cubierto bajo el velo de la letra. Y así como entonces el sol había procedido línea a línea y morosamente, pero de repente volvió al origen de su orto; así ciertamente, así nuestro Redentor manifestó súbitamente aquellas cosas que sobre el misterio de su encarnación había significado por largos intervalos de tiempo, en la sola gloria de su resurrección y ascensión. No es, pues, maravilla si el bienaventurado Bonifacio mereció llegar por ciertos grados a la corona, dado que también el Autor de la salvación humana, por nuestra caridad, como por ciertas líneas de su dispensación, descendió a la pena. Descendió este al ocaso, para que aquel volviera al orto. Soportó el Señor la víspera de nuestra temporalidad, para que nos redujera a la luz en la perennidad sin ocaso de la suya. Debe considerarse, hermanos míos, cómo entre las mismas tinieblas de la vida réproba el fueguecillo de la santidad no abandonó al bienaventurado Bonifacio, sino que lo fomentó tanto tiempo en lo pequeño, hasta que lo condujo a lo grande. Pues era, como se contiene en la historia de sus gestas, ebrioso y adúltero, y amigo de todos los vicios que Dios odia.

Hemos oído las oscurísimas tinieblas de la depravación, veamos también relucir incluso una tenue centellita de rectitud. Tenía, dice, hospitalidad, largueza y misericordia; las cuales tres cosas sin embargo son una sola, y son miembros de una sola caridad. Sigue todavía la historia, y lo que brevemente premisó, lo expone: quien si alguna vez, dice, veía a un peregrino, o a quien venía de camino, con toda festinación y alacridad lo exhortaba a entrar en su hospicio, y le ministraba; por las noches en cambio recorría las plazas y barrios de la ciudad, atribuyéndoles lo que les era necesario. He aquí entre los densísimos matorrales de horrendas espinas, aunque raros, sin embargo se han encontrado lirios y flores de virtudes. Y muchas son las plagas que agravan al ave del Señor hacia la tierra; pocas las plumas que la elevan. Pero es fácil para Dios, médico de las almas, componer las heridas patentes con un tenue medicamento, y donde encuentra algo sano, revocar a la salud primigenia lo demás que está pútrido a su alrededor. Por lo demás, así como es posible al mar lavar el cuerpo de un solo hombre, así es facilísimo para Dios purgar de todo escuálido reato el alma de un hombre, por muy caído, por muy pecador que sea.

Sed sicut quis quandiu in monte consistit, marinis fluctibus non abluitur, ita peccator quandiu in tumore superbiae perseverat, licet larga sit, divinae pietatis eum abundantia non expurgat. Accedat ergo per poenitentiam ad fontem misericordiae, qui desiderat ablui a contagiis culpae. Et qui sibi a Deo fieri misericordiam postulat, ipse quoque misericordiae viscera proximis indigentibus clementer impendat. Videtis, fratres charissimi, quia beatum hunc Bonifacium de tot flagitiis quae commisit, solum opus misericordiae liberavit. Ut non modo peccatorum nexus evaderet, sed etiam insignibus victoriae titulis ad felicem martyrii gloriam perveniret. Et quidem non erat dignus ut a Deo susciperetur, sed dando sua, promeruit ut semetipsum Deo sacrificium daret, et, qui eatenus carnaliter vixerat, spiritualem se hostiam in odorem suavitatis offerret.

Nonnulli namque prius semetipsos offerunt, postmodum sua. Sicut de primi parentis filio scriptum est: «Respexit Dominus ad Abel et ab munera ejus (Gen. IV).» Sicut enim Abel semetipsum Deo prius obtulerat, et postmodum munera offerebat, ita et Dominus prius ad ipsum, deinde ad ejus munera respexisse perhibetur. Nonnulli vero in primis quae sua sunt offerunt, deinde semetipsos, meritis adjuvantibus, superaddunt. Sicut Cornelius ille centurio, qui gentilis adhuc eleemosynis et orationibus institit. Quibus videlicet suffragantibus, ad baptismi postmodum sacramenta pervenit. Cui profecto angelus, necdum percepta regenerationis gratia, dixit: «Orationes tuae et eleemosynae tuae ascenderunt in memoriam in conspectu Domini, et nunc mitte viros in Joppen, et accersi Simonem Petrum. Hic dicet tibi quid te oporteat facere (Act. X).» Ac si perspicue diceret: jam Deo quae tua sunt obtulisti, de caetero nihil superest, nisi ut et ipse debeas munus longe praestantius tuis muneribus superaddi, tuisque te facultatibus possessor adjicias, ut unum ex omnibus, non jam sacrificium, sed holocaustum, potius fiat.

Ad hujus igitur centurionis exemplum B. Bonifacius prius dedit sua, postmodum se; quia juxta praeceptum legis (Exod. XII), agnum innocentiae in suis gregibus reperire non potuit, haedum poenitentiae semetipsum offerre curavit. Agnum siquidem innocentes, haedum offerunt peccatores. Nec mirum si quilibet sanctus post peccata conversus, haedus dicitur, cum et ipse qui de coelo pro peccatoribus venit, per hircum dignatus est figurari.

Pero así como uno mientras consiste en un monte no es lavado por los flujos marinos, así el pecador mientras persevera en el tumor de la soberbia, aunque sea grande, no lo expurga la abundancia de la divina piedad. Acceda pues por la penitencia a la fuente de la misericordia quien desea ser lavado de los contagios de la culpa. Y quien pide que se le haga misericordia por Dios, él mismo también impenda clementemente las vísceras de la misericordia sobre los prójimos indigentes. Veis, hermanos carísimos, que al bienaventurado Bonifacio de tantos flagracia que cometió, solo la obra de la misericordia lo libró. Para que no solo escapara de los nexos de los pecados, sino que también llegara con insignes títulos de victoria a la feliz gloria del martirio. Y ciertamente no era digno de que fuera recibido por Dios, pero dando lo suyo, promeritó darse a sí mismo como sacrificio a Dios, y, quien hasta entonces había vivido carnalmente, ofrecerse como hostia espiritual en olor de suavidad.

Pues algunos primero se ofrecen a sí mismos, después lo suyo. Como está escrito del hijo del primer padre: «Miró el Señor a Abel y a sus dones (Gén. 4)». Pues como Abel se había ofrecido a sí mismo a Dios primero, y después ofrecía los dones, así también se dice que el Señor miró primero hacia él, y después hacia sus dones. Algunos en cambio primero ofrecen las cosas que son suyas, después se superañaden a sí mismos, ayudando los méritos. Como aquel centurión Cornelio, quien siendo todavía gentil insistió en limosnas y oraciones. Con las cuales ciertamente sufragando, llegó después a los sacramentos del bautismo. A quien ciertamente el ángel, no percibida todavía la gracia de la regeneración, dijo: «Tus oraciones y tus limosnas han ascendido en memoria en el acatamiento del Señor; y ahora envía varones a Joppe, y haz venir a Simón Pedro. Él te dirá lo que te conviene hacer (Hech. 10)». Como si dijera perspicuamente: ya ofreciste a Dios lo que es tuyo, por lo demás nada resta, sino que también tú debas ser superañadido como don mucho más excelente a tus dones, y tú te añadas como poseedor a tus facultades, para que de todo se haga uno solo, no ya sacrificio, sino más bien holocausto (*holocaustum*).

Al ejemplo de este centurión, pues, el bienaventurado Bonifacio primero dio lo suyo, después a sí mismo; porque según el precepto de la ley (Éx. 12), no pudo encontrar el cordero de la inocencia en sus rebaños, procuró ofrecerse a sí mismo como cabrito de la penitencia. Pues el cordero lo ofrecen los inocentes, el cabrito lo ofrecen los pecadores. Ni es maravilla si cualquier santo convertido después de los pecados es llamado cabrito, cuando aquel mismo que vino del cielo por los pecadores se dignó ser figurado por el macho cabrío.

Unde est quod in Levitico pontifex viventem hircum hoc modo jubetur offerre, ut posita super caput ejus utrasque manu, confiteatur omnes iniquitates filiorum Israel, et universa delicta atque peccata eorum, quae imprecans capiti ejus, emittat illum in desertum (Lev. XXVI [XVI]). Quid est autem hircum utrique manui pontificis subjici, nisi Filium hominis in similitudinem carnis peccati (Rom. VIII) venientem per voluntatem Dei, utriusque populi, Judaici videlicet et gentilis, persecutione gravari? Plane utriusque se voluit manibus subjacere, qui de jugo diaboli utrumque venerat populum liberare. Quid vero est quod post confessionem atque imprecationem omnium iniquitatum filiorum Israel super capita ejus hircus mittitur in desertum, nisi quia is qui peccata nostra portavit, qui legis maledicta sustinuit, protinus in desertum, ubi nonaginta novem reliquerat, ovem centesimam reportavit? (Matth. XVIII.) Unde et Apostolus: «Ut nos, inquit, liberaret a maledicto, ipse factus est maledictum (Gal. III).» Per hircum ergo figuratus est Dominus, qui pro peccatoribus venit. Haedum Bonifacius obtulit, qui sese ad portandam crucem ejus post peccata convertit. Et quia in lege praecipitur ut qui in primo mense Pascha facere non potuerit, faciat in secundo; primus autem mensis, prima est gratia. Beatus hic martyr, quia paschalem agnum non obtulerat in primo mense innocentis vitae, haedum obtulit in secundo, fructuosae videlicet poenitentiae. Qui dum quaerit honorare martyres, martyr efficitur, sicut et ille in hospitalitate non dispar Abdias, dum prophetas pascit in specubus, prophetandi gratiam et ipse meretur (III Reg. XVII [XVIII]).

Videtis, fratres charissimi, quanta coram Deo eleemosynae sit potentia; perpendite quanta imperatricis misericordiae sit majestas. Nonne enim haec videtur velut praepotens regina inter caeteras eminere virtutes, quae nimirum de communi plebe homines, alium quidem ad prophetiae provehit gratiam, alii martyrii dat coronam? Illi dat ut Ecclesiam Christi coelestis oraculi dapibus pascat; isti praebet ut ad supernae gloriae nuptiale convivium post victoriae palmam feliciter epulaturus accedat. Habeamus ergo, fratres, misericordiam, ut et ipsi misericordiam consequamur; curemus eleemosynis et pietatis operibus, in quantum facultas permittit, insistere. Delectet hospitalitatis ac fraternae susceptionis studio deservire, ut qui coelestis curiae senatores aspicimus per pietatis opera tantae dignitatis gloriam meruisse, ipsi saltem procul dubio confidamus ad peccatorum nostrorum indulgentiam pervenire, Veritate pollicente, quae ait: «Beati misericordes, quoniam ipsis misericordiam dabit Deus (Matth. V),» qui unus et verus in Trinitate perfecta vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen.

De donde es que en el Levítico se manda al pontífice ofrecer el macho cabrío vivo de este modo, que puestas sobre su cabeza ambas manos, confiese todas las iniquidades de los hijos de Israel, y todos los delitos y pecados de ellos, los cuales imprecando sobre su cabeza, lo envíe al desierto (Lev. 26 [16]). ¿Qué es que el macho cabrío sea sometido a ambas manos del pontífice, sino que el Hijo del hombre viniendo en semejanza de carne de pecado (Rom. 8) sea gravado por la persecución de ambos pueblos, a saber, el judaico y el gentil? Claramente quiso subyacer a las manos de ambos quien había venido a librar del yugo del diablo a ambos pueblos. ¿Pero qué es que después de la confesión e imprecación de todas las iniquidades de los hijos de Israel sobre sus cabezas el macho cabrío es enviado al desierto, sino porque aquel que llevó nuestros pecados, que sostuvo las maldiciones de la ley, prontamente en el desierto, donde había dejado a las noventa y nueve, reportó a la oveja centésima? (Mt. 18.) De donde también el Apóstol: «Para librarnos, dice, de la maldición, él mismo se hizo maldición (Gál. 3)». Por el macho cabrío, pues, fue figurado el Señor, que vino por los pecadores. El cabrito lo ofreció Bonifacio, quien se convirtió a llevar la cruz de él después de los pecados. Y porque en la ley se preceptúa que quien en el primer mes no pudiera hacer la Pascua, la haga en el segundo; pero el primer mes es la primera gracia. Este bienaventurado mártir, porque no había ofrecido el cordero pascual en el primer mes de la vida inocente, ofreció el cabrito en el segundo, a saber, de la penitencia fructuosa. Quien mientras busca honrar a los mártires, es hecho mártir, así como también aquel Abdías no dispar en la hospitalidad, mientras alimenta a los profetas en las cuevas, merece él mismo la gracia de profetizar (III Rey. 17 [18]).

Veis, hermanos carísimos, cuánta es ante Dios la potencia de la limosna; considerad cuánta es la majestad de la emperatriz misericordia. ¿No parece acaso esta sobresalir como una reina prepotente entre las demás virtudes, la cual ciertamente de la plebe común promueve a uno a la gracia de la profecía, y a otro da la corona del martirio? A aquel da que alimente a la Iglesia de Cristo con los manjares del oráculo celestial; a este le presta que, tras la palma de la victoria, acceda felizmente para banquetear al convivio nupcial de la gloria superna. Tengamos, pues, hermanos, misericordia, para que también nosotros consigamos misericordia; cuidemos de insistir en las limosnas y obras de piedad, en cuanto la facultad lo permita. Deleite deservir con el estudio de la hospitalidad y de la recepción fraterna, para que quienes vemos que los senadores de la corte celestial han merecido la gloria de tan gran dignidad por las obras de piedad, nosotros al menos confiemos sin duda en llegar a la indulgencia de nuestros pecados, prometiéndolo la Verdad, que dice: «Bienaventurados los misericordiosos, porque Dios les dará misericordia (Mt. 5)», quien uno y verdadero en la Trinidad perfecta vive y reina por los siglos de los siglos. Amén.

Sermo XXI.

DE SPIRITU SANCTO ET EJUS GRATIA. (XV MAII.)

Primo itaque notandum est, fratres mei, atque omni annisu memoriae commendandum quia, nisi quis gratia sancti Spiritus mereatur afflari, licet conetur, licet ad tempus eniti videatur, nunquam tamen ad bona peragenda prorsus assurgere, nunquam Deo placiti operis valet fructus afferre. Arbor namque solo radicitus fixa succos ex uligine concipit, quibus per interiora diffusis, et in incrementa se roboris erigit et germen emittit. Quique autem fideles arbores sumus intra sanctae nemus Ecclesiae, illius summi Agricolae dispositione plantati. Quam plantationem Paulus indicabat Ephesiis, cum dicebat: «Ut det vobis secundum divitias gloriae suae virtute corroborari per Spiritum ejus in interiorem hominem, Christum habitare per fidem in cordibus vestris, in charitate radicati et fundati (Ephes. III).»

Terra autem nostra, ubi spei nostrae radix innititur, illa profecto est de qua per Psalmistam dicitur: «Portio mea in terra viventium (Psal. CXLI);» sive etiam humanitas Christi, de qua idem propheta alibi perhibet, dicens: «Etenim firmavit orbem terrae, qui non commovebitur (Psal. XCII).» Si ergo ut infructuosae arbores arescere nolumus, si securibus excidi ac deputari ignibus inutiliter formidamus, in illa supernorum civium patria, in humanitate Redemptoris nostri per charitatis glutinum spei nostrae radix semper inhaereat, ut ad proferendos bonae operationis fructus, in robur fortitudinis firmiter convalescat. Sed sicut arbor si vegetantis succi humore deseritur, protinus exsiccatur, sic et anima nostra, nisi Spiritus sancti gratiae fuerit rore perfusa, funditus arefacta, ad nullius sanctae operationis germen poterit esse fecunda. Ille enim lumen mentibus ingerit, desiderium excitat, vires infundit. Illustrat siquidem, ut videamus; provocat, ut velimus; roborat, ut bona quae volumus implere valeamus. Ex illa nempe fecunditate prodeunt lacrymae nostrae, ex illa compunctiones mentium, ex illa confessio peccatorum. Sicut enim anima est vita corporis, ita et vita animae nostrae Spiritus sanctus est.

Sermón XXI.

DEL ESPÍRITU SANTO Y DE SU GRACIA (15 DE MAYO).

Primero, por lo tanto, debe notarse, hermanos míos, y encomendarse a la memoria con todo empeño que, a menos que uno merezca ser soplado por la gracia del Espíritu Santo, aunque lo intente, aunque parezca esforzarse por un tiempo, nunca podrá, sin embargo, levantarse para realizar obras buenas, nunca podrá dar los frutos de una obra grata a Dios. Pues el árbol, fijado por sus raíces en el suelo, concibe los jugos de la humedad, los cuales, difundidos por sus partes interiores, lo elevan en el incremento de su vigor y emite el brote. Y nosotros, los fieles, somos árboles dentro del bosque de la santa Iglesia, plantados por la disposición de aquel supremo Agricultor. Pablo indicaba esta plantación a los efesios cuando decía: «Que os conceda, según las riquezas de su gloria, ser fortalecidos con poder por su Espíritu en el hombre interior, que Cristo habite por la fe en vuestros corazones, arraigados y cimentados en la caridad (Ef 3)».

Pero nuestra tierra, donde se apoya la raíz de nuestra esperanza, es ciertamente aquella de la que se dice por el Salmista: «Mi porción en la tierra de los vivientes (Sal 141)»; o también la humanidad de Cristo, de la cual el mismo profeta atestigua en otro lugar, diciendo: «Etenim afirmó el orbe de la tierra, que no se conmoverá (Sal 91)». Si, pues, no queremos secarnos como árboles infructuosos, si tememos ser cortados por hachas y destinados inútilmente a los fuegos, que la raíz de nuestra esperanza permanezca siempre adherida por el pegamento de la caridad en aquella patria de los ciudadanos superiores, en la humanidad de nuestro Redentor, para que convalezca firmemente en el vigor de la fortaleza para producir los frutos de la buena operación. Pero así como el árbol, si es abandonado por el humor del jugo que lo vegeta, se seca al instante, así también nuestra alma, si no ha sido empapada por el rocío de la gracia del Espíritu Santo, secada por completo, no podrá ser fecunda para el brote de ninguna operación santa. Pues Él infunde luz en las mentes, excita el deseo, infunde las fuerzas. Ilumina, en efecto, para que veamos; provoca para que queramos; fortalece para que podamos cumplir los bienes que queremos. De aquella fecundidad proceden ciertamente nuestras lágrimas, de aquella las compunciones de las mentes, de aquella la confesión de los pecados. Pues así como el alma es la vida del cuerpo, así también el Espíritu Santo es la vida de nuestra alma.

Et sicut corpus nostrum, anima recedente, collabitur, ita et eadem anima, si Spiritus vivificator abscesserit, necesse est moriatur, sine cujus videlicet munere nec ad agnitionem Dei qualibet ratione pertingere, nec ea quae Dei sunt possumus aliquatenus penetrare, Apostolo teste, qui ait: «Spiritus sanctus omnia scrutatur, etiam profunda Dei (I Cor. II).» Cui mox sententiae consequenter adjungit: «Quis enim scit hominum quae sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est? (Ibid.)» ita et quae Dei sunt, nemo cognovit, nisi Spiritus Dei.

Sed an vultis, fratres charissimi, fortassis inquirere qui scire possumus an habeamus Spiritum Dei? In hoc profecto constat quia Spiritum Dei habetis, si Deum vere cognoscitis. Si enim, juxta apostolica verba «nemo quae Dei sunt novit, nisi Spiritus Dei (Ibid.),» quis ipsum posset Deum cognoscere, nisi ejus Spiritum mereretur habere. Sed hoc ipsum forsitan adhuc vobis in dubium venit an cognoscatis Deum. Sed audite Joannem apostolum dicentem: «Qui dicit se nosse Deum, et mandata ejus non custodit, mendax est (I Joan. II).» Ille igitur vere Deum cognoscit, qui ejus mandata custodit. Unde et ille perfectus mandatorum Dei custos securus aiebat: «Nos spiritum hujus mundi non accepimus, sed Spiritum Dei, qui ex Deo est (I Cor. II).»

Quis est autem spiritus mundi? Ille profecto est qui suadet homines divina praecepta contemnere, terrenis negotiis delectabiliter insudare, mundanae dominationis culmen appetere, carnalis illecebrae passionibus turpiter subjacere, transitoriae possessionis fines extendere, tumido superbiae fastu super proximos jura potestatis ambire. Econtra, Spiritus qui ex Deo est, quas replet mentes ad coelestia provocat, et, expulso corporis et negligentiae frigore, ad amorem divinum inflammat, petulantia carnis desideria reprimit, et liberum cor ab omni terrena delectatione suspendit. Ille reddit hominem ad despicienda prospera rigidum, ad adversa superanda robustum; ille exhibet bene viventibus humiliter subditum; ille objicit prave agentibus in jura liberae auctoritatis erectum; ille, quem replet prudenter inebriat, atque a sensu vitae praesentis scienter alienat. An non erant illi divina sobrietate veraciter ebrii, de quibus a male insanientibus dicebatur: «Quia musto pleni sunt isti (Act. II).» Nunquid non quaedam divina ebrietas est, praesentia et prae oculis posita cuncta despicere, atque ad ea quae non videntur, toto mentis desiderio medullitus anhelare, mollia quaeque et jucunda contemnere, dura vero, et aspera pro divino libenter amore perferre? Hanc ebrietatem, fratres mei, continuae nobis necesse est orationis instantia quaerere; hanc, velut aridis mentis nostrae faucibus tota debemus intentione sitire.

Y así como nuestro cuerpo, al retirarse el alma, se desploma, así también la misma alma, si el Espíritu vivificador se ha retirado, es necesario que muera, sin cuyo don, evidentemente, ni podemos llegar al conocimiento de Dios por cualquier razón, ni podemos penetrar en modo alguno las cosas que son de Dios, como atestigua el Apóstol, que dice: «El Espíritu Santo todo lo escudriña, incluso lo profundo de Dios (1 Cor 2)». A cuya sentencia añade inmediatamente a continuación: «¿Quién de los hombres conoce las cosas del hombre, sino el espíritu del hombre que está en él? (Ibíd.)», así también las cosas que son de Dios, nadie las conoció sino el Espíritu de Dios.

Pero, ¿queréis, hermanos carísimos, tal vez inquirir cómo podemos saber si tenemos el Espíritu de Dios? En esto ciertamente consiste: en que tenéis el Espíritu de Dios si verdaderamente conocéis a Dios. Pues si, según las palabras apostólicas, «nadie conoce las cosas de Dios, sino el Espíritu de Dios (Ibíd.)», ¿quién podría conocer a Dios mismo, si no mereciera tener su Espíritu? Pero esto mismo tal vez todavía os viene en duda, si conocéis a Dios. Pero escuchad al apóstol Juan diciendo: «Quien dice que conoce a Dios, y no guarda sus mandamientos, es un mentiroso (1 Jn 2)». Aquel, pues, verdaderamente conoce a Dios, que guarda sus mandamientos. Por lo cual también aquel perfecto guardián de los mandamientos de Dios decía seguro: «Nosotros no hemos recibido el espíritu de este mundo, sino el Espíritu de Dios, que es de Dios (1 Cor 2)».

Pero, ¿qué es el espíritu del mundo? Es ciertamente aquel que persuade a los hombres a despreciar los preceptos divinos, a sudar deleitablemente en los negocios terrenales, a apetecer la cumbre de la dominación mundana, a estar torpemente sujetos a las pasiones del atractivo carnal, a extender los límites de la posesión transitoria, a ambicionar los derechos de la potestad sobre los prójimos con el hinchado fasto de la soberbia. Al contrario, el Espíritu que es de Dios provoca a las cosas celestiales las mentes que llena, y, expulsado el frío del cuerpo y de la negligencia, inflama al amor divino, reprime los petulantes deseos de la carne, y suspende el corazón libre de todo deleite terrenal. Él vuelve al hombre rígido para despreciar las cosas prósperas, robusto para superar las adversas; él lo exhibe humildemente sumiso a los que viven bien; él lo opone erguido en los derechos de la libre autoridad a los que obran mal; a aquel a quien llena, lo embriaga prudentemente, y lo alinea sabiamente del sentido de la vida presente. ¿No estaban acaso aquellos verdaderamente ebrios de divina sobriedad, de quienes se decía por los malvados dementes: «Porque están llenos de mosto (Hch 2)»? ¿Acaso no es una cierta ebriedad divina despreciar todas las cosas presentes y puestas ante los ojos, y anhelar desde lo más íntimo con todo el deseo de la mente hacia aquellas que no se ven, despreciar todo lo blando y placentero, y sobrellevar de buen grado lo duro y lo áspero por el amor divino? Esta ebriedad, hermanos míos, nos es necesario buscar con la instancia de la oración continua; por esta, como con las fauces áridas de nuestra mente, debemos tener sed con toda nuestra intención.

Quaerat ergo assidue anima nostra hunc Spiritum, quo vegetante vivat, quo illustrante videat, quo docente sapiat, quo duce, inoffenso amoris cursu ad patriam tendat. Quaeramus itaque a Deo nostro, non quod quilibet pauperes ab hujus mundi divitibus quaerunt, non videlicet nummum, non digestibilem cibum, non nudi corporis indumentum. Scit enim ille qui ad haec nos esse sollicitos vetat, quia his omnibus indigemus. Illud itaque flagitemus quod et nobis est prae omnibus necessarium, et ille magis dare petentibus delectatur. Illud, inquam, ab eo sine cessatione quaeramus ad quod nos ipse et quaerendum provocat, et ad sperandum certa promissione confirmat. dicens: Quia si petimus, si pulsamus, «aperietur nobis; et Pater noster de coelo dabit spiritum bonum petentibus se (Matth. VII; Luc. XI).» Sed qui e divite nostro eleemosynam quaerimus, ut impetrandi copia concedatur, quaerendi formam ab hujus etiam mundi pauperibus mutuemur. Pauperes enim cum ab altiora degentibus aliquid accipere gestiunt, ora mox sacculorum laxant, et sic ad accipiendum parati, quibus praevalent vocibus clamant, ut dum sic paratus quisque per speculare domus aspicitur, facile misericordiam consequatur.

Sacculus quidem noster, cor nostrum est, in quod si volumus nova coelestis gratiae dona suscipere, ab omni terrena concupiscentia, fermento videlicet veteri necesse est vacuare. Cujus profecto sacculi sinum indubitanter expandimus, si perfecti amoris incendio donis coelestibus inhiamus. Hujus sacculi bene Paulus ora laxaverat, cum dicebat: «Os nostrum patet ad vos, o Corinthii, cor nostrum dilatatum est (II Cor. VI).» Hunc laxare et illos monuit, cum subjunxit: «Non angustiamini in nobis. Et paulo post: Tanquam filiis dico, dilatamini et vos (Ibid.).» Consideremus etiam quomodo se pauper ille ad percipienda de supernis munera praeparaverat, cum clamabat, cum vociferabatur, cum precabatur, cum interioris organi voces ingeminabat, dicens: «Paratum cor meum, Deus, paratum cor meum (Psal. LVI, CVII).» Ac si aperte dicat: Cor meum, Domine, ad capienda tuae largitatis munera praeparo, qui a cunctis hoc pravae cogitationis squaloribus purgo, nihilque in eo relinquitur, quo gratiae tuae munus desuper veniens refundatur. Ego curavi quae intus male servabantur egerere, tu illud accelera domo tuae pietatis dignanter implere. Cor meum vacuefactum atque ad te paratum teneo, quia effossis ex eo vitiorum ruderibus ad amplectendam tui Spiritus gratiam tota mentis intentione suspiro. Ecce pauper Dei cor tenes paratum, qui a pravis illud servas cogitationibus mundum. Sed nisi clamantem, nisi vociferantem audiat quis de eminentioris coenaculi penetralibus eleemosynam pauperi porrecturus, nemo accedat.

Busque, pues, asiduamente nuestra alma este Espíritu, por cuya vegetación viva, por cuya ilustración vea, por cuya enseñanza sea sabia, por cuyo guía, en el curso inofensivo del amor, tienda hacia la patria. Busquemos, pues, de nuestro Dios, no lo que cualesquiera pobres buscan de los ricos de este mundo, a saber, no la moneda, no el alimento digerible, no el vestido para el cuerpo desnudo. Pues sabe aquel que nos prohíbe estar solícitos por estas cosas, que necesitamos todas estas. Exijamos, pues, aquello que nos es necesario por encima de todo, y que él más se deleita en dar a los que lo piden. Eso, digo, busquemos de él sin cesar, a lo cual él mismo nos provoca a buscar, y nos confirma a esperar con una promesa cierta, diciendo: Que si pedimos, si llamamos, «se nos abrirá; y nuestro Padre del cielo dará el buen espíritu a quienes se lo pidan (Mt 7; Lc 11)». Pero nosotros que buscamos la limosna de nuestro Rico, para que se conceda la abundancia de impetrar, tomemos prestada la forma de buscar incluso de los pobres de este mundo. Pues los pobres, cuando ansían recibir algo de quienes viven en lugares más altos, pronto aflojan las bocas de sus saquitos, y así preparados para recibir, claman con las voces en que prevalecen, para que mientras cada uno así preparado es visto por la ventana de la casa, consiga fácilmente misericordia.

Nuestro saquito, ciertamente, es nuestro corazón, en el cual si queremos recibir los nuevos dones de la gracia celestial, es necesario vaciarlo de toda concupiscencia terrenal, a saber, del viejo fermento. Ciertamente expandimos el seno de este saquito sin duda si anhelamos los dones celestiales con el incendio del amor perfecto. Pablo había aflojado bien las bocas de este saquito cuando decía: «Nuestra boca está abierta para vosotros, oh Corintios, nuestro corazón se ha ensanchado (2 Cor 6)». Los amonestó también a aflojarlo cuando añadió: «No estáis estrechos en nosotros. Y poco después: Como a hijos os digo, ensanchaos también vosotros (Ibíd.)». Consideremos también cómo aquel pobre se había preparado para percibir los dones de lo alto, cuando clamaba, cuando vociferaba, cuando suplicaba, cuando redoblaba las voces del órgano interior, diciendo: «Preparado está mi corazón, Dios, preparado mi corazón (Sal 56, 107)». Como si dijera abiertamente: Preparo mi corazón, Señor, para tomar los dones de tu largueza, yo que purgo esto de todas las suciedades del mal pensamiento, y nada queda en él por lo que el don de tu gracia que viene de arriba se derrame. Yo cuidé de sacar las cosas que se guardaban mal dentro, tú apresúrate a llenarlo dignamente desde la casa de tu piedad. Tengo mi corazón vaciado y preparado para ti, porque, excavados de él los escombros de los vicios, suspiro con toda la intención de la mente por abrazar la gracia de tu Espíritu. He aquí que tienes preparado el corazón del pobre de Dios, tú que lo guardas limpio de los malos pensamientos. Pero a menos que alguien oiga al que clama, a menos que oiga al que vocifera desde lo más íntimo del cenáculo más elevado, dispuesto a alargar la limosna al pobre, nadie acceda.

Postquam ergo dixit: «Paratum cor meum, Deus, paratum cor meum; protinus addidit: Cantabo, et psalmum dicam Domino (Ibid.);» tanquam diceret: cor utique meum praeparo, et voces importunae postulationis emitto, ut et vox ad miserendum audita permoveat; et paratum cor, id quod ex largitate miserentis emittitur non effundat.

Haec nempe duo, fratres mei, vobis permaxime necessaria sunt, qui eremi remotiora studio singularitatis incolitis, qui contemplativae vitae speculationibus insudatis. Expedit vobis assidue psalmorum modulationi, et crebris orationibus vigilanter insistere, et contra cogitationum ingruentium impetus omni virtutum conamine dimicare. Eliminemus igitur omnes spurcitias de nostri cordis hospitio, et quibus possumus variis virtutum floribus aspergamus. Delectetur Deus nitidum nostri pectoris tabernaculum ingredi, et suavibus in eo bonorum operum deliciis epulari. Sicque praeparato atque composito decoro intimae domus ornatu, psallamus, oremus, et quibus illum possumus clamosae mentis supplicationibus invitemus. Sicque complebitur in nobis prophetica vox illa, qua dicitur: «Paratum cor meum, Deus, paratum cor meum; cantabo, et psalmum dicam Domino.» Deprecemur ergo assidue Redemptorem nostrum et totis illum visceribus imploremus, ut cor nostrum dignetur clementer invisere, et dimota omni vitiorum caligine, gratia sancti Spiritus illustrare, quatenus quo in illum regenerante credimus, eodem inspirante, recto tramite ad ipsum pervenire valeamus. Qui cum Deo Patre et eodem Spiritu sancto vivit et regnat per omnia saecula saeculorum. Amen.

JUNIUS. III. Sermo de SS. martyribus Laurentino et Pergentino fratribus. XXIV. Sermo in Nativitate S. Joan. Baptistae. Sermo II de eadem. Sermo III de eadem. XXIX. Sermo de S. Petro apostolo. Sermo de SS. Petro et Paulo apost.

Sermo XXII.

DE SS. LAURENTINO ET PERGENTINO. (III JUN.)

Hodierna festivitas, dilectissimi, sicut nostis, in honore beatorum martyrum Laurentini et Pergentini venerabiliter colitur, et quasi duobus aureis sideribus eorum dies natalitius illustratur. Hoc plane geminum sidus si diligenter attendimus, per hujus vitae pelagus navigantes errare non possumus, sed post emensa fluctuum procellarumque discrimina ad sinum quieti portus cum gaudio pervenimus. Unde non sine quodam dispositionis supernae praesagio tale vocabulum sortiti sunt, ut Pergentinus dicantur et Laurentinus.

Después de que dijo, pues: «Preparado está mi corazón, Dios, preparado mi corazón; al instante añadió: Cantaré y diré un salmo al Señor (Ibíd.)»; como si dijera: ciertamente preparo mi corazón, y emito voces de importuna petición, para que tanto la voz oída mueva a la misericordia, como el corazón preparado no derrame aquello que se emite por la largueza del misericordioso.

Estas dos cosas ciertamente, hermanos míos, os son sumamente necesarias a vosotros, que habitáis lo más remoto del eremitorio con el estudio de la singularidad, que sudáis en las especulaciones de la vida contemplativa. Os conviene insistir vigilantemente en la asidua modulación de los salmos y en las frecuentes oraciones, y luchar contra los ímpetus de los pensamientos que acometen con todo el esfuerzo de las virtudes. Eliminemos, pues, todas las suciedades del hospedaje de nuestro corazón, y salpiquémoslo con las diversas flores de las virtudes que podamos. Deleite a Dios entrar en el nítido tabernáculo de nuestro pecho, y banquetear en él con las suaves delicias de las buenas obras. Y así, preparado y compuesto el decoroso ornato de la casa íntima, salmodiemos, oremos, e invitémoslo con cuantas súplicas de mente clamorosa podamos. Y así se cumplirá en nosotros aquella voz profética, por la cual se dice: «Preparado está mi corazón, Dios, preparado mi corazón; cantaré y diré un salmo al Señor». Deprecmos, pues, asiduamente a nuestro Redentor e implorémoslo con todas nuestras entrañas, para que se digne visitar clementemente nuestro corazón, y, removida toda tiniebla de los vicios, ilustrarlo con la gracia del Espíritu Santo, para que, en quien creemos que nos regenera, por su inspiración, podamos llegar a él por el recto camino. Quien con Dios Padre y el mismo Espíritu Santo vive y reina por todos los siglos de los siglos. Amén.

JUNIO. III. Sermón de los santos mártires hermanos Laurentino y Pergentino. XXIV. Sermón en la Natividad de S. Juan Bautista. Sermón II de lo mismo. Sermón III de lo mismo. XXIX. Sermón de S. Pedro apóstol. Sermón de los SS. Apóstoles Pedro y Pablo.

Sermón XXII.

DE LOS SS. LAURENTINO Y PERGENTINO (3 DE JUNIO).

La festividad de hoy, dilectísimos, como sabéis, se celebra venerablemente en honor de los bienaventurados mártires Laurentino y Pergentino, y como con dos estrellas de oro se ilustra el día de su nacimiento. Si atendemos diligentemente a esta doble estrella, nosotros que navegamos por el piélago de esta vida no podemos errar, sino que tras las medidas de los peligros de las olas y las tormentas llegamos con gozo al seno del puerto tranquilo. Por lo cual, no sin un cierto presagio de la disposición suprema, sortearon tal nombre, que se llamen Pergentino y Laurentino.

Pergunt enim uterque simul ad lauream, et praecedentes nos, si non eos sequi negligimus, provocant ad coronam. Omnes enim quicunque non segnes, sed ferventes et agiles ad patriam properant, non in itinere gressus figunt, sed pergentes assidue de virtutibus in virtutes, de bonis ad meliora contendunt. Nec in hujus peregrinationis itinere cives se vel habitatores ostendunt, sed velut hospites semper et exsules transeunt. Unde et Petrus: «Obsecro, inquit, vos tanquam advenas et peregrinos abstinere vos a carnalibus desideriis quae militant adversus animam (I Petr. II).» Et Paulus ait: «Non habemus hic manentem civitatem, sed futuram inquirimus (Hebr. XII).» Hinc etiam Paulus ille, qui progrediens ex Aegypto terram repromissionis ingressus est Hebraeus, id est, transiens vocatus est. Et quicunque de vitae carnalis Aegypto, terram quae mel et lac fluit ingredimur, non vestigia figere, sed assidue transire jubemur, ut juxta Joannem, «qui justus est, justificetur adhuc, et qui sanctus est, sanctificetur adhuc (Apoc. XXII).» Lac etenim de carne fluit, mel de superioribus in ima descendit. Et quae est illa terra, lactis scilicet ac mellis irrigua, ad quam tantopere provocamur, nisi Mediatoris Dei et hominum una persona? In qua nimirum et caro manifesta est, quae de Virgine prodiit, et divinitatis interna dulcedo, quae de substantia paterna processit.

Ad quam sane terram nonnisi Hebraeus, imo, ut ita loquar, nemo, nisi Pergentinus et Laurentinus, admittitur; quia quisquis pervenire laborat ad Christum, necesse est ut nequaquam in hoc mundo mentis suae figat velut in habitatione vestigium: sed Hebraeum se semper ostendens, et cum Pergentino per viam justitiae transiens pergat, et cum Laurentino simul de suis laboribus non hujus vitae commoda, sed coronam tantummodo gloriae concupiscat. De habitatoribus etenim hujus mundi, sicut in Apocalypsi dicitur, beati martyres clamant: «Quousque Dominus (sanctus et verus) non vindicas sanguinem nostrum de iis qui habitant in terra? (Apoc. VI.)» De his vero qui non habitant, sed pergendo jugiter transeunt, Isaias postquam praemittit: «Habitabit lupus cum agno, et pardus cum haedo accubabit, vitulus, et leo, et ovis simul morabuntur,» protinus addidit: «et puer parvulus minabit eos (Isa. XI).» Quis est iste puer parvulus, nisi is de quo per eumdem prophetam dicitur: «Puer natus est nobis, et Filius datus est nobis? (Isa. IX.)»

Pues ambos proceden juntos hacia el laurel, y precediéndonos, si no descuidamos seguirlos, nos provocan a la corona. Pues todos cuantos no perezosos, sino fervientes y ágiles se apresuran hacia la patria, no fijan sus pasos en el camino, sino que procediendo asiduamente de virtudes en virtudes, contienden de lo bueno a lo mejor. Ni en el camino de esta peregrinación se muestran como ciudadanos o habitantes, sino que pasan siempre como huéspedes y exiliados. Por lo cual también Pedro: «Os ruego», dice, «como a extranjeros y peregrinos, que os abstengáis de los deseos carnales que militan contra el alma (1 Pe 2)». Y Pablo dice: «No tenemos aquí ciudad permanente, sino que buscamos la futura (Heb 12)». De aquí también aquel Pablo, que progresando desde Egipto entró en la tierra de promisión, fue llamado Hebreo, esto es, tránsfuga o que pasa. Y cuantos entramos en la tierra que mana leche y miel desde el Egipto de la vida carnal, se nos manda no fijar las huellas, sino pasar asiduamente, para que según Juan, «el que es justo, justifíquese todavía, y el que es santo, santifíquese todavía (Ap 22)». Pues la leche mana de la carne, la miel desciende de lo superior a lo ínfimo. ¿Y qué es aquella tierra, regada ciertamente de leche y miel, a la que tanto se nos provoca, sino la única persona del Mediador de Dios y de los hombres? En la cual ciertamente tanto la carne es manifiesta, la cual brotó de la Virgen, como la dulzura interna de la divinidad, la cual procedió de la sustancia paterna.

A cuya tierra ciertamente no se admite sino a un Hebreo, más aún, por decirlo así, a nadie sino a un Pergentino y a un Laurentino; porque cualquiera que trabaje por llegar a Cristo, es necesario que en modo alguno fije el paso de su mente en este mundo como en una habitación: sino mostrándose siempre Hebreo, tanto proceda con Pergentino pasando por el camino de la justicia, como al mismo tiempo con Laurentino no desee de sus trabajos las comodidades de esta vida, sino solamente la corona de gloria. Pues sobre los habitantes de este mundo, como se dice en el Apocalipsis, los bienaventurados mártires claman: «¿Hasta cuándo, Señor (santo y verdadero), no vengas nuestra sangre de los que habitan en la tierra? (Ap 6)». Pero sobre estos que no habitan, sino que procediendo continuamente pasan, Isaías, después de que premite: «Habitará el lobo con el cordero, y el leopardo se acostará con el cabrito, el becerro, y el león, y la oveja morarán juntos», al instante añadió: «y un niño pequeño los conducirá (Is 11)». ¿Quién es este niño pequeño, sino aquel de quien se dice por el mismo profeta: «Un niño nos ha nacido, y un Hijo nos ha sido dado (Is 9)»?

Qui simul inhabitantes minat, quia ne corda nostra terrenis rebus inhaereant praedonem desiderii coelestis indesinenter inflammat. Et hoc ipsum minare, est ad suum nos amorem flamma continuae charitatis accendere; ne cum nos vicario simul amore diligimus, ejus, ad quem redire debebamus, obliti, mente in hoc exsilio remaneamus. Puer ergo parvulus diversorum animalium turmas minat, quia Redemptor noster, qui multimodas hominum mentes in unanimitate fraterna insolubiliter conflat, dum ad amorem eos patriae coelestis accendit, in hoc eos mundo quasi pedem figere non permittit. Ad Deum vero non itur vestigiis pedum, sed bonorum gradibus operum, nec ad eum quispiam valet ascendere per corporei conatus aditum, sed per assiduum sancti operis incrementum.

Videamus igitur et istos beatos martyres quomodo non potuerint divino flagrantes igne quiescere, sed semper elaboraverunt de bonis ad optima festinare. Nam dum et ante persecutionis articulum tantae jam sanctitatis essent, ut signa per eos Deus et virtutes ostenderet, non isto contenti pertrahuntur ad judicem, et in bello declarant quantam habuerint et in pace virtutem. Et prius quidem antiqui hostis artifex et versuta nequitia per vasculum suum coepit cum eis quasi mitius agere, deinde non valens immobilem eorum ferre constantiam, apposuit in eos crudeliter insanire. Nam carnificibus undique saevientibus, uterque martyr, velut una mens et eadem caro, verberibus caeditur, plagarum caede mactatur, mox carcerali custodiae traditur, ac famis inopia cruciatur. Sed nunquid bellatoribus suis divina protectio defuit, et quod in eis Deus ipse confligeret evidenti prorsus indicio non ostendit? Nam dum eos carnifices verberibus atterunt, eorum brachia, quae in ictus debacchantur, arescunt, ut saxea pectora et a pietatis visceribus aliena, saltem per carnis arefactae rigorem, discant cordis habere mollitiem, et in membrorum suorum nexibus colligant quam timenda sit virtus adversus quam tam furiose, tam atrociter dimicabant.

Jam vero illud quam sublimis gratiae meritum, quantae cognoscitur apud Deum familiaritatis indicium, quod, in carcere constituti et triduana simul inedia macerati, angelitus visitantur et mensae coelestis alimenta percipiunt. In eis quippe Christus esuriebat, in eis supplicia perferebat, cum eis claudebatur in carcere, cum eis in vinculis, cum eis erat comes individuus in tormentis. Et qui dudum inter deambulantes in camino Chaldaico pueros visus est quartus, ipse procul dubio cum istis etiam invictissimis bellatoribus suis factus est tertius.

Quien conduce a los que habitan juntos, porque para que nuestros corazones no se adhieran a las cosas terrenales, inflama incesantemente el depredador del deseo celestial. Y esto mismo conducir es encendernos en su amor con la llama de la caridad continua; no sea que cuando nos amamos mutuamente con un amor vicario, olvidados de aquel a quien debíamos volver, permanezcamos con la mente en este exilio. El niño pequeño, pues, conduce a las tropas de diversos animales, porque nuestro Redentor, que funde indisolublemente las multiformes mentes de los hombres en una unanimidad fraterna, mientras los enciende al amor de la patria celestial, en este mundo no les permite casi fijar el pie. Pues a Dios no se va por las huellas de los pies, sino por los grados de las buenas obras, ni nadie puede ascender a él por el acceso del esfuerzo corpóreo, sino por el asiduo incremento de la obra santa.

Veamos, pues, también a estos bienaventurados mártires cómo no pudieron descansar, flagrantes con el fuego divino, sino que siempre elaboraron para apresurarse de lo bueno a lo óptimo. Pues mientras ya antes del momento de la persecución eran de tanta santidad que Dios mostraba por ellos signos y virtudes, no contentos con eso son arrastrados ante el juez, y en la guerra declaran cuánta virtud tenían también en la paz. Y primero ciertamente el artífice del antiguo enemigo y su versuta maldad comenzó a actuar con ellos casi más suavemente a través de su vasija, luego, no pudiendo soportar la inamovible constancia de ellos, se aplicó a ensañarse cruelmente contra ellos. Pues con los verdugos ensañándose por todas partes, cada mártir, como una sola mente y una misma carne, es azotado con veras, es sacrificado por la matanza de las llagas, pronto es entregado a la custodia carcelaria, y es atormentado por la penuria del hambre. ¿Acaso faltó a sus guerreros la protección divina, y no mostró con un indicio ciertamente evidente que Dios mismo luchaba en ellos? Pues mientras los verdugos los desgastan con azotes, sus brazos, que se desbocan en los golpes, se secan, para que los pechos pétreos y ajenos a las entrañas de la piedad aprendan, al menos por el rigor de la carne marchita, a tener la blandura del corazón, y recojan en los nexos de sus miembros cuán temible sea la virtud contra la cual tan furiosamente, tan atrozmente luchaban.

Ahora, pues, ¡cuán sublime mérito de gracia es ese!, ¡cuán grande se reconoce el indicio de familiaridad con Dios!, que, puestos en la cárcel y macerados al mismo tiempo por un ayuno de tres días, son visitados por un ángel y perciben los alimentos de la mesa celestial. Pues en ellos Cristo tenía hambre, en ellos soportaba los suplicios, con ellos era encerrado en la cárcel, con ellos en las cadenas, con ellos era compañero inseparable en los tormentos. Y el que hace poco fue visto como el cuarto entre los niños que caminaban en el horno caldeo, él mismo, sin duda, se hizo el tercero con estos sus invictísimos guerreros.

«Ecce, inquit rex, video viros quatuor solutos deambulantes in medio ignis, et nihil corruptionis est in eis, et species quarti similis est Filio Dei (Dan. III).» Hinc est quod et persecutor ille Tiburtius, insanientis iracundiae felle permotus, vaporantes de fornace furiosi pectoris flammas evomuit, et beatos martyres super ardentes prunas nudis pedibus astare praecepit. At protinus et carbones exstincti, et gloriosi martyrum pedes tanquam super candentia lilia, vel croceos rosarum flores molli sunt vestigio delectati. Nec cessat adhuc ferox nequitiae spiritus. Nihil intentatum relinquit, sed omnia versutae fraudis, omnia rabidi furoris argumenta percurrit. Sed quo pluribus jaculis impetit Christi milites, eo reddit caeca crudelitas clariores. Et quanto frementior eis ingruit immanitas praelii, tanto praebetur uberior occasio triumphandi. Itaque statuitur idolum, et insana judicis rabies imperat adorandum. At dum non idolum, sed Deus omnipotens adoratur, figura larvalis in pulverem redacta collabitur. Postremo qui dedignati sunt suas idolis inclinare cervices, alacriter gladio beata colla subjiciunt, et sic glorioso sanguine purpurati ad Imperatorem suum peracta victoria revertuntur.

O beata germanitas, quae nec in conceptione dividi, nec in nativitate discerni, nec in pretiosae mortis potuit genere separari, pares in poena, coaequales in gloria! Simul ex maternis visceribus funduntur in mundo, simul ex agone consummati certaminis oriuntur in coelo. Quodammodo felicior iste quam Rebeccae dicendus est partus. Nam, Scriptura teste, in utero illius collidebantur parvuli, quia sub diversa morum atque successuum erant qualitate victuri. Unde sibi divinitus dicitur: «Duae gentes in utero tuo sunt, et duo populi ex utero tuo dividentur, populusque populum superabit, et major serviet minori (Gen. XXV).» In istis autem nulla diversitas. quos nimirum et non dispar vita confoederat, et individuae charitatis unanimitas conflat. Felicior etiam iste partus quam fuerit ille Thamar, quo videlicet exorti sunt Phares et Zara (Gen. XXXVIII). Quorum alter divisio, alter oriens interpretatur. Et sicut inter se invicem dissidet interpretatio nominum, ita quaedam diversitas est in operibus singulorum, sed nec idem tenent in figura mysterium. Beati vero martyres isti in suorum nominum interpretatione non discrepant, quia quodammodo unum est quod designant, et nomen utriuslibet utrique concordat. Pergentinus enim et Laurentinus, uterque pergit ad lauream, et quibus una est via, una est concupiscentia; simul gradientes perveniunt ad coronam. Quanquam et in istis, sicut eorum testatur historia, quaedam reperiatur esse differentia.

«He aquí —dijo el rey—, veo a cuatro hombres sueltos caminando en medio del fuego, y no hay corrupción en ellos, y la apariencia del cuarto es semejante al Hijo de Dios» (Dan 3). De aquí es que también aquel perseguidor Tiburcio, movido por la hiel de una ira rabiosa, vomitó las llamas que humeaban del horno de su furioso pecho, y mandó que los bienaventurados mártires estuvieran con los pies desnudos sobre las brasas ardientes. Pero al instante, tanto los carbones se extinguieron, como los gloriosos pies de los mártires se deleitaron con un paso suave como sobre blancos lirios o las amarillas flores de las rosas. No cesa aún el feroz espíritu de la maldad. Nada deja sin intentar, sino que recorre todos los argumentos del versuto fraude, todos los del rabioso furor. Pero por cuantos más dardos ataca a los soldados de Cristo, tanto más los hace ilustres la ciega crueldad. Y cuanto más rugiente les acomete la inmensidad de la batalla, tanto más abundante ocasión de triunfar se les ofrece. Así pues, se erige un ídolo, y la insana rabia del juez manda que sea adorado. Pero mientras no el ídolo, sino Dios omnipotente es adorado, la figura fantasmal reducida a polvo se desploma. Finalmente, quienes se dignaron inclinar sus cervices a los ídolos, someten alegremente al espada sus bienaventurados cuellos, y así purpurados con sangre gloriosa, vuelven a su Emperador habiendo culminado la victoria.

¡Oh bienaventurada hermandad, que ni en la concepción pudo dividirse, ni en el nacimiento discernirse, ni en el género de muerte preciosa pudo separarse, pares en la pena, coiguales en la gloria! Juntos son vertidos en el mundo desde las entrañas maternas, juntos surgen en el cielo, habiendo sido consumados por la agonía del certamen. Este parto ha de llamarse en cierto modo más feliz que el de Rebeca. Pues, con la Escritura como testigo, en su útero colidían los párvulos, porque habrían de vivir bajo una diversa calidad de costumbres y de sucesos. Por lo cual se le dice divinamente: «Dos naciones hay en tu útero, y dos pueblos se dividirán de tu útero, y un pueblo superará al otro, y el mayor servirá al menor» (Gen 25). Pero en estos no hay diversidad alguna, a quienes ciertamente tanto una vida no dispar federa, como la unanimidad de una caridad individual los funde. Más feliz también es este parto que el de Tamar, del cual nacieron Fares y Zara (Gen 38). De los cuales uno se interpreta como «división», el otro como «oriente». Y así como la interpretación de los nombres disiente entre sí, así hay una cierta diversidad en las obras de cada uno, pero ni mantienen el mismo misterio en figura. Pero estos bienaventurados mártires no discrepan en la interpretación de sus nombres, porque en cierto modo lo que designan es uno, y el nombre de cualquiera de los dos concuerda con ambos. Pues Pergentino y Laurentino, ambos proceden al laurel, y para quienes hay un solo camino, hay un solo deseo; caminando juntos llegan a la corona. Aunque también en estos, según su historia atestigua, se encuentra que hay una cierta diferencia.

Nam dum eos violentia pertraheret ad tyrannum, Pergentinus fratri, quoniam eloquentiorem judicabat, respondendi delegavit officium, ut ille velut Aaron loqueretur ad Pharaonem, dum assisterent ante praesidem. Hoc igitur inter hujus beatae germanitatis geminos distat quod inter Moysen et Aaron differre Scriptura commemorat. Quorum unus de se conqueritur, dicens: «Obsecro, Domine, non sum eloquens ab heri et nudius tertius, et ex quo locutus es ad servum tuum, impeditioris et tardioris linguae sum (Exod. IV).» De altero vero dicitur: «Aaron frater tuus Levites, scio quod eloquens sit; ipse loquetur pro te ad populum, et erit os tuum (Ibid.).» Ecce itaque beati martyres in ea re, quia reperiuntur sibimet invicem fuisse dissimiles, quodammodo Moysi et Aaron exstitisse videntur aequales. Et non fortassis incongrue. Sicut enim per illos lex olim data est Israeliticae plebi, ita per istos Christiana fides et Evangelium civibus illuxit Aretii. Nam cum gentilitati adhuc ritus pestilenter inhorresceret et in Christianum nomen persecutionis furor immaniter ebulliret, tunc scilicet quando B. Donatus pretioso sanguine Aretinam purpuravit Ecclesiam, vigesimus tamen imperator est Julianus, sub quo B. Donatus insignis martyr enituit, a Decio principe, cujus persecutio istos gloriosos martyres coronavit. Quod si catalogum quoque Romanorum pontificum studiose percurras, invenies a B. Sixto, cui Decianus furor, dum desaeviret, servire coactus est, usque ad Liberium papam, qui Juliani tempore praefuit duodecim apostolicae sedi praecedisse pontifices.

Cum igitur gloriosi martyres isti tanto tempore B. Donatum praecessisse noscantur, non immerito dicuntur in his regionibus in quibus passi sunt, credentium duces, fidelium principes, ac totius, ut ita loquar, Aretinae Ecclesiae fundatores. Hi profecto nunc micantes gemmae et rutilantes sunt margaritae, quae videlicet in imperatoris aeterni diademate pollucibiliter radiant, et inter ignitos supernae Hierusalem lapides inexstinguibili splendore coruscant. Porro sicut geminum oculorum lumen in capite constitutum subjecta corporis membra condecorat, ita B. Donatus cum duobus his coeli sideribus, quasi sanctitatis caput fideique principium adjacentia quaeque loca praecellit, et, ut ita fatear, totum Tusciae corpus eximii splendoris nitore perfundit. Tanto quippe nunc sunt eminentioris gloriae claritate conspicui, quanto graviori fuerant rabidi persecutoris immanitate depressi. Igitur de poenis ad gloriam, de certamine translati sunt ad coronam. Ipse nimirum eis factus est praemium cum recepit, qui se pro eis obtulerat pretium cum redemit, Jesus Christus Dominus noster, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen.

Sermo XXIII.

I. IN NATIVITATE S. JOANNIS BAPTISTAE. (XXIV JUN.)

Pues mientras la violencia los arrastraba ante el tirano, Pergentino delegó en su hermano el oficio de responder, puesto que lo juzgaba más elocuente, para que aquel hablara como Aarón ante el Faraón, mientras asistían ante el presidente. Esto, pues, dista entre los gemelos de esta bienaventurada hermandad lo que la Escritura conmemora que difiere entre Moisés y Aarón. De los cuales uno se queja de sí mismo, diciendo: «Te ruego, Señor, no soy elocuente desde ayer ni desde antes de ayer, y desde que hablaste a tu siervo, soy de lengua más impedida y lenta» (Ex 4). Pero del otro se dice: «Aarón tu hermano levita, sé que es elocuente; él hablará por ti al pueblo, y será tu boca» (ibid.). He aquí, pues, que los bienaventurados mártires en aquello en que se encuentra que fueron disímiles entre sí, en cierto modo parecen haber existido iguales a Moisés y Aarón. Y tal vez no incongruentemente. Pues así como por aquellos se dio antaño la ley al pueblo israelita, así por estos la fe cristiana y el Evangelio iluminó a los ciudadanos de Arezzo. Pues cuando el rito todavía erizaba pestilentemente en la gentilidad y el furor de la persecución bullía inmensamente contra el nombre cristiano, entonces ciertamente cuando el B. Donato purpuró con su preciosa sangre la Iglesia aretina, el vigésimo emperador sin embargo es Juliano, bajo el cual el B. Donato brilló como insigne mártir, desde el príncipe Decio, cuya persecución coronó a estos gloriosos mártires. Pero si también recorres estudiosamente el catálogo de los pontífices romanos, encontrarás que desde el B. Sixto, a quien el furor deciano, mientras se ensañaba, obligó a servir, hasta el papa Liberio, que presidió la sede apostólica en el tiempo de Juliano, doce pontífices precedieron.

Puesto que, por lo tanto, se reconoce que estos gloriosos mártires precedieron al B. Donato por tanto tiempo, no inmerecidamente son llamados en estas regiones en las que sufrieron jefes de los creyentes, príncipes de los fieles y, por así decirlo, fundadores de toda la Iglesia aretina. Estos ciertamente son ahora gemas centelleantes y perlas rutilantes, que irradian espléndidamente en la diadema del emperador eterno, y coruscan con un esplendor inextinguible entre las piedras ígneas de la Jerusalén celestial. Además, así como la doble luz de los ojos colocada en la cabeza adorna los miembros del cuerpo sujetos a ella, así el B. Donato con estas dos estrellas del cielo, como cabeza de santidad y principio de la fe, aventaja a todos los lugares adyacentes y, como he de confesar, baña todo el cuerpo de la Toscana con el brillo de un esplendor eximio. Pues ahora son conspicuos con la claridad de una gloria tanto más eminente cuanto más gravemente habían sido oprimidos por la rabiosa inmensidad del perseguidor. Por lo tanto, de las penas han sido trasladados a la gloria, del certamen a la corona. Él mismo ciertamente se hizo premio para ellos cuando los recibió, quien se había ofrecido como precio por ellos cuando los redimió, Jesucristo nuestro Señor, quien con el Padre y el Espíritu Santo vive y reina por los siglos de los siglos. Amén.

Sermón XXIII.

I. EN LA NATIVIDAD DE S. JUAN BAUTISTA. (24 JUN.)

Hodie, dilectissimi, dies illuxit insignis, tanto caeteris diebus sanctior, quanto sanctiorem hominem terris effudit. In hac siquidem die natus est ille sanctorum splendor, justorum gloria, laetitia angelorum, excellentissimus homo, consanguineus Christi, amicus Sponsi, Sponsae praeparator. Unus est et secundum non habet, qui choris intertextus angelicis, sublimioris coronae titulis universitatis humanae transcendit ascensum. Denique «inter natos mulierum non surrexit major Joanne Baptista (Matth. XI).» Felix homo, qui feliciter coelorum perambulans officinas cursu velocissimo sequitur Redemptorem, nec alicujus intercluditur fastigio dignitatis, quem summae felicitatis immensitas largius irroravit! Laetantur angeli, et utriusque naturae numerositas admiratur hominem sic ingressum abyssum luminis et in aeternae divinitatis pelagus absorptum, ut ipsam reverberet angelicae puritatis originem. Eleventur omnes, et meritorum praerogativis ante consistorium majestatis exsultent; non erit tamen qui ad Baptistae Joannis privilegium audeat aspirare. Age, jam aggrediamur virtutum insignia, quae Deus majestatis in amico suo gloriosa cumulatione signavit; sic enim ab ortu vitae usque ad occasum cum hominibus conversatus est, ut forma vitae morum informatio habeatur. Et licet hic sermonis aurei non rutilet pulchritudo, tentabimus tamen rerum veritatem qualicunque stylo perstringere, illud Sapientis attendentes: Prudentibus viris non placere phalerata, sed fortia (Eccli. IX).

Primus ejus honor est gloria in annuntiatione. Non est dissimulanti silentio transeundum quam solemni glorificatione pueri hujus in hunc mundum nuntiatus ingressus. Adest angelus Gabriel, et a superiori coelorum cardine Domini fortitudo descendens, stat a dextris altaris incensi (Luc. I), nec quilibet angelus, sed ille sublimior, qui beatae Virgini nuntium attulit singulare, et electus est ut nuntiaret militem qui regem nuntiare debebat (Ibid.). Astat sacerdos sacerdotalibus indutus et multiplici vestimentorum varietate, coelestium sacramentorum praefigurans imaginem, purgationem peccatorum mystici sanguinis aspersione praesignat. Consistit coram arca foederis et ante testamenti tabulas, urnam auream habentem manna, virgam Aaron, Cherubim et propitiatorium, solemniter infulatus, vultui Dei, gloriae majestatis, rerum omnium Domino vota percelebrat. Dies instat solemnis, et caeteris diebus multitudini Judaeorum celebrior, Domini praecipientis attestatione sublimis, plane spectabilis et festiva, in qua sola soli pontifici licebat introire in Sancta sanctorum, et aspergine multiformi summae divinitatis iram refrigerare. Convenitur undique in sanctam civitatem, et populorum turba frequentior cumulat materiam gaudiorum.

Hoy, amadísimos, ha amanecido un día insigne, tanto más santo que los demás días cuanto más santo fue el hombre que vertió a las tierras. Pues en este día nació aquel esplendor de los santos, gloria de los justos, alegría de los ángeles, hombre excelentísimo, consanguíneo de Cristo, amigo del Esposo, preparador de la Esposa. Es único y no tiene segundo, quien, entretejido con los coros angélicos, trasciende con los títulos de una corona más sublime el ascenso de la universalidad humana. Finalmente, «entre los nacidos de mujeres no surgió uno mayor que Juan Bautista» (Mt 11). ¡Feliz hombre, que recorriendo felizmente los talleres de los cielos sigue con curso velocísimo al Redentor, ni es excluido por la cumbre de ninguna dignidad aquel a quien la inmensidad de la suma felicidad regó más largamente! Se alegran los ángeles, y la numerosidad de ambas naturalezas admira al hombre que ha entrado así en el abismo de la luz y ha sido absorbido en el piélago de la eterna divinidad, de modo que refleja el origen mismo de la pureza angélica. Elévense todos, y exulten por las prerrogativas de los méritos ante el consistorio de la majestad; no habrá, sin embargo, quien se atreva a aspirar al privilegio de Juan Bautista. ¡Ea!, abordemos ya las insignias de las virtudes que el Dios de la majestad señaló en su amigo con una acumulación gloriosa; pues así conversó con los hombres desde el surgimiento de la vida hasta su ocaso, que su forma de vida se tiene como información de las costumbres. Aunque aquí no rutila la belleza de un discurso áureo, intentaremos sin embargo rozar la verdad de las cosas con cualquier estilo, atendiendo a aquello del Sabio: que a los hombres prudentes no les agradan las cosas emplumadas, sino las fuertes (Eclo 9).

Su primer honor es la gloria en la anunciación. No ha de pasarse con un silencio disimulador cuán solemne fue la glorificación del ingreso de este niño anunciado en este mundo. Está presente el ángel Gabriel, y la fortaleza del Señor descendiendo desde el quicio superior de los cielos, está a la derecha del altar del incienso (Lc 1), ni un ángel cualquiera, sino aquel más sublime que llevó el mensaje singular a la bienaventurada Virgen, y fue elegido para que anunciara al soldado que habría de anunciar al Rey (ibid.). Está en pie el sacerdote revestido de las vestiduras sacerdotales y con una múltiple variedad de ornamentos, prefigurando la imagen de los sacramentos celestiales, y presagia la purgación de los pecados por la aspersión de la sangre mística. Se mantiene ante el arca de la alianza y ante las tablas del testamento, teniendo una urna de oro con el maná, la vara de Aarón, los Querubines y el propiciatorio, solemnemente ínfulado, celebra votos ante el rostro de Dios, la gloria de la majestad, el Señor de todas las cosas. Insta el día solemne, y más célebre que los demás días para la multitud de los judíos, sublime por la atestación del Señor que lo manda, plenamente espectable y festivo, en el cual solo al sumo pontífice le era lícito entrar en el Santo de los Santos, y refrigerar la ira de la suma divinidad con una aspersión multiforme. Se acude de todas partes a la ciudad santa, y la turba más frecuente de los pueblos acumula la materia de los gozos.

Inter haec sacra consistens archangelus: «Ne timeas, inquit, Zacharia (Ibid.),» quia nascetur tibi filius parentum gaudium, nobilitas generis, orbis exemplum, finis legis, Evangelii principium, mortis expulsio, janua vitae, decus hominum, conversationis splendor, omnis justitiae principatus. Et ne diffusiore tractatu rerum excellentiam confundamus, nascentis et conversantis integritas in libris evangelicis plenius assignatur.

Considera nuntiantis sublimitatem, dignitatem loci, diei reverentiam, et tunc intelligere poteris quam superexcellenti gloria Joannis Baptistae genitura praedicitur. Salva igitur reverentia Redemptoris, quia non derogamus Regi, si Regis militem honoramus, cum ille Dominus, hic servus; ille Creator, creatura iste; digniore praemonstratione Joannes nuntiatur quam Christus. Christus fortassis in thalamo, Joannes in templo; et non solum in templo, sed etiam ante Sancta sanctorum in insigni die solemnitatis eorum. Joannes ab eodem archangelo, in loco digniore, tempore sacratiore, apertiore miraculo praedicatur. Recole Isaac ab angelis nuntiatum (Gen. XVIII), Samsonem per angelum praedicatum (Jud. XIII), et universam Nazaraeorum sectam circumspice, solumque Baptistam tam in hoc quam in aliis invenies digniorem.

Secundus honor est sanctificatio in ventre matris. Quicunque de massa praevaricatrice mundum ingredimur, longam restem originalis peccati trahimus nobiscum. Solus ille qui peccatum non fecit (I Petr. II) excipitur, quem Virginalis thalamus ignorante viro terris effudit; longe quippe aliter et dissimili modo conceptus est, Spiritu sancto tota majestate Virginem inundante atque mundante, superans usum carnis, naturae ordinem, viri commistionem. Sic quippe decebat, ut peccatum nesciret qui peccata tollebat, ut similitudinem carnis peccati susciperet, non autem carnem peccati. Cum igitur omnes in iniquitatibus concepti sint (Psal. L), neminem unquam mortalium intra materna viscera sanctificatum legimus, praeter Jeremiam et Joannem Baptistam; quanquam et de singulari Virgine nulla sit ambiguitas, quin ipsa maternis circumsepta visceribus, sublimiore sanctificationis genere mundata sit, utpote sacrarium illud, in quo Deus, Dei Filius, carnem fuerat suscepturus. Sed longe minor Jeremiae sanctificatio, quam Joannis. Ille quidem in matris utero sanctificatus, hic Spiritu sancto repletus fuisse cognoscitur. Multo quippe excellentius est Spiritu sancto repleri quam sanctificari; ibi enim sanctificatio emundationem, hic repletio inundationem significat. Denique et apostoli, qui manibus suis tractaverunt de Verbo vitae (I Joan. I), cum Spiritum sanctum de Salvatoris accepissent afflatu (Joan. XX), vix quinquagesimo a resurrectionis die ad illum gradum pervenire potuerunt ut diceretur de eis: «Repleti sunt omnes Spiritu sancto (Act. II).»

Consistiendo el arcángel entre estas cosas sagradas, dice: «No temas, Zacarías (ibid.)», porque te nacerá un hijo, alegría de los padres, nobleza de la estirpe, ejemplo del orbe, fin de la ley, principio del Evangelio, expulsión de la muerte, puerta de la vida, decoro de los hombres, esplendor de la conducta, principado de toda justicia. Y para que no confundamos la excelencia de las cosas con un tratado más difuso, la integridad de su nacimiento y de su conducta se asigna más plenamente en los libros evangélicos.

Considera la sublimidad del anunciador, la dignidad del lugar, la reverencia del día, y entonces podrás entender con cuánta superexcelente gloria se predice el nacimiento de Juan Bautista. Salva, pues, la reverencia del Redentor, porque no derogamos al Rey si honramos al soldado del Rey, siendo aquel el Señor y este el siervo; aquel el Creador y este la criatura; Juan es anunciado con una premostración más digna que Cristo. Cristo tal vez en un tálamo, Juan en el templo; y no solo en el templo, sino también ante el Santo de los Santos en el insigne día de su solemnidad. Juan es predicado por el mismo arcángel, en un lugar más digno, en un tiempo más sagrado, con un milagro más manifiesto. Recuerda a Isaac anunciado por los ángeles (Gen 18), a Sansón predicado por medio de un ángel (Jue 13), y observa toda la secta de los Nazareos, y encontrarás que solo el Bautista es más digno tanto en esto como en lo demás.

El segundo honor es la santificación en el vientre de la madre. Quienesquiera que de la masa prevaricadora ingresamos al mundo, arrastramos con nosotros la larga cuerda del pecado original. Solo aquel que no cometió pecado (1 Pe 2) es exceptuado, a quien el tálamo Virginal, ignorando al varón, vertió a las tierras; pues fue concebido de manera muy otra y disímil, inundando y limpiando el Espíritu Santo a la Virgen con toda su majestad, superando el uso de la carne, el orden de la naturaleza, la conmixtión del varón. Pues así convenía, que no conociera el pecado quien quitaba los pecados, para que asumiera la semejanza de la carne de pecado, pero no la carne de pecado. Puesto que, por lo tanto, todos han sido concebidos en iniquidades (Sal 50), no leemos de nadie de los mortales jamás haber sido santificado dentro de las entrañas maternas, excepto Jeremías y Juan Bautista; aunque sobre la singular Virgen no haya ambigüedad alguna, sino que ella misma, rodeada por las entrañas maternas, fue limpiada por un género más sublime de santificación, como aquel sagrario en el cual Dios, el Hijo de Dios, habría de asumir la carne. Pero fue mucho menor la santificación de Jeremías que la de Juan. Aquel ciertamente fue santificado en el útero de la madre, este se reconoce que fue lleno del Espíritu Santo. Pues es mucho más excelente ser lleno del Espíritu Santo que ser santificado; pues allí la santificación significa limpieza, aquí la plenitud significa inundación. Finalmente también los apóstoles, que trataron con sus manos acerca del Verbo de vida (1 Jn 1), cuando hubieron recibido el Espíritu Santo del aliento del Salvador (Jn 20), apenas en el quincuagésimo día desde el día de la resurrección pudieron llegar a aquel grado que se dijera de ellos: «Fueron llenos todos del Espíritu Santo» (Hch 2).

Et licet Spiritus sanctus largiore tunc munere credentium corda repleverit, hoc tamen Joannes in utero legitur assecutus, quod apostolica celsitudo tandem largiore promissione meruit obtinere.

Attende, obsecro, diligenter, quam ordinata dispositione Spiritus ille multiplex Jeremiam sanctificat, implet Joannem, supervenit in Mariam. And Jeremiae quidem admiranda sanctificatio, quia etsi in peccato conceptus est, nascitur tamen sine peccato. Antequam enim exiret de ventre sanctificatus est, nec poterat nasci non sanctus, qui in matris utero erat sanctificatus. Mira res, et a retro transactis saeculis inaudita, hominem conceptum in peccatis, nasci sine peccato. Joannem vero longe gloriosior virtus implevit, qui et sanctificatus est a peccato, ita et dominante Spiritu superfusus, ut et purgatus exeat et repletus. Vere magnus coram Domino, quem angelus nuntiat, sanctificat Deus, sanctus replet Spiritus, vita commendat. Ineffabiliore autem modo supervenit in Virginem, quam tota divinitatis plenitudo sine mensurae discretione perfudit, ut totam caperet, qui fecit totum; ut non solum a peccatis abluta, repleta Spiritu, sed et de Spiritu sancto concepisse credatur, quia «quod in ea natum est, de Spiritu sancto est (Matth. I).» Inde est quod singulari praerogativa fides catholica Filium Dei natum de Virgine, conceptum de Spiritu confitetur; ut deitatis et humanitatis indivisibilis adunata connexio, vocabulorum indifferentia designetur. Vides ergo quam remotiore privilegio «speciosus forma prae filiis hominum (Psal. XLIV),» a filiis hominum in concipiendo discretus sit? Illi etenim de peccatis et in peccatis concepti sunt; hic in Spiritu, et de Spiritu sancto concipitur. Haec sane dicta sunt de conceptione Joannis, nihil praejudicantia sanius sapienti. Sed etsi in aliquo sanctorum auctoritatibus videntur obviare, volumus ut sine omni excusationum vel defensionum patrocinio subruantur.

Tertius est excellentia in exsultatione. A saeculo non est auditum quod exsultaverit quis in utero matris, cum hic in gaudio exsultasse legatur. Prorsus obstupenda dignatio, puerum vix conceptum in motum exsultationis erumpere, eique gratanter occurrere servitio dulciore quem virginali substantiae praesensit infusum. Beata anima, quae in via peccatorum non stetit, sed secretiore semita de coelestibus officinis egrediens, inauditae gratulationis est sortita dulcedinem. Felix Elisabeth, ad quam mater properat Redemptoris, quam salutatoriis obsequiis coelorum imperatrix alloquitur.

Aunque el Espíritu Santo entonces llenara con un don más generoso los corazones de los creyentes, esto sin embargo se lee que Juan lo alcanzó en el útero, lo que la alteza apostólica al fin mereció obtener por una promesa más generosa.

Observa, te ruego, diligentemente, con qué ordenada disposición aquel Espíritu múltiple santifica a Jeremías, llena a Juan, sobreviene a María. Y ciertamente la santificación de Jeremías es admirable, porque aunque fue concebido en pecado, nace sin embargo sin pecado. Pues antes de que saliera del vientre fue santificado, ni podía nacer no santo el que en el útero de la madre había sido santificado. Cosa admirable, e inaudita desde los siglos pasados, un hombre concebido en pecados nacer sin pecado. Pero una virtud mucho más gloriosa llenó a Juan, quien tanto fue santificado del pecado, como así fue superfundido por el Espíritu dominante, que tanto sale purificado como lleno. Verdaderamente grande ante el Señor, a quien un ángel anuncia, Dios santifica, el Espíritu Santo llena, la vida encomienda. Pero de modo inefable sobrevino a la Virgen, a quien toda la plenitud de la divinidad sin discreción de medida perfundió, para que tomara todo el que hizo todo; para que no solo lavada de los pecados, llena del Espíritu, sino también se crea haber concebido del Espíritu Santo, porque «lo que en ella ha nacido, es del Espíritu Santo» (Mt 1). De ahí es que con singular prerrogativa la fe católica confiesa al Hijo de Dios nacido de la Virgen, concebido del Espíritu; para que la conexión adunada indivisible de la deidad y de la humanidad sea designada por la indiferencia de los términos. ¿Ves, pues, con qué privilegio más remoto aquel que es «hermoso en su forma antes que los hijos de los hombres» (Sal 44), fue distinguido de los hijos de los hombres al concebir? Aquellos ciertamente fueron concebidos de pecados y en pecados; este es concebido en el Espíritu, y del Espíritu Santo. Estas cosas ciertamente se han dicho sobre la concepción de Juan, no prejuzgando nada a quien guste más sanamente. Pero aunque en algo parezcan oponerse a las autoridades de los santos, queremos que sin patrocinio alguno de excusas o defensas sean socavadas.

El tercero es la excelencia en la exultación. Desde el principio del mundo no se ha oído que nadie haya exultado en el vientre de la madre, cuando aquí se lee que exultó en gozo. Condescendencia ciertamente asombrosa, que un niño apenas concebido irrumpa en el movimiento de la exultación, y salga graciosamente al encuentro con un servicio más dulce de aquel que sintió infundido en la sustancia virginal. Bienaventurada alma, que no se detuvo en el camino de los pecadores, sino que saliendo por una senda más secreta de los talleres celestiales, le tocó en suerte la dulzura de una felicitación inaudita. Feliz Isabel, a quien la madre del Redentor se apresura, a quien la emperatriz de los cielos se dirige con obsequios salutatorios.

Sed puer multo felicior, qui salutantis majestatem agnoscens, intra viscerum tenebrosa volumina gaudio gautlet, quia vim tam beatae salutationis attendit. «Et factum est, inquit, ut audivit salutationem Mariae Elisabeth, exsultavit in gaudio infans in utero ejus (Luc. I).» Ascendit Virgo cum festinatione in domum Zachariae ad salutandam Elisabeth, portans in utero Filium Dei, Regem gloriae, Dominum majestatis. Occurrit Elisabeth, et antiquae sterilitatis carens opprobriis, amicum Sponsi, praeconem Verbi felicissimo ventre deportat. Junguntur amplexus, venitur ad oscula, copulantur felices uteri, Regemque et militem nonnisi duo tenerrimi parietes abjungunt. Quid mirum, si miratur et exsultat puer ad tactum tam proximae divinitatis afflatus? Poteratne vacare a quocunque miraculo cui praesens aderat Regis praesentia, regnantis Mater, mundi Redemptor? Quid quod non semel tam sanctorum amplexuum fuit celebrata conjunctio? «Mansit autem Maria cum illa quasi mensibus tribus,» ait evangelista (Ibid.). Tanto tempore manet cum Elisabeth virginalis integritas, et nunc dulciore colloquio, nunc amplexu feliciore Joannem puerum consecrat et insignit. Et fortassis usque in diem nativitatis ejus gloriosa Virgo cum cognata sua morata est, donec puerum natum sinu beatissimo confoveret, et uno pariete remoto, propinquiorem redderet praesentiae Creatoris. Facile autem hoc ex Evangelio conjectare liquet, quia jam sex menses a conceptione Joannis defluxerant, cum ad Virginem archangelus missus est, qui renovationem mundi pudori virgineo nova salutatione portavit. Ex hinc Virgo festinat ad Elisabeth, et tribus mensibus praesentia sua cognatae dignatur hospitium, donec noni mensis fine concluso, nativitas imminet patriarchae. Alii, qui librum justorum diligentioribus oculis inspexerunt, ibi se vidisse testantur, quod ipsa Dei genitrix felicem puerum primum de terra levarit, et cognatae partum omni prosecuta sit servitute. Quocunque autem modo rei hujus veritas decernatur, illud pro certo certum est, quia non parum contulit puero nascituro tam felix et morosum intemeratae genitricis hospitium.

Quartus vero gaudium in nativitate. Erubesce, Lucifer, qui mane oriebaris (Isa. XIV), et conatuum fractis impulsibus tandem intellige quia in novissimo dierum tanquam perdix stultissimus remanebis. Machinationibus tuis factum est ut humani generis universitas in peccatis conciperetur, nasceretur in tristitia (Gen. III). Sed ecce iste in utero sanctificatur, oritur in gaudio, laetitiamque mundo sua nativitate refundit. Ecce genus armaturae quod tibi constitueras ad victoriam, Joanni nascitur ad coronam.

Pero mucho más feliz es el niño, quien, reconociendo la majestad de la que saluda, se alegra de gozo dentro de los tenebrosos volúmenes de las entrañas, porque atiende a la fuerza de tan bienaventurada salutación. «Y sucedió —dice— que cuando oyó Isabel la salutación de María, exultó de gozo el infante en su útero» (Lc 1). La Virgen sube con apresuramiento a la casa de Zacarías para saludar a Isabel, llevando en su útero al Hijo de Dios, al Rey de la gloria, al Señor de la majestad. Sale al encuentro Isabel, y careciendo de los oprobios de su antigua esterilidad, lleva en su felicísimo vientre al amigo del Esposo, al heraldo del Verbo. Se unen los abrazos, se llega a los besos, se acoplan los felices úteros, y no sino dos tiernísimas paredes separan al Rey y al soldado. ¿Qué maravilla si el niño se maravilla y exulta al contacto de tan próxima ráfaga de divinidad? ¿Podía acaso estar vacío de cualquier milagro aquel a quien asistía la presencia del Rey, la Madre del que reina, el Redentor del mundo? ¿Qué decir de que no una sola vez fue celebrada la conjunción de tan santos abrazos? «Permaneció, pues, María con ella casi tres meses», dice el evangelista (ibid.). Tanto tiempo permanece con Isabel la integridad virginal, y ahora con un coloquio más dulce, ahora con un abrazo más feliz, consagra e insigna al niño Juan. Y tal vez hasta el día de su nacimiento la gloriosa Virgen moró con su parienta, hasta que fomentara al niño nacido en su seno beatísimo, y retirada una sola pared, lo hiciera más cercano a la presencia del Creador. Fácilmente se puede conjeturar esto por el Evangelio, puesto que ya habían transcurrido seis meses desde la concepción de Juan cuando el arcángel fue enviado a la Virgen, quien llevó la renovación del mundo al pudor virginal con una nueva salutación. Desde entonces la Virgen se apresura a Isabel, y durante tres meses dignifica con su presencia el hospicio de su parienta, hasta que, concluido el fin del noveno mes, insta el nacimiento del patriarca. Otros, que han inspeccionado con ojos más diligentes el libro de los justos, atestiguan haber visto allí que la misma madre de Dios levantó primero de la tierra al feliz niño, y prosiguió el parto de su parienta con todo servicio. De cualquier modo que se decida la verdad de este asunto, aquello es por cierto cierto, porque no poco contribuyó al niño por nacer tan feliz y moroso hospicio de la madre inmaculada.

El cuarto es ciertamente el gozo en el nacimiento. Avergüénzate, Lucifer, que nacías por la mañana (Is 14), y con los impulsos rotos de tus esfuerzos comprende al fin que en el novísimo de los días permanecerás como una perdiz estupidísima. Por tus maquinaciones se hizo que la universalidad del género humano fuera concebida en pecados, naciera en la tristeza (Gen 3). Pero he aquí que este es santificado en el útero, surge en el gozo, y refunde al mundo la alegría con su nacimiento. He aquí el género de armadura que te habías constituido para la victoria, le nace a Juan para la corona.

Apprehende arma et scutum, et toto malignitatis tuae spiritu debacchare, non tamen poteris irrumpere Joannis privilegium, quod benigna scribentis manus proprio charactere consignavit. Multum deceptus, multum delusus es. An ignoras quia tibi vir bellator ab adolescentia et etiam a matris utero consurgit? Nescis quia a diebus istius «regnum coelorum vim patitur, et violenti rapiunt illud? (Matth. XI.)» An oblitus es quia iste mittitur parare Domino plebem perfectam? (Luc. I.) Intuere ordinem rerum, et ab ipsis suae conceptionis initiis invenies hunc validiore conamine tuam fortitudinem irrupisse. Tu fecisti ut fratricida Cain, qui prius natus est (Gen. IV), pollutus et obvolutus exiret, et originalis peccati respergeretur infamia. Hunc excepit orbis exterritus, et humani generis subsecuta nativitas ad infinitae tristitiae cumulum transmigravit. Nativitas autem hominis istius in gaudio est et in solemnitatem praeclaram. Laetatur orbis, et quatuor mundi climata circumsonant gloriosae festivitatis instantia, ipsis etiam coelis celebris et famosa. «Quis putas puer iste erit?» Amicus Sponsi, inimicus tibi, tua potestate potentior. Considerandum est quanta dignitate praepolleat nativitatis hujus celebranda devotio, quantamque gratiam in oculis Ecclesiae potuerit invenire. Nullius hominis nativitatem, praeter solius Dei ejusque matris, in auctoritatis arcem recepit Ecclesia, hujus istius exceptione servata. Novit enim quia melior est dies mortis die nativitatis (Eccle. VII), et quod ortus hominum tristitia comitetur. Inde est quod martyrum mortes, non nativitates solemnizat Ecclesia; mortem eorum Natalitiorum nomine nominans, quibus factus est de morte natalis. Tunc enim incoeperunt nasci ad vitam, cum vitam deposuerunt pro vita. Hujus vero nativitatem sponsa Christi tanto securius benevolentissima dignatione suscepit, quanto singularius eam veritatis evangelicae irrefragabilis commendat auctoritas.

Quintus est singularitas in conversione et conversatione intra teneritudinem annorum. Beatus namque iste puer ad eremum, spiritu ducente, deductus est; nec obstitit aetatis infirmitas, quam majestas Domini fecundabat. Spiritus enim sanctus non attendit differentiam sexuum, fragilitatem corporum, temporum annositatem, sed quemcunque et quomodo vult dignantissima replet benignitate. Relinquit Joannes mundum, homines fugit, nescit patriam, parentes aspernatur, et in solius divinitatis apicem beatae contemplationis figit obtutus.

Toma las armas y el escudo, y ensáñate con todo el espíritu de tu malignidad, pero no podrás irrumpir en el privilegio de Juan, que la benigna mano del que escribe consignó con su propio carácter. Muy engañado, muy ilusionado estás. ¿O ignoras que un hombre guerrero surge contra ti desde la adolescencia e incluso desde el útero materno? ¿No sabes que desde los días de este «el reino de los cielos padece violencia, y los violentos lo arrebatan»? (Mt 11). ¿O has olvidado que este es enviado a preparar para el Señor un pueblo perfecto? (Lc 1). Mira el orden de las cosas, y desde los mismos inicios de su concepción encontrarás que este irrumpió en tu fortaleza con un esfuerzo más válido. Tú hiciste que el fratricida Caín, que nació primero (Gen 4), saliera poluto y envuelto, y fuera salpicado por la infamia del pecado original. A este lo recibió el orbe aterrorizado, y el nacimiento subsiguiente del género humano transmigró al cúmulo de una tristeza infinita. El nacimiento, en cambio, de este hombre es en gozo y en una solemnidad preclara. Se alegra el orbe, y los cuatro climas del mundo resuenan con la instancia de la gloriosa festividad, célebre y famosa incluso para los mismos cielos. «¿Quién piensas que será este niño?». Amigo del Esposo, enemigo tuyo, más potente que tu potestad. Se ha de considerar con cuánta dignidad sobresale la celebranda devoción de este nacimiento, y cuánta gracia pudo encontrar a los ojos de la Iglesia. El nacimiento de ningún hombre, fuera del solo Dios y de su madre, lo recibió la Iglesia en la alcázar de la autoridad, preservada la excepción de este. Pues sabe que mejor es el día de la muerte que el día del nacimiento (Ecl 7), y que el orto de los hombres va acompañado de tristeza. De ahí es que la Iglesia solemniza las muertes de los mártires, no los nacimientos; llamando a su muerte con el nombre de Natalicios, por los cuales se hizo natal de la muerte. Pues entonces empezaron a nacer a la vida, cuando depusieron la vida por la vida. El nacimiento, pues, de este, la esposa de Cristo lo recibió con condescendencia tanto más segura y benevolentísima cuanto más singularmente lo recomienda la irrefragable autoridad de la verdad evangélica.

El quinto es la singularidad en la conversión y en la conducta dentro de la ternura de los años. Pues este niño bienaventurado fue llevado al desierto, conduciéndolo el Espíritu; ni se opuso la enfermedad de la edad, que la majestad del Señor fecundaba. Pues el Espíritu Santo no atiende a la diferencia de sexos, la fragilidad de los cuerpos, la ancianidad de los tiempos, sino que llena a quienquiera y como quiere con su más dignante benignidad. Deja Juan el mundo, huye de los hombres, desconoce la patria, desprecia a los padres, y fija la mirada de la bienaventurada contemplación en la sola cumbre de la divinidad.

Mira rerum conversio, hominem vix mundum ingressum mundi fugere gloriam, et saeculi cupiditates non solum oblivisci, sed et nescire, perpetuumque cum divinitate stabilire consortium. Recessus montium, silvarum anfractus et vallium subterjacens vastitas puero patriarchae domicilia praebuerunt. Non opponatur mihi Jeremias, nec praedicantis pueritiae virtus audeat obviare, quia si ille consecratur in prophetam (Jer. I) hic in plusquam prophetam (Matth. XI); et licet ille populo futura praedicat, non tamen conversationis humanae declinat aspectus. Sic, sic Joannes aetatis supergressus infantiam, et nobilioris generis generositatem oblitus, soli vacat divinitati, forma vitae, monachorum propositum, anachoretarum principium, totius religionis assertio. Et haec quidem pro conversione. Porro quanta sublimitas in conversatione fuerit, non est currentis linguae voluptatibus disserendum, sed evangelicae dignitatis comprobandum eloquio. «Joannes, inquit, habebat vestimentum de pilis camelorum, et zonam pelliceam circa lumbos ejus; esca autem ejus erat locustae et mel silvestre (Matth. III). Ecce qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt (Matth. XI).» Rigida vestis, et durissimis hispiditatibus circumtexta, rigore squalorifero corpus afficit patriarchae, carnemque tenerrimam immatura disciplinae feritate coarctat, teneros artus, et sacratiore spiritu superfusos continui quassat longitudo martyrii. Cibus autem ejus qualis erat? Non quaeruntur phasides aves, nec per totam discurritur regionem, ut patriarchalis stomachus impleatur. Sed «erat, inquit, esca ejus locustae, et mel silvestre.» Coeli rore pascitur et animalis vilissimi satiatur edulio, nihilque coctum accipit jejunantis austeritas. Castigato quippe ventri, et diuturna maceratione distento, ignota fuit varietas ferculorum, nec introivit in os ejus quod gulam alliceret, sufficeret ventri, stomacho blandiretur. Elias comedit carnes (III Reg. XVII), et si quid aliud apponitur, cum gratiarum percepit actione, nec aliquem, nisi fallor, legimus in veteri officina ad legis hujus aspirasse fastigium. Vestis aspera, cibus tenuis, mens devota, perfectum consecrant patriarcham.

Sextus est novitas in praedicatione. Hic volo attentius attendat intentio vestra, quia paulo subtilius ordiendum materiae praecipit magnitudo. Post peccatum Adae et illius diluvii vastationem solemnem, electa est justorum infinita pluralitas, cum quibus Deus facie ad faciem locutus fuisse dignoscitur.

Admirable conversión de las cosas, que un hombre apenas ingresado al mundo huya de la gloria del mundo, y no solo olvide los deseos del siglo, sino que incluso los desconozca, y establezca un perpetuo consorcio con la divinidad. Los retiros de los montes, los recovecos de las selvas y la vastedad subyacente de los valles proporcionaron domicilios al niño patriarca. No se me oponga Jeremías, ni la virtud de su predicadora niñez se atreva a encontrársele, porque si aquel es consagrado como profeta (Jer 1) este lo es en más que profeta (Mt 11); y aunque aquel predica cosas futuras al pueblo, no declina sin embargo el aspecto de la conversación humana. Así, así Juan habiendo sobrepasado la infancia de la edad, y olvidado de la generosidad de una estirpe más noble, vaca solo a la divinidad, forma de vida, propósito de los monjes, principio de los anacoretas, aserción de toda la religión. Y esto ciertamente en cuanto a la conversión. Por lo demás, cuánta sublimidad hubo en la conducta, no ha de disertarse con las delicias de una lengua corriente, sino que ha de comprobarse con la elocuencia de la dignidad evangélica. «Juan —dice— tenía un vestido de pelos de camellos, y una zona de piel alrededor de sus lomos; pero su comida era langostas y miel silvestre (Mt 3). He aquí que los que se visten con ropas blandas están en las casas de los reyes (Mt 11)». Un vestido rígido, y entretejido con las más duras asperezas, afecta con un rigor escuálido el cuerpo del patriarca, y coarta con una inmadura ferocidad de disciplina la carne tiernísima, la longitud de un continuo martirio sacude los tiernos miembros, superfundidos con un espíritu más sagrado. Por lo demás, ¿qué tipo de comida era la suya? No se buscan aves faisanas, ni se discurre por toda la región para que el estómago patriarcal se llene. Sino que «era —dice— su comida langostas y miel silvestre». Se alimenta del rocío del cielo y se sacia con el manjar de un animal vilísimo, y la austeridad del que ayuna no recibe nada cocido. Ciertamente, para el vientre castigado, y distendido por una diuturna maceración, fue desconocida la variedad de manjares, ni entró en su boca lo que pudiera atraer a la gula, bastar al vientre, lisonjear al estómago. Elías comió carnes (3 Re 17), y si algo más se le sirve, lo percibió con acción de gracias, ni leemos de nadie, si no me engaño, en la antigua oficina que haya aspirado a la cumbre de esta ley. El vestido áspero, la comida tenue, la mente devota, consagran a un patriarca perfecto.

El sexto es la novedad en la predicación. Aquí quiero que vuestra atención atienda más atentamente, porque la magnitud de la materia prescribe un comienzo un poco más sutil. Después del pecado de Adán y de la solemne devastación de aquel diluvio, fue elegida una infinita pluralidad de justos, con los cuales se reconoce que Dios habló cara a cara.

Transfertur Henoch (Gen. V), eligitur Noe (Gen. VI), vocatur Abraham (Gen. XII), Isaac diligitur (Gen. XVII), Jacob Deum facie ad faciem contemplatur (Gen. XXXIII), Joseph vocatur mundi Salvator (Gen. XLI); nec tamen Dei ad illos, vel illorum ad homines fit aliqua mentio de regni coelestis perpetua mansione. Moyses assumitur in ducem populi Judaeorum (Exod. III), Pharaoni in Deum constituitur. Facit Deus in Aegypto magnalia, et mirabilia in terra Cham, terribilia in mari Rubro (Exod. VII, VIII, etc.). Ascendit Moyses ad caliginem, in qua erat Deus. Datur in monte multiplex praeceptorum auctoritas. Loquitur ille cum Deo, quasi homo ad vicinum suum. Non est occultatum a Moyse quod facit Dominus in occulto, et gloriosum nomen Adonai, quod omnibus obvelatum fuerat, revelatur (Exod. IV, etc.). Sed in his omnibus regni coelorum memoria nec nominatur, nec auditur. Astat Aaron summus sacerdos, potentis virgae gestarius, unctus et delibutus coelestium sacramentorum unctione. Succedit Josue, et omnis illa judicum multitudo, nec est vel ulla tenuis mentio Regni coelestis (Jos., lib.). Invenit Dominus David virum secundum cor suum (Psal. LXXXVIII), Salomonem filium ejus sapientia cumulat singulari (III Reg. III), et omnem illum prophetalem chorum Spiritus sanctus ordinat et infundit, nihilque de coelestis regni gloria prophetatur. Claudit Elias coelum annis tribus et mensibus sex (III Reg. XVII); Eliseus mortuus mortuum vitae restituit (IV Reg. IV); et ab his nec vel ulla scintillula beatae mansionis elucet. Quid plura? A principio mundi usque ad Joannem universitatis humanae electionem recollige, nec in sermone vel opere illius sanctuarii poteris reperire dulcedinem. Veni ergo ad Joannem, et audi vocem exsultationis, vocem novitatis, vocem laetitiae, misericordiae verbum, sermonem gloriae, gratiae largitatem; quod celaverat Deus, tacuerat angelus, latuerat patriarchas, prophetae nescierant: «Poenitentiam, inquit, agite; appropinquabit enim regnum coelorum (Matth. III).» Verbum poenitentiae dulce, et gloriosum verbum regni coelorum laetum et adorandum, illi soli primario conveniens qui primus Novi Testamenti posuit fundamenta. Haec est illa vox, de qua maximus ille contemplator coelestium visionum in haec verba prosequitur: «Et vox prima quam audivi, tanquam citharoedorum citharizantium in citharis suis (Apoc. XIV).» A diebus Adae usque ad Joannem organum nostrum versum est in vocem flentium, quia ibi peccatorum frequentia, nec poenitentiae locus, duplex erat deplorandi materia. Occidis? occidi juberis. Sabbato ligna colligis? lapidari juberis (Num. XV), et ille, cui proprium est misereri semper et parcere, nisi ferire non novit.

Es trasladado Enoc (Gen 5), es elegido Noé (Gen 6), es llamado Abraham (Gen 12), Isaac es amado (Gen 17), Jacob contempla a Dios cara a cara (Gen 33), José es llamado Salvador del mundo (Gen 41); ni sin embargo se hace por Dios a ellos, o por ellos a los hombres, alguna mención sobre la perpetua mansión del reino celestial. Moisés es asumido como jefe del pueblo de los judíos (Ex 3), es constituido como Dios para el Faraón. Hace Dios maravillas en Egipto, y milagros en la tierra de Cam, cosas terribles en el Mar Rojo (Ex 7, 8, etc.). Sube Moisés a la tiniebla en la que estaba Dios. Se da en el monte una múltiple autoridad de preceptos. Habla él con Dios, como un hombre a su vecino. No se ocultó de Moisés lo que hace el Señor en oculto, y el glorioso nombre Adonai, que había estado velado para todos, se revela (Ex 4, etc.). Pero en todo esto, la memoria del reino de los cielos ni se nombra ni se oye. Está presente Aarón, el sumo sacerdote, gestor de la poderosa vara, ungido y deleitado con la unción de los sacramentos celestiales. Sucede Josué, y toda aquella multitud de jueces, ni hay siquiera una tenue mención del Reino celestial (Josué, lib.). Encontró el Señor a David, varón según su corazón (Sal 88), a Salomón su hijo lo colma de una sabiduría singular (3 Re 3), y a todo aquel coro profético el Espíritu Santo lo ordena e infunde, y nada se profetiza sobre la gloria del reino celestial. Cierra Elías el cielo por tres años y seis meses (3 Re 17); Eliseo muerto restituye a un muerto a la vida (4 Re 4); y por estos ni siquiera una centellita de la bienaventurada mansión brilla. ¿Para qué más? Desde el principio del mundo hasta Juan, recoge la elección de la universalidad humana, ni en el discurso ni en la obra de ninguno podrás encontrar la dulzura de aquel santuario. Ven, pues, a Juan, y oye la voz de la exultación, la voz de la novedad, la voz de la alegría, la palabra de la misericordia, el discurso de la gloria, la largueza de la gracia; lo que Dios había callado, el ángel había silenciado, a los patriarcas se les había ocultado, los profetas no lo habían conocido: «Haced penitencia —dice—; pues se acercará el reino de los cielos» (Mt 3). Palabra de penitencia dulce, y gloriosa palabra del reino de los cielos alegre y adorable, conveniente primariamente a aquel solo que primero puso los fundamentos del Nuevo Testamento. Esta es aquella voz, sobre la cual aquel máximo contemplador de las visiones celestiales prosigue en estas palabras: «Y la primera voz que oí, como de citaristas que citarizan en sus cítaras» (Ap 14). Desde los días de Adán hasta Juan, nuestro órgano se convirtió en voz de los que lloran, porque allí la frecuencia de los pecados, ni lugar para la penitencia, era una doble materia de deplorar. ¿Matas? se te manda ser muerto. ¿Recoges leña en sábado? se te manda ser apedreado (Num 15), y aquel a quien es propio tener siempre misericordia y perdonar, no sabía sino herir.

Dederat quippe eis praecepta non bona traditor praeceptorum, et justificationes in quibus vivere non possent (Ezech. XX). Hoc est quod justus miratur dicens: «Ubi misericordiae tuae antiquae, Domine?» (Psal. LXXXVIII.) Joannes natus ostendit medicamentum vulneri, peccato poenitentiam, veniam iniquitati. Haec est prima vox quam vox clamantis in deserto (Matth. III) proposuit: «Et vox turturis audita est in terra nostra (Cant. II).» Ex tunc misit in os nostrum canticum novum, carmen Deo nostro (Psal. XXXIX), et resonat in ore nostro gratiarum actio, et vox laudis; superexaltatur misericordia judicio, peccatoribus parcitur, regnat pietas, justitia dissimulatur, et miserendi, non feriendi, quaerit occasionem misericors et miserator Dominus. Citharizant ergo in citharis suis, qui voluptatum effusionem poenitentiae districtione reverberant: et de profunda peccatorum voragine respirantes, Pharaone submerso, cantant in viis Domini, «quoniam magna est gloria Domini (Psal. CXXXVII).»

Septimus est dignitas in baptismate. Singularis prorsus humilitas, Verbum caro factum, et in perfectum egrediens virum, relicta hominum universitate, Joannem quaerit, Joannem desiderat, ad Joannem vadit. Terribilis in consiliis Deus super filios hominum (Psal. LXV), portansque omnia verbo virtutis suae, purgationem peccatorum faciens (Hebr. I), venit a Galilaea in Jordanem ad Joannem, ut baptizaretur ab eo. Stupet Joannes et timore concutitur, totumque patriarcham infinitus horror insumit. «Ego inquit, a te debeo baptizari, et tu venis ad me? (Matth. III.)» Dicit et Salvator: «Sine modo; sic enim decet nos implere omnem justitiam (Ibid.).» Acquiescitur utrinque salutaribus monitis, et accingit se Joannes ad baptizandum et ad suspiciendum Dominum angelorum. Ex uitur vestimentis suis Rex gloriae, splendor luminis, et figura substantiae Dei, Joannis manibus attrectatur. Caro illa sumpta de Virgine, candidioreque derivata materia, nudatur in flumine, felicibus Baptistae manibus infundenda. Descendunt angeli; et coelorum agmina tota reverentia currunt ad Creatorem, baptizantemque et baptizatum dominantia numina circumcingunt. Infundit aquam capiti Creatoris creatura nobilior, et Dei verticem mortalis dextera contrectat et contingit. Pavet coelum, stupet terra, Jordanis arridet, mirantur archangeli Dominum Sabaoth inter manus baptizantis includi. Quid est, Joannes? Cherubim et Seraphim vix audent respicere, et tu nudum tenere praesumis! Hic est, in quem desiderant angeli prospicere (I Petr. I); cui, Sanctus, sanctus, sanctus, sublimi melodiarum organo beatae civitatis conventus ingeminat (Isa. VI; Apoc. IV); qui solus habitat lucem inaccessibilem (I Tim. VI), Dominus virtutum, Deus scientiarum, misericordiarum pater, et tu non metuis! Tibi datum est, quod omnibus est negatum, baptizare eum qui baptizat in Spiritu sancto et igne, virginemque Virginis Filium virgineis manibus irrorare.

Pues les había dado preceptos no buenos el traidor de los preceptos, y justificaciones en las cuales no pudieran vivir (Ez 20). Esto es lo que el justo se maravilla diciendo: «¿Dónde están tus misericordias antiguas, Señor?» (Sal 88). Juan nacido mostró el medicamento para la herida, la penitencia para el pecado, el perdón para la iniquidad. Esta es la primera voz que la voz del que clama en el desierto (Mt 3) propuso: «Y la voz de la tórtola se ha oído en nuestra tierra» (Cant 2). Desde entonces puso en nuestra boca un cántico nuevo, un himno a nuestro Dios (Sal 39), y resuena en nuestra boca la acción de gracias y la voz de alabanza; se superexalta la misericordia sobre el juicio, se perdona a los pecadores, reina la piedad, se disimula la justicia, y busca ocasión de tener misericordia, no de herir, el Señor misericordioso y compasivo. Citarizan, pues, en sus cítaras, quienes reverberan la efusión de los placeres con la severidad de la penitencia: y respirando de la profunda vorágine de los pecados, sumergido el Faraón, cantan en los caminos del Señor, «porque grande es la gloria del Señor» (Sal 137).

El séptimo es la dignidad en el bautismo. Humildad ciertamente singular, el Verbo hecho carne, y saliendo como hombre perfecto, dejada la universidad de los hombres, busca a Juan, desea a Juan, va a Juan. Dios terrible en los consejos sobre los hijos de los hombres (Sal 65), y llevando todas las cosas por la palabra de su virtud, haciendo la purgación de los pecados (Heb 1), vino de Galilea al Jordán ante Juan, para ser bautizado por él. Se pasma Juan y se sacude por el temor, y un horror infinito consume a todo el patriarca. «Yo —dice— debo ser bautizado por ti, ¿y tú vienes a mí? (Mt 3)». Dice también el Salvador: «Deja ahora; pues así nos conviene cumplir toda justicia (ibid.)». Se aquiesce por ambas partes a las salutíferas moniciones, y se ciñe Juan para bautizar y para recibir al Señor de los ángeles. Se desnuda de sus vestidos el Rey de la gloria, esplendor de la luz, y la figura de la sustancia de Dios es manoseada por las manos de Juan. Aquella carne tomada de la Virgen, y derivada de una materia más cándida, se desnuda en el río, para ser regada por las felices manos del Bautista. Descienden los ángeles; y las legiones de los cielos corren con toda reverencia hacia el Creador, y las potencias dominantes circundan al que bautiza y al bautizado. Infunde agua sobre la cabeza del Creador una criatura más noble, y la diestra mortal toca y contrecta el vértice de Dios. Teme el cielo, se pasma la tierra, el Jordán sonríe, se maravillan los arcángeles de que el Señor de los ejércitos sea incluido entre las manos del que bautiza. ¿Qué pasa, Juan? ¡Los Querubines y Serafines apenas se atreven a mirar atrás, y tú presumes de sostener al desnudo! Este es aquel a quien los ángeles desean contemplar (1 Pe 1); a quien, Santo, santo, santo, la asamblea de la ciudad bienaventurada ingemina con el sublime órgano de las melodías (Is 6; Ap 4); el que solo habita la luz inaccesible (1 Tim 6), el Señor de las virtudes, el Dios de las ciencias, el padre de las misericordias, ¡y tú no temes! A ti te fue dado, lo que a todos fue negado, bautizar a aquel que bautiza en el Espíritu Santo y en el fuego, y regar con manos virginales al virgen Hijo de la Virgen.

Totus astupeo baptizanti, hominemque Dei magistrum revereor, dignantem admiror, veneror dignationem, et hominem video violentiam ipsis coelis inferre. Porro illud quale est quo in isto baptismate terminatur lex, finem accipit prophetia et omnis illa sacrificiorum multitudo propulsatur et pellitur? Hic incipit et stabilitur novae regenerationis perduranda purgatio, et in unam baptismatis formam legalium transeunt dispendia figurarum. Ad ablutionem enim aquae et invocationem sancti Spritus, sepelitur hircorum et vitulorum sanguinolenta congeries, et pecora pecoribus Judaeis relinquimus, illud Davidicum attendentes: «Holocaustum et pro peccato non postulasti (Psal. XXIX).»

Octavus est prima revelatio de Trinitate. A creatione coeli et terrae usque ad hunc locum nunquam Trinitas hominibus manifeste apparuit, sed rerum et verborum involueris involuta fuit tantae claritatis aeternitas. Denique creationem hominis Creator rerum summa dignitate commendans: «Faciamus, inquit, hominem ad imaginem et similitudinem nostram (Gen. I).» Reverendum revera privilegium, nec ulli traditum creaturae. Creatur illa sublimior numerositas angelorum, et elementorum omnium ordinatur variata connexio, sed omnipotentis praesentia tantum opus alta taciturnitate prospectat. Ut vero venitur ad hominem et nobilis creatura creari disponitur, accingit se Trinitas ad creandum, et consilium accipit Sapientia, ut creaturae dignitas Creatoris privilegio clara esse monstretur. Nec ibi tamen satis aperte divinae majestatis eluxere vocabula, cum ad angelos obsequentes quidam referant divini sermonis oraculum, vel, si minus hoc cautum est, signata pluralitas absque nominum differentia praedicetur. Abraham tres vidit, et unum adoravit (Gen. XVIII). Sed et ibi Scripturae sacrae reverentia nunc mixtim, nunc separatim claudit eloquium, ut modo Dominum, modo viros placeat nominare. Judaei tamen longam hic texunt reprehensionis parabolam, tres angelos a Domino missos asseverantes, unum ad nativitatem Isaac praedicendam, duos ad Sodomam subvertendam: Illum enim, cum quo locutus est justus, dicens: «Domine, si inveni gratiam in oculis tuis (Ibid.),» prophetali spiritu somniant cognovisse, nativitatis Isaac advenisse praeconem. Illum adorat, sicut Bersabee David regem, sociisque ejus propter ipsius reverentiam indefessus assistit (II Reg. III).

Todo me quedo atónito ante el que bautiza, y reverencio al hombre como maestro de Dios, admiro al que se digna, venero la dignación, y veo a un hombre inferir violencia a los mismos cielos. Por lo demás, ¿qué cosa es esa por la cual en este bautismo se termina la ley, recibe el fin la profecía y toda aquella multitud de sacrificios es propulsada y repelida? Aquí comienza y se establece la purgación perdurable de la nueva regeneración, y en una sola forma de bautismo pasan los gastos de las figuras legales. Pues para la ablución del agua y la invocación del Espíritu Santo, se sepulta la sanguinolenta congerie de machos cabríos y de becerros, y dejamos las reses para las reses judías, atendiendo a aquello davídico: «Holocausto y por el pecado no pediste (Sal 29)».

El octavo es la primera revelación de la Trinidad. Desde la creación del cielo y de la tierra hasta este lugar, nunca la Trinidad se apareció manifiestamente a los hombres, sino que la eternidad de tan gran claridad estuvo envuelta en los velos de las cosas y de las palabras. Finalmente, el Creador de las cosas, recomendando la creación del hombre con la máxima dignidad, dijo: «Hagamos al hombre a nuestra imagen y semejanza (Gén 1)». Privilegio verdaderamente venerable, ni entregado a criatura alguna. Se crea aquella más sublime numerosidad de los ángeles, y se ordena la variada conexión de todos los elementos, pero la presencia del Omnipotente contempla tan gran obra con un profundo silencio. Pero cuando se llega al hombre y se dispone que sea creada la noble criatura, se ciñe la Trinidad para crear, y la Sabiduría toma consejo, para que la dignidad de la criatura se muestre clara por el privilegio del Creador. Sin embargo, ni siquiera allí brillaron con suficiente claridad los nombres de la divina majestad, ya que algunos refieren el oráculo del sermón divino a los ángeles obedientes, o, si esto es menos cauto, se predica una pluralidad señalada sin diferencia de nombres. Abraham vio a tres, y adoró a uno (Gén 18). Pero también allí la reverencia de la sagrada Escritura cierra el lenguaje ahora mezcladamente, ahora separadamente, de modo que place nombrar ahora al Señor, ahora a los varones. Los judíos, sin embargo, tejen aquí una larga parábola de reprensión, aseverando que tres ángeles fueron enviados por el Señor, uno para predecir el nacimiento de Isaac, dos para subvertir Sodoma: pues a aquel con quien habló el justo, diciendo: «Señor, si he hallado gracia a tus ojos (ibid.)», sueñan con espíritu profético que conoció que había llegado el pregonero del nacimiento de Isaac. A aquel adora, como Betsabé al rey David, y asiste incansable a sus compañeros por la reverencia de él (2 Sam 3).

Unde et nonnisi duo in subversione civitatum infelicium numerantur, illo superius jam reverso, qui nativitatem Isaac fideli devotione compleverat. Tres enim viri Saram vocari praecipiunt, sed unus est, qui promissionis insperatae manifestat arcanum. Haec Judaei, et qui magis elegerunt judaizare quam credere. Sed, ut breviter concludamus, omnis illa sive patriarcharum seu prophetantium copulata societas, nullam, vel in sermonibus vel in rebus, de Patre et Filio et Spiritu sancto reperitur aperte fecisse mentionem. Veni ergo, et intuere filium Zachariae Deum et hominem propriis manibus continentem: et vide quia coeli aperiuntur ibi, et descendit Spiritus sanctus corporali specie sicut columba in Christum; et vox Patris audita est: «Hic est Filius meus dilectus (Matth. III).» Vides, quia ad sacratissimorum nominum novitatem coelorum palatia reserantur? Pater auditur in voce, Filius baptizatur in flumine, Spiritus sanctus in columbae specie demonstratur. Adest Joannes totius medius Trinitatis, gloriosumque Baptistam sanctificant indivisae substantiae personata vocabula; et nomen Trinitatis prioribus saeculis obvelatum, absque totius velaminis obumbratione relucet. Domine, quis est iste, quia innotuisti ei?

Nonus est testimonium sapientiae. Cum audisset Joannes in vinculis opera Christi, misit ad eum discipulos suos, et responsum est eis: «Caeci vident, etc. (Matth. XI),» quae veritatis evangelicae prosequitur copiosa narratio. Recedentibus autem nuntiis, ne forte in eorum praesentia adulationem redolere videretur, coepit Jesus dicere ad turbas de Joanne: «Quid existis in desertum videre? Arundinem vento agitatam? (Ibid.).» O mira testificatio Redemptoris! Quis ingressus est mundum, et mundum vel in aliquo non cognovit? Quis est, quem vel ventosa felicitas, vel adversitas turbida, vel cujuslibet peccati aura tenuior non inflexit? Ad extremum subinfertur quod terram excedat, transeat coelum, ipsumque verticem angelicae dignitatis attingat. «Inter natos, inquit, mulierum, non surrexit major Joanne Baptista (Ibid.).» Quid vis amplius? de nullo alio dici potuit, dicit Augustinus, quod dictum est de Joanne. Non opponas mihi evangelistam inter caeteros apostolos magis dilectum? non apostolorum principem omnibus apostolis antelatum; non Vas electionis ad coeli tertii secreta translatum; nec apostolicus splendor audeat occurrere Praecursori, quia jam omnes isti adolescentiae metas excesserant, cum a Veritate prolatum est: «Inter natos mulierum non surrexit major Joanne Baptista.» Considera mansiones regni, et universum ordinem humanae generationis obambula, solumque Joannem tam novis quam veteribus videbis esse praepositum.

Por lo cual también no sino dos se cuentan en la subversión de las ciudades infelices, habiéndose retirado ya aquel superior, que había completado el nacimiento de Isaac con fiel devoción. Pues tres varones mandan que Sara sea llamada, pero es uno el que manifiesta el arcano de la promesa inesperada. Esto dicen los judíos, y los que eligieron más judaizar que creer. Pero, para que concluyamos brevemente, toda aquella sociedad acoplada, ya de patriarcas o de profetizantes, se encuentra que no hizo mención abierta, ni en las palabras ni en las cosas, del Padre y del Hijo y del Espíritu Santo. Ven, pues, e intuya al hijo de Zacarías sosteniendo con sus propias manos a Dios y al hombre: y mira que los cielos se abren allí, y desciende el Espíritu Santo en especie corporal como paloma sobre Cristo; y se oyó la voz del Padre: «Este es mi Hijo amado (Mt 3)». ¿Ves que para la novedad de los nombres sacratísimos se abren los palacios de los cielos? El Padre es oído en la voz, el Hijo es bautizado en el río, el Espíritu Santo es mostrado en la especie de paloma. Está presente Juan en medio de toda la Trinidad, y los nombres personificados de la sustancia indivisa santifican al glorioso Bautista; y el nombre de la Trinidad, velado en los siglos anteriores, reluce sin el ensombrecimiento de velo alguno. Señor, ¿quién es este, para que te hayas dado a conocer a él?

El noveno es el testimonio de la Sabiduría. Habiendo oído Juan en las prisiones las obras de Cristo, envió a él a sus discípulos, y les fue respondido: «Los ciegos ven, etc. (Mt 11)», lo cual prosigue la copiosa narración de la verdad evangélica. Mas al retirarse los mensajeros, para que tal vez en presencia de ellos no pareciera oler a adulación, comenzó Jesús a decir a las turbas sobre Juan: «¿Qué salisteis a ver al desierto? ¿Una caña agitada por el viento? (ibid.)». ¡Oh mira testificación del Redentor! ¿Quién entró en el mundo, y no conoció al mundo siquiera en algo? ¿Quién es aquel a quien ni la ventosa felicidad, ni la turbia adversidad, ni el aura más tenue de cualquier pecado no haya inclinado? Al final se subañade lo que excede a la tierra, traspasa el cielo, y alcanza el mismo vértice de la dignidad angélica. «Entre los nacidos —dice— de las mujeres, no surgió uno mayor que Juan el Bautista (ibid.)». ¿Qué quieres más? De ningún otro pudo decirse, dice Agustín, lo que se dijo de Juan. ¿No me opondrás al evangelista más amado entre los demás apóstoles? ¿No al príncipe de los apóstoles antepuesto a todos los apóstoles? ¿No al Vaso de elección trasladado a los secretos del tercer cielo? Ni el esplendor apostólico ose concurrir contra el Precursor, porque ya todos estos habían excedido las metas de la adolescencia, cuando fue proferido por la Verdad: «Entre los nacidos de las mujeres no surgió uno mayor que Juan el Bautista». Considera las mansiones del reino, y recorre todo el orden de la generación humana, y verás que sólo Juan está antepuesto tanto a los nuevos como a los viejos.

Decimus est assertio matris Ecclesiae. Texitur ora chlamydi unguentumque profusum in capite, extremam quoque vestimenti fimbriam inundanter infundit. Illa enim mater et magistra omnium Ecclesiarum Ecclesia Romana, cui dictum est; «Ego pro te rogavi, ut non deficiat fides tua (Luc. XXII),» in honore Joannis Baptistae, post Salvatoris nomen consecrata est et signata. Dignum namque erat ut sententiam sponsi sponsae sequeretur auctoritas, et singularem amicum ejus illuc proveheret, ubi principatum ipsa conscendit. Electio procul dubio singularis, in illa ipsa urbe Joannem primatum Ecclesiae vindicare, quem duo coeli luminaria morte clarissima consecrarunt. Crucifigitur Petrus, Paulus obtruncatur, dignitas remanet Praecursori. Purpuratur Roma multitudine martyrum, totaque sublimitas beato refunditur patriarchae. Joannes ubique major, in omnibus singularis, mirabilis super omnes. Quis sic gloriose annuntiatus est? Quis ita specialiter in matris utero Spiritu sancto legitur fuisse repletus? Quem legistis infra matris uterum exsultasse? (Luc. II.) Cujus nativitatem vidistis celebrare Ecclesiam Dei? Quis sic puer eremum concupivit? Quis ita legitur sublimiter conversatus? Quis poenitentiam, et regnum coelorum primus ostendit? Quis baptizavit Regem gloriae? Cui se primum Trinitas revelavit? Cui tale testimonium perhibuit Deus? Quem sic honoravit Ecclesia? Vide si non haec omnia ita singulariter sunt hic singularia, ut nullus mortalium praedictis dignitatibus audeat inhiare.

Forsitan mihi disponis opponere quia sic ista habet propria, ut caetera sanctorum communia non attingat. Audi ergo: Joannes patriarcha, imo patriarcharum finis et caput; Joannes propheta, imo plusquam propheta: quia quem venientem nuntiat, digito demonstrat: Joannes angelus, sed et inter angelos electus, Salvatore testante, qui dicit: «Ecce mitto angelum meum, qui praeparabit viam ante faciem meam (Matth. XI).» Joannes apostolus, sed et apostolorum primus, et princeps; quia, «fuit homo missus a Deo (Joan. I).» Joannes evangelista, sed et Evangelii primus messor, praedicans Evangelium regni. Joannes virgo, imo virginitatis insigne, pudicitiae titulus, castitatis exemplum. Joannes martyr, sed et martyrum lumen, inter nativitatem mortemque Christi constantissimi forma martyrii. Praetereo quia vox clamantis in deserto (Isa. XL), quia praeco Verbi, quod Judicis praecursor. Illud quoque relinquo, quia usque ad Joannem lex et prophetae, quia Joannes ipse est Elias, quod lucerna sit ardens, lucens, quod amicus Sponsi, Sponsae praeparator. Silentio transeo quod sic novem angelorum ordinibus insertus est, ut etiam ad Seraphim apicem transferatur.

El décimo es la aserción de la madre Iglesia. Se teje la orla de la clámide y el ungüento derramado en la cabeza, también inunda abundantemente la extrema franja del vestido. Pues aquella madre y maestra de todas las Iglesias, la Iglesia Romana, a la cual fue dicho: «Yo he rogado por ti, para que no falte tu fe (Lc 22)», fue consagrada y señalada en el honor de Juan el Bautista, después del nombre del Salvador. Pues era digno que la autoridad de la esposa siguiera la sentencia del esposo, y promoviera a su singular amigo allí mismo, donde ella misma ascendió al principado. Elección sin duda singular, reivindicar en aquella misma ciudad el primado de la Iglesia para Juan, a quien las dos lumbreras del cielo consagraron con una muerte clarísima. Se crucifica Pedro, se decapita Pablo, la dignidad permanece para el Precursor. Se purpura Roma con la multitud de mártires, y toda la sublimidad se refunde al bienaventurado patriarca. Juan es en todas partes mayor, en todos singular, admirable sobre todos. ¿Quién fue así gloriosamente anunciado? ¿Quién se lee que haya sido tan especialmente lleno del Espíritu Santo en el útero de la madre? ¿A quién leísteis haber saltado de júbilo dentro del útero de la madre? (Lc 2). ¿El nacimiento de quién habéis visto celebrar a la Iglesia de Dios? ¿Quién así de niño codició el eremo? ¿Quién se lee que haya conversado tan sublimemente? ¿Quién mostró primero la penitencia y el reino de los cielos? ¿Quién bautizó al Rey de la gloria? ¿A quién se reveló primero la Trinidad? ¿De quién dio Dios tal testimonio? ¿A quién honró así la Iglesia? Mira si no todas estas cosas son aquí tan singularmente singulares, que ninguno de los mortales ose anhelar las predichas dignidades.

Tal vez dispones oponerme que este tiene estas cosas como propias de tal modo que no alcanza las demás cosas comunes de los santos. Oye, pues: Juan es patriarca, más aún, fin y cabeza de los patriarcas; Juan es profeta, más aún, más que profeta: porque a aquel que anuncia que viene, lo muestra con el dedo; Juan es ángel, pero también elegido entre los ángeles, por testimonio del Salvador, que dice: «He aquí que envío a mi ángel, que preparará el camino ante mi faz (Mt 11)». Juan es apóstol, pero también el primero y el príncipe de los apóstoles; porque «hubo un hombre enviado por Dios (Jn 1)». Juan es evangelista, pero también el primer segador del Evangelio, predicando el Evangelio del reino. Juan es virgen, más aún, insignia de la virginidad, título de la pudicicia, ejemplo de la castidad. Juan es mártir, pero también luz de los mártires, entre el nacimiento y la muerte de Cristo forma del más constante martirio. Paso por alto que es la voz del que clama en el desierto (Is 40), que es pregonero del Verbo, que es precursor del Juez. Dejo también aquello, que hasta Juan llegaron la ley y los profetas, que Juan mismo es Elías, que es lámpara ardiente y luciente, que es amigo del Esposo, preparador de la Esposa. Paso en silencio que fue de tal modo inserto en los nueve órdenes de los ángeles, que incluso es trasladado al ápice de los Serafines.

Verum hoc laboriosi operis est, et sensus nostri paupertas non sufficit. Sufficiant haec ad praesens, quae dicta sunt de laude Joannis ad gloriam Redemptoris, qui est Deus benedictus in saecula saeculorum. Amen.

* SERMO XXIV. II. IN NATIVITATE S. JOANNIS BAPTISTAE. (XXIV JUNII.)

Hodierna festivitas, dilectissimi, toto terrarum orbe conspicua, mentes nostras eo clarius splendore quodam novae lucis irradiat, quo et primordium nostrae redemptionis ac veri luminis ortum ut recolamus invitat. Cui enim meditanti nativitatem Joannis, non mox occurrit nativitas Christi, praesertim cum nascendi Joannem de patre sene et sterili matre nulla alia exstiterit causa, nisi ut mirabiliter natus praecederet singulariter nasciturum. Amicus videlicet Sponsum, famulus Dominum, vox Verbum, lucerna Solem, praeco Judicem, salvatus praecurreret Salvatorem. Testatur et ipse Joannes, hanc esse sui adventus causam, non ut simpliciter veniret, sed ut Dominum ad suae manifestationis indicium praeveniret. «Post me, inquit, venit vir qui ante me factus est; quia prior me erat: et ego nesciebam eum: sed ut manifestaretur in Israel, propterea veni ego in aqua baptizans (Joan. I).» Praevenit eum nascendo, praedicando, baptizando, moriendo, postremo et ad inferos descendendo. Praecessit itaque Dominum, praecessit et semetipsum. Ante enim quam conciperetur in utero, paternum os incredulitas clausit; quod ipse antequam loqueretur, expressione sui nominis mirabiliter reseravit. Plane cum necdum posset hominibus verba depromere, potuit exsultando latentem in utero Virginis Regem coeli maternis visceribus nuntiare. Spiritus enim sanctus, qui eum, antequam vitales carperet auras, animavit, ipsum quoque materni pudoris hospitium, in quo degebat, implevit. Unde Elisabeth: «Ecce, inquit, ut facta est vox salutationis tuae in auribus meis, exsultavit in gaudio infans in utero meo (Luc. I).»

Ubi quaerendum est quomodo fieri potuit ut in eum Spiritus sanctus sua dona diffunderet; cum, juxta ritum conditionis humanae, adhuc in iniquitatibus conceptus existeret, et necdum originalis peccati vinculum, percepta legalis observantiae circumcisione solvisset, cum per Moysen divina vox dicat: «Masculus, cujus praeputii caro circumcisa non fuerit, peribit anima illa de populo meo, quoniam pactum meum irritum fecit (Gen. XVII).»

Verdaderamente esto es de un trabajo laborioso, y la pobreza de nuestro sentido no basta. Basten estas cosas que por el presente se han dicho de la alabanza de Juan para la gloria del Redentor, que es Dios bendito por los siglos de los siglos. Amén.

* SERMÓN XXIV. II. EN LA NATIVIDAD DE S. JUAN BAUTISTA. (24 DE JUNIO.)

La festividad de hoy, dilectísimos, conspicua en todo el orbe de la tierra, irradia nuestras mentes tanto más claramente con cierto esplendor de una nueva luz, por la cual también nos invita a que recordemos el principio de nuestra redención y el orto de la verdadera luz. Pues, ¿a quién que medite el nacimiento de Juan no se le ocurre pronto el nacimiento de Cristo, especialmente cuando para que naciera Juan de un padre anciano y de una madre estéril no existió ninguna otra causa, sino para que nacido admirablemente precediera al que había de nacer singularmente? A saber, para que el amigo precediera al Esposo, el siervo al Señor, la voz al Verbo, la lámpara al Sol, el pregonero al Juez, el salvado al Salvador. Testifica también el mismo Juan que esta es la causa de su venida, no para que simplemente viniera, sino para que precediera al Señor para el indicio de su manifestación. «Después de mí —dice— viene un varón que fue hecho antes que yo; porque era primero que yo: y yo no lo conocía: mas para que fuera manifestado en Israel, por eso vine yo bautizando en agua (Jn 1)». Lo precedió naciendo, predicando, bautizando, muriendo, y finalmente también descendiendo a los infiernos. Precedió por tanto al Señor, y se precedió también a sí mismo. Pues antes de que fuera concebido en el útero, la incredulidad cerró la boca paterna; la cual él mismo, antes de que hablara, abrió admirablemente por la expresión de su nombre. Claramente, cuando todavía no podía proferir palabras a los hombres, pudo anunciando con júbilo al Rey del cielo latente en el útero de la Virgen a las entrañas maternas. Pues el Espíritu Santo, que lo animó, antes de que tomara las auras vitales, llenó también el hospicio del pudor materno en el que moraba. Por lo cual Isabel: «He aquí —dice— que apenas se hizo la voz de tu salutaciun en mis oídos, saltó de gozo el infante en mi útero (Lc 1)».

Donde debe preguntarse cómo pudo ser que el Espíritu Santo infundiera en él sus dones; cuando, según el rito de la condición humana, todavía existía concebido en iniquidades, y todavía no había soltado el vínculo del pecado original, percibida la circuncisión de la observancia legal, cuando por Moisés la divina voz dice: «El varón, la carne de cuyo prepucio no fuere circuncidada, perecerá aquella alma de mi pueblo, porque hizo irrita mi alianza (Gén 17)».

Sed notandum est quia Spiritus sancti gratia lege non stringitur, necessitatis vinculo non tenetur; sed sicut ubi vult spirat, sic et quibus vult gratis sua dona dispensat. Nam et Cornelium centurionem, antequam baptismi susciperet lavacrum, inspiravit (Act. X): et in quosdam adhuc gentiles, loquente Petro, non solum ut Scriptura testatur, cecidit, sed etiam, ut linguis loquerentur, instruxit (Ibid.). Quid ergo mirum, si B. Joannem ante legalis mandati quodcunque remedium Spiritus sanctus implevit [replevit], quem ipsius legis, et Prophetarum ac totius Veteris Testamenti limitem quemdam, atque, ut ita loquar, intransmeabilem terminum providentia divina constituit? Lex enim et prophetae, ut Veritas ait, usque ad Joannem (Matth. XI). Joannes enim iste cum Domino circumcisionem quidem in sua carne suscepit, sed suscipiens terminavit. Et ideo qui novae gratiae praeco et magnificus annuntiator enituit, ad evadendum originale peccatum circumcisione non eguit, sed eum supra legem, supra humanae conditionis ordinem electio divina provexit, cui etiam tanti honoris collata est gloria ut nativitati ejus ipsa Dei Genitrix interesset, ejusque principium, latens in utero, mundi Conditor sua praesentia dedicaret. Testatur hoc Lucas evangelista, cum dicit: «Mansit autem Maria cum illa, videlicet Elisabeth, quasi mensibus tribus, et reversa est in domum suam (Luc. I).» A conceptione quippe Domini, usque ad nativitatem B. Joannis tres menses sunt. Nolebat itaque Maria discedere, donec grandaevae et puerperae ministerium sedulitatis impenderet, et quae gestabat in aula sui corporis Regem, cerneret anteire praeconem. Felix partus, quem illa lux excipit quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum (Joan. I)!

Sed dum haec loquimur, repente quaestio nobis oboritur, quae dubietatem inferre non sine causa videatur. Testatur etenim Dominus quia inter natos mulierum non surrexit major Joanne Baptista (Matth. XI). Exclusit itaque majorem, non negavit aequalem. Hinc est quod ad Zachariam angelus dicit: «Ipse praecedet ante illum in spiritu, et virtute Eliae (Luc. I).» Par ergo Eliae Joannes videtur, in cujus spiritu et virtute venturus asseritur; praesertim cum et alibi ipsa Veritas dicat: «Elias jam venit, et non cognoverunt eum, sed fecerunt in eum quodcunque voluerunt (Matth. XVII, 12):» et si vultis scire, Joannes ipse est Elias. Sed ecce e diverso illud occurrit quod Eliseus duplicem Eliae spiritum, juxta modum suae petitionis accepit. «Obsecro, Domine, ut fiat spiritus tuus duplex in me (IV Reg. II).» Quod si Eliam Eliseus dupliciter antecellit, aequalem Eliae Joannem quomodo non superat, quo inter natos mulierum major nemo surrexit?

Pero debe notarse que la gracia del Espíritu Santo no está ligada por la ley, no se mantiene por el vínculo de la necesidad; sino que así como sopla donde quiere, así también dispensa gratuitamente sus dones a quienes quiere. Pues también al centurión Cornelio, antes de que recibiera el lavacro del bautismo, lo inspiró (Hech 10): e incluso sobre algunos todavía gentiles, mientras hablaba Pedro, no sólo como testifica la Escritura, cayó, sino que también los instruyó para que hablaran en lenguas (ibid.). ¿Qué maravilla, pues, si el Espíritu Santo llenó al bienaventurado Juan antes de cualquier remedio del mandato legal, a quien la divina providencia constituyó como cierto límite y, por así decirlo, término intransitable de la misma ley, y de los Profetas y de todo el Antiguo Testamento? Pues la Ley y los profetas, como dice la Verdad, llegaron hasta Juan (Mt 11). Pues este Juan, con el Señor, recibió ciertamente la circuncisión en su carne, pero al recibirla la terminó. Y por eso, el que brilló como pregonero y magnífico anunciador de la nueva gracia, no necesitó de la circuncisión para evadir el pecado original, sino que la elección divina lo promovió sobre la ley, sobre el orden de la condición humana, a quien también le fue conferida la gloria de tan gran honor que la misma Genitriz de Dios estuviera presente en su nacimiento, y el Creador del mundo, latente en el útero, dedicara su principio con su presencia. Testifica esto Lucas el evangelista, cuando dice: «Permaneció María con ella, a saber Isabel, como unos tres meses, y regresó a su casa (Lc 1)». Pues desde la concepción del Señor hasta el nacimiento del bienaventurado Juan hay tres meses. No quería, por tanto, María marcharse, hasta que prestara el ministerio de su solicitud a la anciana y parturienta, y viera preceder al pregonero a aquel que llevaba en el aula de su cuerpo como Rey. ¡Feliz parto, al cual recibe aquella luz que ilumina a todo hombre que viene a este mundo (Jn 1)!

Pero mientras hablamos estas cosas, de repente nos surge una cuestión que no sin causa parece introducir una duda. Pues testifica el Señor que entre los nacidos de las mujeres no ha surgido uno mayor que Juan el Bautista (Mt 11). Excluyó, por tanto, a uno mayor, no negó a un igual. De aquí es que el ángel dice a Zacarías: «Él mismo precederá ante él en el espíritu y la virtud de Elías (Lc 1)». Par a Elías, pues, parece Juan, en cuyo espíritu y virtud se aserta que ha de venir; especialmente cuando también en otro lugar la misma Verdad dice: «Elías ya vino, y no lo conocieron, sino que hicieron en él todo lo que quisieron (Mt 17, 12)»: y si queréis saberlo, Juan mismo es Elías. Pero he aquí que, por el contrario, ocurre aquello de que Eliseo recibió el doble espíritu de Elías, según el modo de su petición. «Te ruego, Señor, que se haga tu espíritu doble en mí (2 Rey 2)». Que si Eliseo aventaja doblemente a Elías, ¿cómo no supera a Juan, igual a Elías, que el cual entre los nacidos de las mujeres nadie mayor surgió?

Verumtamen, ut solvatur quaestio, ponderandus est sensus, ut quod durum in verbis exterioribus sonat, de pia intentione procedere discretio sobrie sentientis intelligat. Durum quippe sonuit quod Eliseus duplicem magistri spiritum petiit; cum non sit discipulus super magistrum (Matth. X). Sed ex pura mente petitio ista processit, quia non terrenum aliquid, sed spiritualem gratiam postulavit. Unde et Elias quasi subindignatus incanta discipuli verba redarguit, cum ait «Rem difficilem postulasti (IV Reg. II)»: simplicitatem vero piae intentionis aspiciens, praesto subjungit: «Attamen si videris me quando tollar a te, erit quod petisti (Ibid.)» Non videlicet duplicitas, quam incautus sermo profundit, sed donum spiritus, quod humili ac sincera mentis intentione quaesivit. Hoc itaque modo nequaquam Joannem superat Eliseus, sicut nec major est quam Elias. Verumtamen si sacrae historiae tenorem inspicimus diligenter, uberiorem sive clariorem Eliseum quam Eliam in miraculorum fuisse virtutibus invenimus. Ille nimirum vivens defunctum puerum vitae restituit (III Reg. XVII), iste jam mortuus mortuum suscitavit (IV Reg. XIII). Illo prophetante, hydria farinae, et lecythus olei non defecit (III Reg. XVII); iste obsessae et afflictae civitati protinus in diem alterum incredibiles hostilium castrorum copias obtulit (IV Reg. VI). Atque, ut brevi cuncta concludam, Elias duodecim, Eliseus, ut Scripturae veritas tradit, viginti quatuor miraculorum signis enituit, quae videlicet, quia fastidium devitamus, hic enumerare postponimus. Quomodo igitur hujus me nodo quaestionis expediam, ut prolata magnitudine Joannis, non vacillet sententia Veritatis, qua dicitur in natis mulierum non esse majorem Joanne Baptista? Nam si major est Eliseus quam Elias, ergo major est et Joanne. Quod fieri impossibile est.

Sed notandum quod aliud est magnum quid agere in signis miraculorum, aliud magnum esse in excellentia meritorum. Nam si de miraculis agitur, nullum fecisse miraculum Joannem in Scripturarum paginis invenitur. Sed nunquid propter hoc infimus erit omnium sanctorum, quia nulla traditur signa fecisse virtutum? Eliseus ergo major est quam Elias in exhibitione signorum, quem tamen nequaquam superat in cumulo meritorum. Ita et Joannes par quidem est Eliae; quia sicut ille praeco futurus est judicis; ita et hic praecursor factus est Redemptoris, sed major Elia, quia quem demonstravit, etiam baptizavit. In illo denique baptismatis sacramento Jordanis unda magis est lota quam lavit, ex qua insuper vim sanctificationis omnis ubique terrarum aqua concepit. Illic B. Joannes vocem Patris audivit, Spiritum sanctum in columbae specie descendentem aspexit, tremendum angelis Dei Filium suis manibus inclinatum, aquis intinxit.

Verdaderamente, para que se solucione la cuestión, debe sopesarse el sentido, para que lo que suena duro en las palabras exteriores, la discreción del que percibe sobriamente entienda que procede de una piadosa intención. Pues sonó duro que Eliseo pidiera el doble espíritu de su maestro; cuando no es el discípulo sobre el maestro (Mt 10). Pero de una mente pura procedió esta petición, porque no pidió algo terreno, sino la gracia espiritual. Por lo cual también Elías, como algo indignado, reprendió las incautas palabras del discípulo, cuando dijo: «Cosa difícil has pedido (2 Rey 2)»; mas mirando la simplicidad de la piadosa intención, subañade pronto: «Sin embargo, si me vieres cuando sea quitado de ti, será lo que pediste (ibid.)» No ciertamente la duplicidad, que el habla incauta vierte, sino el don del espíritu, que buscó con una humilde y sincera intención de la mente. De este modo, por tanto, de ninguna manera supera Eliseo a Juan, como tampoco es mayor que Elías. Sin embargo, si inspeccionamos diligentemente el tenor de la sagrada historia, encontramos que Eliseo fue más fecundo o más claro que Elías en las virtudes de los milagros. Aquel, sin duda, viviendo, restituyó a la vida a un niño muerto (1 Rey 17); este, ya muerto, resucitó a un muerto (2 Rey 13). Profetizando aquel, la tinaja de harina y la vasija de aceite no faltaron (1 Rey 17); este ofreció a la ciudad sitiada y afligida pronto al día siguiente increíbles suministros de los campamentos enemigos (2 Rey 6). Y, para que concluya todo brevemente, Elías brilló con doce milagros; Eliseo, como transmite la verdad de la Escritura, con veinticuatro signos de milagros, los cuales ciertamente, porque evitamos el hastío, posponemos enumerar aquí. ¿Cómo, pues, me libraré de este nudo de la cuestión, para que, proferida la magnitud de Juan, no vacile la sentencia de la Verdad, por la cual se dice que en los nacidos de las mujeres no hay uno mayor que Juan el Bautista? Pues si Eliseo es mayor que Elías, por tanto es también mayor que Juan. Lo cual es imposible que sea.

Pero debe notarse que una cosa es hacer algo grande en los signos de los milagros, y otra cosa es ser grande en la excelencia de los méritos. Pues si se trata de milagros, se encuentra en las páginas de las Escrituras que Juan no hizo ningún milagro. ¿Será por esto el ínfimo de todos los santos, porque se transmite que no hizo ningún signo de virtudes? Eliseo, pues, es mayor que Elías en la exhibición de los signos, a quien sin embargo de ninguna manera supera en el cúmulo de los méritos. Así también Juan es ciertamente par de Elías; porque así como aquel ha de ser el pregonero del juez, así también este fue hecho precursor del Redentor, pero mayor que Elías, porque a quien mostró, también bautizó. Finalmente, en aquel sacramento del bautismo la onda del Jordán fue más lavada que lo que lavó, de la cual además el agua de todas partes de la tierra concibió la virtud de la santificación. Allí el bienaventurado Juan oyó la voz del Padre, vio al Espíritu Santo descendiendo en especie de paloma, e introdujo en las aguas al Hijo de Dios, temible para los ángeles, inclinado por sus propias manos.

Illud enim fundamentum et origo baptismatis rebus ostendit, quod Veritas postmodum discipulos agere verbis virtute plenis edocuit. «Ite, inquit, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti (Matth. XXVIII).» Illic res manifesta et non verba; hic verba et res vera, sed occulta. Joannes itaque humanorum limes est meritorum. Quantumcunque enim apostolici senatus excellat auctoritas, quantumcunque vel patriarcharum fides in divina agnitione proficiat, vel prophetarum oracula ad referenda arcana mysteria convalescant, quantumlibet certe cumuletur triumphantium gloria martyrum, quantumvis effloreat vernans pudicitia virginum, vel in verbis vitae se exerceat lingua doctorum, citra metam Joannis omnia cohibentur, nihilque virtutis humanae, nihil religionis, nihil perfectionis ultra progreditur. Cujus incomparabilis vitae seriem non historiographus quispiam post ejus obitum texuit, sed archangelus ille praecipuus antequam conceptus esset in utero, sicut Domini, sic et hujus opera miranda narravit. Hujus sane praeconium non assertione veridici cujuslibet hominis, sed ex ore ipsius summae didicimus Veritatis. Et ille est assertor et laudator Joannis, qui a cunctis coelestibus ac terrenis laudatur et benedicitur creaturis. Ab illo denique verbo Joannis sunt deprompta praeconia, per quod fundata est arida, moventur sidera, condita sunt elementa. Enimvero quantae magnificentiae est ab illo mereri gloriam laudis, apud quem summa felicitas est impetrare veniam pietatis, et ab illo praeferri hominibus, a quo gloriosum est utcunque probari? Ait enim: «Quid existis videre? prophetam? Dico vobis et plusquam prophetam (Matth. XI).»

Sed quia propheta inter caeteros homines egregius est et insignis, qui nullum in communi hominum genere habens aequalem, etiam prophetae praeponitur, restat, ut jam non homo, sed angelus nuncupetur. Unde et subdidit: «Hic est enim de quo scriptum est: Ecce ego mitto angelum meum, qui praeparabit viam ante faciem tuam (Ibid.).» Sed et in suppositione sua melius B. Joannes ostenditur quantum caeteris hominibus praeferatur, de quo Dominus: «Qui autem, inquit, minor est in regno coelorum, major est illo (Ibid.).» Quia nimirum Redemptor noster, qui Joanne minor est in terra per accessum succedentis aetatis, in coelo major est per aeternae privilegium majestatis. O felix ista dejectio, quando homo Deo supponitur, a Creatore creatura praeceditur, exiguus ab immensitatis gloria superatur! Major esse Joanne Christus in coelo dicitur, ubi a cunctis angelicae dignitatis virtutibus adoratur, cui cherubim, et seraphim humiliter procidunt, cujus Principatus et Potestates imperium contremiscunt, cujus denique vultum desiderant angeli prospicere (I Petr. I);

Pues aquel fundamento y origen del bautismo mostró con hechos lo que la Verdad después enseñó a los discípulos a hacer con palabras llenas de virtud. «Id —dijo—, enseñad a todas las gentes, bautizándolas en el nombre del Padre, y del Hijo, y del Espíritu Santo (Mt 28)». Allí la cosa es manifiesta y no las palabras; aquí las palabras y la cosa verdadera, pero oculta. Juan, por tanto, es el límite de los méritos humanos. Pues por mucho que exceda la autoridad del senado apostólico, por mucho que la fe de los patriarcas progrese en el reconocimiento divino, o los oráculos de los profetas se fortalezcan para referir los secretos misterios, por mucho que ciertamente se acumule la gloria de los mártires triunfantes, por mucho que florezca la primaveral pudicicia de las vírgenes, o se ejercite la lengua de los doctores en las palabras de vida, todo se contiene más acá de la meta de Juan, y nada de la virtud humana, nada de la religión, nada de la perfección progresa más allá. Cuya incomparable serie de vida no la tejió algún historiógrafo después de su muerte, sino que aquel archángel principal, antes de que fuera concebido en el útero, al igual que del Señor, así también de este narró las obras admirables. El pregón de este, ciertamente, lo aprendimos no por aserción de cualquier hombre verídico, sino de la boca de la misma suma Verdad. Y él es el asertor y alabador de Juan, que es alabado y bendecido por todas las criaturas celestiales y terrenas. Finalmente, de aquella palabra fueron extraídas las alabanzas de Juan, por la cual fue fundada la tierra seca, se mueven los astros, fueron creados los elementos. En verdad, ¿de cuánta magnificencia es merecer la gloria de la alabanza de aquel ante quien la suma felicidad es impetrar el perdón de la piedad, y ser antepuesto a los hombres por aquel por quien es glorioso ser de cualquier modo aprobado? Pues dijo: «¿Qué salisteis a ver? ¿un profeta? Os digo que también más que un profeta (Mt 11)».

Pero porque un profeta es egregio e insigne entre los demás hombres, el cual no teniendo par en el género común de los hombres, incluso es antepuesto a un profeta, resta que ya no sea llamado hombre, sino ángel. Por lo cual también subañadió: «Pues este es de quien está escrito: He aquí que yo envío a mi ángel, que preparará el camino ante mi faz (ibid.)». Pero también en su suposición se muestra mejor al bienaventurado Juan cuánto es preferido a los demás hombres, sobre el cual dijo el Señor: «Mas el que —dice— es menor en el reino de los cielos, es mayor que él (ibid.)». Porque, a saber, nuestro Redentor, que es menor que Juan en la tierra por el acceso de la edad subsiguiente, es mayor en el cielo por el privilegio de la majestad eterna. ¡Oh feliz aquella deyección, cuando el hombre es supeditado a Dios, la criatura es precedida por el Creador, lo exiguo es superado por la gloria de la inmensidad! Se dice que Cristo es mayor que Juan en el cielo, donde es adorado por todas las virtudes de la dignidad angélica, ante quien los querubines y serafines se postran humildemente, ante cuyo imperio tiemblan los Principados y las Potestades, cuyo rostro, en fin, los ángeles desean contemplar (1 Pe 1);

Joanni se perhibet in coelesti dignitate praeesse, in cujus plane conspectu omnes gentes quasi stilla sunt situlae, et juxta prophetae vaticinium, quasi nihilum, et inane reputatae sunt (Isa. XL); beato viro se non dedignatur in comparatione praeponere, ut inveniatur homo apud Deum pro meritorum excellentia quasi locum comparationis habere. Qui enim auctor est celsitudinis, ipse nobis factus est magister humilitatis. Ipsi gloria e imperium, e modo, e amodo, in saecula saeculorum. Amen.

Sermo XXV.

III. IN NATIVITATE S. JOANNIS BAPTISTAE. (XXIV JUL.)

Multa, dilectissimi, novimus in laudem B. Joannis a patribus nostris elimato stylo composita, et luculenter expressa. Quapropter rudes nos eruditis ingerere, et inter eloquentes erubescimus balbutire. Sed quis taceat in nativitate vocis? Quis obmutescat a laude praeconis, nisi forte qui diffidit ad hoc quod angelitus audit? Zacharias nempe dum loquentis angeli non credit oraculo, loquendi mox privatur officio, et ad vocis adventum, vocis amittit eloquium (Luc. I). At vero progenita sobole, quae paterni prosapiam generis novae gloriae titulo decorabat, dum jam non addubitat, sed imponere potius nomen exsultat, non modo reformatae sibi locutionis organum restituitur, sed et prophetici spiritus gratia cumulatur; et qui eatenus facultatem proferendi cujuscunque sermonis amiserat, jam prophetalis vaticinii ditatus oraculo, mysterii salutaris arcana revelat. Joannes plane vox erat, Verbum praecurrebat, et Verbum annuntiabat. Hujus vocis, sive praeconis, et Isaias prophetarum eximius praeco factus fuerat, cum clamabat: «Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini (Isa. XL).» Per Malachiam quoque divina vox ait: «Ecce mitto angelum meum, qui praeparabit viam tuam ante te.»

Pensemos, fratres charissimi, vir iste quam magnificae privilegio sublimitatis emineat, quam incomparabili celsitudine meritorum inter sanctorum choros excellat, qui ad instar Salvatoris, et a prophetis ante praedictus, et ab eodem, quo Dominus, angelo nuntiatus: ipsius insuper testimonio Veritatis immensis laudum praeconiis exstitit gloriosus. Talem quippe decebat ut haberet coelestis Sponsus amicum; talis oportebat ut esset foederator coelestium nuptiarum. «Qui habet, inquit, sponsam, sponsus est (Joan. III); amicus autem sponsi, qui stat et audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi.»

muestra que él aventaja a Juan en la dignidad celestial, en cuya mirada claramente todas las gentes son como una gota de un cubo, y según el vaticinio del profeta, han sido reputadas como nada y vacío (Is 40); no se digna anteponerse al bienaventurado varón en la comparación, para que se encuentre que el hombre tiene ante Dios como un lugar de comparación por la excelencia de los méritos. Pues el que es autor de la alteza, él mismo se nos hizo maestro de la humildad. A él la gloria y el imperio, tanto ahora como desde ahora, por los siglos de los siglos. Amén.

Sermón XXV.

III. EN LA NATIVIDAD DE S. JUAN BAUTISTA. (24 DE JULIO.)

Muchas cosas, dilectísimos, sabemos compuestas con estilo pulido por nuestros padres en alabanza del bienaventurado Juan, y lucidamente expresadas. Por lo cual nosotros, los rudos, nos avergonzamos de introducirnos entre los eruditos, y de balbucir entre los elocuentes. ¿Quién callará en el nacimiento de la voz? ¿Quién enmudecerá ante la alabanza del pregonero, sino tal vez aquel que desconfía de esto que se oye por el ángel? Zacarías, en efecto, mientras no cree al oráculo del ángel que habla, pronto es privado del oficio de hablar, y al advenimiento de la voz, pierde el elocuente hablar (Lc 1). Pero verdaderamente, una vez nacida la prole, que decoraba la alcurnia del linaje paterno con el título de una nueva gloria, mientras ya no duda, sino que más bien se regocija de imponer el nombre, no sólo se le restituye el órgano de la locución reformado, sino que también se ve colmado por la gracia del espíritu profético; y el que hasta entonces había perdido la facultad de proferir cualquier discurso, ya enriquecido por el oráculo del vaticinio profético, revela los arcanos del misterio salutífero. Juan claramente era la voz, precedía al Verbo y anunciaba al Verbo. De esta voz, o pregonero, también Isaías, el pregonero eximio de los profetas, había sido hecho, cuando clamaba: «Voz del que clama en el desierto: Preparad el camino del Señor (Is 40)». Por Malaquías también dice la voz divina: «He aquí que envío a mi ángel, que preparará tu camino ante ti».

Pensemos, hermanos carísimos, este varón por qué privilegio de tan magnífica sublimidad sobresale, por qué loftiness de méritos incomparable sobresale entre los coros de los santos, el cual a semejanza del Salvador, fue tanto predicho antes por los profetas, como anunciado por el mismo ángel que el Señor: además, por testimonio de la misma Verdad existió glorioso con inmensos pregones de alabanzas. A tal hombre convenía que tuviera el Esposo celestial como amigo; tal era oportuno que fuera el federador de las nupcias celestiales. «El que tiene —dice— a la esposa, es el esposo (Jn 3); mas el amigo del esposo, que está y lo oye, se alegra con gozo por la voz del esposo».

Ut autem sancta Ecclesia ab omni coeno contagii purgaretur, et non habens maculam neque rugam (Ephes. V), coelestis Sponsi thalamos ingredi mereretur, beati hujus paranymphi mysterio factum est, qui et Jordanicis fluctibus immersit, ipsa quoque fluenta tergentem, et ejusdem baptismi totiusque munditiae lavit auctorem.

Harum profecto nuptiarum Judas ille figuram tenuit, qui ad tondendas oves in Thamnas cum Hira, sui videlicet gregis opilione, descendit (Gen. XXXVIII). Thamnas autem deficiens interpretatur, per quam videlicet Synagoga, in qua reges et prophetae defecerant, simul et unctio, donec veniret, cui repositum erat ostenditur. Unde et per prophetam dicitur: «Cum venerit Sanctus sanctorum, cessabit unctio (Dan. IX).» Quid itaque per Judam, qui ad tondendas oves in Thamnas venit, nisi Redemptor noster intelligitur, qui ut oves, quae perierant domus Israel (Luc. XV), exoneraret peccatis, ad Synagogam venisse cognoscitur? Unde et Sponsus ad sponsam in Canticis: «Dentes tui sicut grex tonsarum, quae ascenderunt de lavacro (Cant. IV).» Porro dentes Ecclesiae sancti noscuntur esse doctores, quorum primo dictum est: «Macta, et manduca (Act. X).» Ac si diceret: Ab eo, quod sunt, gladio spiritus, hoc est verbo praedicationis, occide, et in corpus transfer Ecclesiae. Dentes igitur sponsae sunt doctores sancti, qui quoniam simplices per innocentiam sunt, et omnia relinquentes, facultatum suarum velleribus sunt exuti, ac sacri baptismatis unda purificati, sicut grex tonsarum sunt, quae ascenderunt de lavacro. Venit itaque Judas ad tondendas oves, non quidem solus, sed cum pastore suo Odollamite, cui nomen erat Hiras. Quem per Odollamitem intelligimus, nisi Joannem? Interpretatur autem Odollamites testimonio in aqua. Cum hoc plane testimonio venit Dominus ad aquam baptismatis, habens quidem testimonium majus Joanne, sed propter infirmas oves, hoc testimonio uti dignatus est in aqua. Unde cum videret eum ad Jordanis fluenta propinquantem, protinus exclamans, ait: «Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi (Joan. I).» Et evangelista dicit: «Testimonium perhibuit Joannes dicens: Quia vidi Spiritum descendentem tanquam columbam de coelo, et mansit super eum, et ego nesciebam eum; sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem videris Spiritum descendentem, et manentem super eum, hic est qui baptizat in Spiritu sancto (Ibid.).» Cui scilicet visioni etiam nomen pastoris illius aptissime congruit. Interpretatur enim Hiras, fratris mei visio. Erat quippe Dominus frater Joannis, non modo secundum semen Abrahae, sed etiam juxta cognationem Mariae et Elisabeth.

Mas para que la santa Iglesia se purgara de todo cieno de contagio, y no teniendo mancha ni arruga (Ef 5), mereciera entrar en los tálamos del Esposo celestial, se hizo por el misterio de este bienaventurado paraninfo, que tanto sumergió en los flujos jordanos, como lavó al autor de aquel mismo bautismo y de toda limpieza, limpiando los mismos torrentes.

De estas nupcias, en efecto, aquel Judá tuvo la figura, el cual bajó a trasquilar las ovejas en Thamnas con Hiras, a saber, el pastor de su grey (Gén 38). Mas Thamnas se interpreta como «deficiente», por la cual a saber se muestra la Sinagoga, en la que los reyes y los profetas habían faltado, y al mismo tiempo la unción, hasta que viniera aquel a quien estaba reservada. Por lo cual también se dice por el profeta: «Cuando venga el Santo de los santos, cesará la unción (Dan 9)». ¿Qué, pues, se entiende por Judá, que vino a trasquilar las ovejas en Thamnas, sino nuestro Redentor, que se conoce que vino a la Sinagoga para exonerar de sus pecados a las ovejas que habían perecido de la casa de Israel (Lc 15)? Por lo cual también el Esposo a la esposa en los Cánticos: «Tus dientes como grey de trasquiladas, que subieron del lavacro (Cant 4)». Por lo demás, los dientes de la Iglesia se sabe que son los santos doctores, a los cuales primero se dijo: «Mata y come (Hech 10)». Como si dijera: De aquello que son, mata con la espada del espíritu, esto es, con la palabra de la predicación, y traslada al cuerpo de la Iglesia. Los dientes, por tanto, de la esposa son los santos doctores, los cuales, puesto que son simples por la inocencia, y dejándolo todo, están desnudos de los vellones de sus facultades, y purificados por la onda del sagrado bautismo, son como grey de trasquiladas que subieron del lavacro. Vino, pues, Judá a trasquilar las ovejas, no ciertamente solo, sino con su pastor Odollamita, cuyo nombre era Hiras. ¿A quién entendemos por el Odollamita, sino a Juan? Mas Odollamita se interpreta como «testimonio en el agua». Con este testimonio claramente vino el Señor al agua del bautismo, teniendo ciertamente un testimonio mayor que Juan, pero por las ovejas enfermas, se dignó usar este testimonio en el agua. Por lo cual, cuando lo vio acercarse a las corrientes del Jordán, pronto exclamando, dijo: «He aquí el Cordero de Dios, he aquí el que quita los pecados del mundo (Jn 1)». Y el evangelista dice: «Testimonio dio Juan diciendo: Que vi al Espíritu descendiendo como paloma del cielo, y permaneció sobre él, y yo no lo conocía; mas el que me envió a bautizar en agua, él me dijo: Sobre quien vieres al Espíritu descendiendo y permaneciendo sobre él, este es el que bautiza en el Espíritu Santo (ibid.)». A cuya visión, a saber, también el nombre de aquel pastor cuadra muy aptamente. Pues Hiras se interpreta como «visión de mi hermano». Era, en efecto, el Señor hermano de Juan, no sólo según la simiente de Abraham, sino también según el parentesco de María e Isabel.

Nam quod etiam sequitur in historia, quod Judas dedit Thamari baculum suum, et annulum, et armillas (Gen. XXXVIII), quid aliud significat, nisi quod Redemptor noster Ecclesiae regni sceptrum, fidei signaculum, et charitatis vinculum dedit? Per baculum enim regia potestas exprimitur; per annulum, fidei integritas; per armillas, quae in brachiis ferri solent, boni operis exercitium, seu mutuae dilectionis vinculum intelligitur. Et haec quidem ei in pignore dedit, donec mitteret haedum quem promiserat. Ille autem Haedus, videlicet Salvator mundi, qui venit in similitudinem carnis peccati (Rom. VIII), cum venit plenitudo temporis, missus est ad Ecclesiam. Misit autem illum, quia in hunc mundum quasi per manus Joannis advenit. Joannes enim fuit mediator inter Legem et Gratiam, inter Synagogam et Ecclesiam, inter Christum et mundum. Qui licet jam mortuus esset cum Dominus pateretur, tamen recte dicitur ad Ecclesiam illum adduxisse, quia et praesentem ostendit, et baptizando eum, quasi propriis manibus, mundo tradidit. De hoc haedo, scilicet Redemptore nostro, dicitur in Lege: «Haedum sine macula offeretis Domino (Exod. XII).» Ille enim profecto est Haedus, quia factus est pro nobis peccatum (II Cor. V); sed sine macula, quia peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus (I Petr. II). Hunc ergo haedum misit Judas Thamari, quando per praedicationem Joannis, Redemptor mundi manifestatus est Ecclesiae.

Sed notandum est, quod misit eum per pastorem suum Odollamitem. Joannes enim profecto, ut diximus, est Odollamites, id est testimonium in aqua. Per quem scilicet Dominus ad Ecclesiam mittitur, quia per ejus testimonium credentibus innotescit. Qui licet amicus esset Sponsi, tamen pastor ejus dicitur, quia dux et magister erat illius populi, quem per verbum praedicationis congregaverat. Unde et discipulos habebat, quos in via vitae instruebat. Sed cum venit Sponsus, non invidit gloriae ejus, sed magis in voce ejus exultavit. «Qui habet sponsam, inquit, sponsus est; amicus autem sponsi, qui stat et audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi (Joan. III).» O magna humilitas Praecursoris! Non quaerit propriam gloriam, sed gloriam ejus qui misit eum. Non vult Sponsus vocari, licet Christus putaretur (Luc. III), sed amicum se confitetur Sponsi. Stat procul dubio, quia non cadit per superbiam; audit, quia divinis obtemperat jussis. Et gaudio gaudet, non propter laudem propriam, sed propter vocem Sponsi, id est propter manifestationem Veritatis.

Pues aquello también que sigue en la historia, que Judá dio a Thamar su báculo, y su anillo, y sus brazaletes (Gén 38), ¿qué otra cosa significa, sino que nuestro Redentor dio a la Iglesia el cetro del reino, el signo de la fe, y el vínculo de la caridad? Pues por el báculo se expresa el poder real; por el anillo, la integridad de la fe; por los brazaletes, que suelen llevarse en los brazos, se entiende el ejercicio de la buena obra, o el vínculo de la mutua dilección. Y estas cosas ciertamente se las dio como prenda, hasta que enviara el cabrito que había prometido. Mas aquel Cabrito, a saber el Salvador del mundo, que vino en semejanza de carne de pecado (Rom 8), cuando vino la plenitud del tiempo, lo envió a la Iglesia. Mas lo envió, porque vino a este mundo como por las manos de Juan. Juan fue el mediador entre la Ley y la Gracia, entre la Sinagoga y la Iglesia, entre Cristo y el mundo. El cual, aunque ya estaba muerto cuando el Señor padeció, sin embargo rectamente se dice que lo trajo a la Iglesia, porque tanto lo mostró presente, como bautizándolo, como por sus propias manos, lo entregó al mundo. De este cabrito, a saber nuestro Redentor, se dice en la Ley: «Un cabrito sin mancha ofreceréis al Señor (Ex 12)». Pues Él ciertamente es el Cabrito, porque se hizo por nosotros pecado (2 Cor 5); pero sin mancha, porque no hizo pecado, ni se halló dolo en su boca (1 Pe 2). Este cabrito, por tanto, envió Judá a Thamar, cuando por la predicación de Juan, el Redentor del mundo fue manifestado a la Iglesia.

Pero debe notarse que lo envió por su pastor el Odollamita. Pues Juan ciertamente, como hemos dicho, es el Odollamita, esto es, el testimonio en el agua. Por el cual a saber el Señor es enviado a la Iglesia, porque por su testimonio se hace conocer a los creyentes. El cual, aunque era amigo del Esposo, sin embargo es llamado su pastor, porque era el guía y maestro de aquel pueblo que había reunido por la palabra de la predicación. Por lo cual también tenía discípulos, a los cuales instruía en el camino de la vida. Pero cuando vino el Esposo, no envidió su gloria, sino que más bien se regocijó con su voz. «El que tiene a la esposa —dijo— es el esposo; mas el amigo del esposo, que está y lo oye, se alegra con gozo por la voz del esposo (Jn 3)». ¡Oh gran humildad del Precursor! No busca su propia gloria, sino la gloria de aquel que lo envió. No quiere ser llamado el Esposo, aunque se pensaba que era el Cristo (Lc 3), sino que se confiesa amigo del Esposo. Está en pie, ciertamente, porque no cae por la soberbia; oye, porque obedece a los mandatos divinos. Y se alegra con gozo, no por su propia alabanza, sino por la voz del Esposo, esto es, por la manifestación de la Verdad.

Vidit itaque Joannes fratrem suum adhuc clausus in utero, vidit in baptismo, vidit oculis carnis hominem, vidit in spiritu majestatem. Unde et utriusque hujus nominis interpretationem, Hiras videlicet, quod est fratris mei visio, et Odollamitis, quod sonat testimonium in aqua, idem Joannes sub unius sententiae versiculo comprehendit, dicens: «Et ego vidi, et testimonium perhibui, quia hic est Filius Dei (Joan. I).» Veniente igitur Juda ad oves tundendas, Thamar mutat habitum, quia mutat spiritale vocabulum. Thamar quippe commutans interpretatur. Nam de Synagoga fit Ecclesia. Sed juxta litteras, idem nomen amaritudinis manet: non illius, in qua Domino fel ad bibendum miles obtulit; sed ejus potius, in qua Petrus post lapsum amare flevit (Matth. XXVII). Judas autem (Matth. XXVI) confessio dicitur. Thamar ergo cum Juda dormiens, protinus concipit; quia cum confessioni amaritudo miscetur, ad proferendos poenitentiae fructus sancta mox Ecclesia fecundatur. Unde et Joannes: «Facite, inquit, fructus dignos poenitentiae (Matth. III).» Qui nimirum poenitentiae fructus in Hierusalem primus erupit, sicque postmodum per omnem mundi latitudinem pullulavit. Hinc Veritas dicit: «Oportebat Christum pati, et resurgere a mortuis die tertia, et praedicari in nomine ejus poenitentiam, et remissionem peccatorum in omnes gentes, incipiendo ab Hierusalem (Luc. XXIV).» Nam et ipse meretricalis habitus confessionem significat peccatorum; sive quia Thamar ex duobus corruptis componitur verbis, Thamna scilicet, quod deficiens dicitur; et Mara, quod est amaritudo. Bene in ea amaritudo defecit, cum fecunda facta de sterili, dulcem novi germinis sobolem procreavit. Thamar igitur a non cognoscente fetatur; quia sancta Ecclesia quantum ad gentilitatem, in primordio, dum novae fidei semen concipit, non agnoscitur. Unde et canitur: «Populus, quem non cognovi, servivit mihi (Psal. XVII).» Et Isaias: «Ecce, ait, gentem quam nesciebas vocabis; et gentes quae te non cognoverunt, ad te current (Isa. LV).»

Porro autem, quod illi haedus per eumdem Odollamitem mittitur, quid, nisi per Joannem facta peccatorum exprobratio designatur? Quasi enim haedum meretrici portitor afferebat, cum properanti ad baptismi lavacrum, turbae per increpationem dicebat: «Genimina viperarum, quis ostendit vobis fugere ab ira ventura?» (Matth. III.) Requirebat autem Hiras Odollamites a Thamar annulum, armillam, et baculum. Per annulum signaculum fidei, per armillam labor operis, per baculum vero designatur requies spei. Quasi enim fidei annulum requirebat, cum diceret. «Qui credit in Filium Dei, habet vitam aeternam; qui autem incredulus est Christo Filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum (Joan. III).» An non etiam ad annulum pertinebat, cum diceret: «Qui habet sponsam, sponsus est? (Ibid.)» Armillam vero laboris exhibebat, cum diceret: «Poenitentiam agite (Matth. III).» Baculi quoque requiem, cum praesto subjungeret: «Appropinquavit enim regnum coelorum (Ibid.).»

Vio, pues, Juan a su hermano estando aún encerrado en el útero, lo vio en el bautismo, vio al hombre con los ojos de la carne, vio la majestad en el espíritu. Por lo cual la interpretación de ambos nombres, a saber Hiras, que es visión de mi hermano, y Odollamita, que suena como testimonio en el agua, el mismo Juan la comprendió bajo el versículo de una sola sentencia, diciendo: «Y yo vi, y di testimonio de que este es el Hijo de Dios (Jn 1)». Viniendo, pues, Judá a trasquilar las ovejas, Thamar muda el hábito, porque muda el nombre espiritual. Pues Thamar se interpreta como conmutante. Pues de la Sinagoga se hace la Iglesia. Pero según la letra, permanece el mismo nombre de amargura: no de aquella en la que el soldado ofreció al Señor hiel para beber; sino más bien de aquella en la que Pedro lloró amargamente después de su caída (Mt 27). Mas Judá (Mt 26) se llama confesión. Thamar, por tanto, durmiendo con Judá, concibe al punto; porque cuando la amargura se mezcla con la confesión, la santa Iglesia pronto se fecunda para producir los frutos de la penitencia. Por lo cual también Juan: «Haced —dijo— frutos dignos de penitencia (Mt 3)». El cual fruto de la penitencia ciertamente brotó primero en Jerusalén, y así después germinó por toda la latitud del mundo. De aquí que la Verdad dice: «Convenía que Cristo padeciera, y resucitara de entre los muertos al tercer día, y que se predicara en su nombre la penitencia y la remisión de los pecados a todas las naciones, comenzando desde Jerusalén (Lc 24)». Pues también el mismo hábito meretricio significa la confesión de los pecados; o porque Thamar se compone de dos palabras corrompidas, a saber Thamna, que se dice deficiente; y Mara, que es amargura. Bien desfalleció en ella la amargura cuando, hecha fecunda de estéril, procreó la dulce prole de un nuevo germen. Thamar, por tanto, es fecundada por quien no la conoce; porque la santa Iglesia, en cuanto a la gentilidad, en el principio, mientras concibe la semilla de la nueva fe, es no reconocida. Por lo cual también se canta: «El pueblo que no conocí, me sirvió (Sal 17)». e Isaías: «He aquí —dice— llamarás a una nación que no conocías; y las naciones que no te conocieron, correrán a ti (Is 55)».

Por lo demás, el que se le envíe el cabrito por el mismo Odollamita, ¿qué otra cosa designa sino el reproche de los pecados hecho por Juan? Pues como si el portador trajera un cabrito a la meretriz, cuando a la multitud que se apresuraba al lavacro del bautismo, decía por medio de una reprensión: «Generación de víboras, ¿quién os enseñó a huir de la ira venidera? (Mt 3)». Requería, pues, Hiras el Odollamita de Thamar el anillo, el brazalete y el báculo. Por el anillo se designa el sello de la fe, por el brazalete el trabajo de la obra, y por el báculo la quietud de la esperanza. Pues requería como el anillo de la fe cuando decía: «El que cree en el Hijo de Dios tiene vida eterna; mas el que es incrédulo al Hijo Cristo, no verá la vida, sino que la ira de Dios permanece sobre él (Jn 3)». ¿O no pertenecía también al anillo cuando decía: «El que tiene a la esposa, es el esposo (Ibid.)»? Y exhibía el brazalete del trabajo cuando decía: «Haced penitencia (Mt 3)». También la quietud del báculo, cuando añadía inmediatamente: «Porque el reino de los cielos se ha acercado (Ibid.)».

Ac si perspicue loqueretur: Nolite sub injunctae vobis poenitentiae labore lassescere, sed potius firma spe de regni coelestis appropinquatione animum roborate.

Quaesivit autem eam Judas in bivio, sed invenire non potuit; quia quae in publico, juxta prophetam, et sub omni ligno frondoso fuerat prostituta (Jer. I, II), jam se in domo paterna, sub Christi videlicet constrinxerat disciplina: nec eam peccati reperit exprobratio, quam confessionis mutaverat amaritudo. Viduitatis se vestibus induit; quia praeter coelestem Sponsum, qui pro ea mortuus est, alterum non admittit. Quod autem gemini apparuerunt in utero, duo sunt populi in Ecclesiae gremio per sancti Spiritus gratiam generati. In ipsa vero effusione nascentium, unus manum protulit, et ligato coccino, mox retraxit; sicque ante se nascendi alteri aditum patefecit. Quia nimirum Judaicus populus, qui ad lucem Spiritus nasci primitus coepit, ostendit opera sua prophetarum praecedentium, et ipsius Domini cruore polluta. Unde et Zara oriens interpretatur; quia Hebraicus ille populus prior ortus est ad litteram legis, sed posterior factus est ad suscipiendam gratiam Evangelii. Hoc itaque modo retraxit manum, qui nasci jam per spiritum coeperat populus Judaeorum; et mox prorupit, ac factus est primogenitus populus gentium. Scilicet ut, juxta sententiam Veritatis, futuri essent novissimi qui erant primi; et primi fierent qui erant novissimi (Matth. XX). Bene igitur Pharao divisionis nomen accepit. Unde et obstetrix, eo nascente clamavit: «Quare divisa est propter te maceria?» Omne quippe genus humanum quasi distorta silvarum virgulta adversus venientem in carne Dominum maceriam fecerat: et ne ad peragendum mysterium redemptionis ingrederetur, unanimiter obsistebat. Unde et Paulus: «Nos, inquit, praedicamus Christum crucifixum, Judaeis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam (I Cor. I).» Sed gentilis populus hanc divisit, quasi nascendo maceriam, cum per Cornelium centurionem, aliosque primitias fidei, baptismi suscipiens lavacrum, sub Christi titulum convolavit (Act. X). Hanc alternitatem nascendi considerabat B. Joannes, cum Judaeorum turbis undique confluentibus diceret: «Ne coeperitis dicere, Patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, quia potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahae (Matth. III).» Ac si patenter dicat: Gentiles populi, qui lapides sunt, quia lapides colunt, primogeniti vobis fient ad regenerationis et novae gratiae sacramentum, quorum vos per legales caeremonias videbamini renuisse primatum.

Como si hablara claramente: No queráis desmayar bajo el trabajo de la penitencia que se os ha impuesto, sino más bien robusteced el ánimo con firme esperanza por la cercanía del reino celestial.

Buscó, pues, Judá a ella en la encrucijada, pero no la pudo hallar; porque la que en público, según el profeta, y bajo todo árbol frondoso había sido prostituida (Jer 2, 3), ya se había recluido en la casa paterna, a saber bajo la disciplina de Cristo: ni la halló el reproche del pecado, a la que la amargura de la confesión había mudado. Se vistió con los vestidos de la viudez; porque además del Esposo celestial, que murió por ella, no admite a otro. Mas el que aparecieran gemelos en el útero, son dos pueblos generados en el seno de la Iglesia por la gracia del Espíritu Santo. En la misma efusión de los que nacían, uno sacó la mano, y atado el escarlata, pronto la retiró; y así abrió el camino para que el otro naciera antes que él. Porque ciertamente el pueblo judaico, que primero comenzó a nacer a la luz del Espíritu, mostró sus obras manchadas con la sangre de los profetas precedentes y del mismo Señor. Por lo cual también Zara se interpreta como naciente; porque aquel pueblo hebreo nació primero según la letra de la ley, pero se hizo posterior para recibir la gracia del Evangelio. De este modo, por tanto, retiró la mano el pueblo de los judíos que ya había comenzado a nacer por el espíritu; y pronto prorrumpió, y se hizo primogénito, el pueblo de las naciones. A saber para que, según la sentencia de la Verdad, fueran los últimos los que eran primeros; y se hicieran primeros los que eran últimos (Mt 20). Bien, por tanto, Fares recibió el nombre de división. Por lo cual también la partera, al nacer él, clamó: «¿Por qué se ha dividido por ti la pared?» Pues todo el género humano, como brotes de los bosques distorsionados, había hecho una pared contra el Señor que venía en la carne: y para que no entrara a realizar el misterio de la redención, se oponía unánimemente. Por lo cual también Pablo: «Nosotros —dijo— predicamos a Cristo crucificado, para los judíos ciertamente escándalo, mas para los gentiles necedad (1 Cor 1)». Pero el pueblo gentil dividió esta pared, como al nacer, cuando por el centurión Cornelio, y otras primicias de la fe, recibiendo el lavacro del bautismo, se acogió bajo el título de Cristo (Hech 10). Esta alternancia de nacer consideraba el B. Juan, cuando decía a las turbas de los judíos que confluían de todas partes: «No comencéis a decir: Tenemos por padre a Abraham. Pues os digo que poderoso es Dios para de estas piedras suscitar hijos de Abraham (Mt 3)». Como si dijera claramente: Los pueblos gentiles, que son piedras, porque adoran piedras, se os harán primogénitos para el sacramento de la regeneración y de la nueva gracia, cuyo primado vosotros parecíais haber rehusado por las ceremonias legales.

Haec vobis, fratres charissimi, non exponendo, sed utcunque tangendo, succincte transcurrimus, ut B. Joannem ministrum novae gratiae, et paranymphum spiritualium nuptiarum, ex antiquis etiam sacrae Scripturae paginis demonstremus. Hunc enim insignem atque egregium totius humani generis virum, ad currendam, ut gigas, mortalitatis nostrae viam, quasi conviatorem sibi Salvator adscivit; et ad peragendum redemptionis nostrae negotium, quodammodo ut particeps esset et collaborator, elegit. Unde cum ad eum baptizandus accederet; sublimis autem et humilis servus injunctum sibi ministerium trepidus excusaret, dicens: «Ego a te debeo baptizari, et tu venis ad me? (Ibid.)» respondit: «Sine modo. Sic enim decet nos implere omnem justitiam.» O Domine, dixisti: «Fiat lux, et facta est (Gen. I).» Fiant stellae coeli, bestiae agri, volucres aeris, pisces aquarum. Omnia haec condita sunt ad solum tuae jussionis imperium, omnia disponuntur ad unicum tuae voluntatis nutum, nec ad haec peragenda adhibuisti tibi cujuslibet angelicae potestatis auxilium; quomodo ergo nunc dicis, ad terrenae conditionis hominem quasi coaequans te, et contemperans infirmitati nostrae: sine modo; sic decet nos implere omnem justitiam? Ecce enim quem tu ad cooperationis tuae participium provehis, quem quodammodo ad tuae similitudinis culmen attollis, dicat, quae de te comparatio fieri possit ad se. Ait itaque: «Non ad mensuram dat Deus Spiritum (Joan. III).» Pater diligit Filium, et omnia dedit in manu ejus; sed quia te perhibet nullam Spiritus habere mensuram, de se quid sentiat, dicat: «Nos, inquit, de plenitudine ejus omnes accepimus (Joan. I).» Ac si dicat: Nos vasa sumus, ille fons. Ille in nobis pro sui moderaminis mensura dispensat, unde suae immensitatis incomparabiliter plenitudo redundat. Quae autem inter te et illum sit comparatio, rursus manifeste declarat, cum ait: «Qui de terra est, de terra loquitur; qui de coelo venit, super omnes est (Joan. III).» Quantae itaque tibi subjectionis obsequium debeat, publicis omni populo vocibus clamat: «Venit fortior me, cujus non sum dignus solvere corrigiam calceamentorum ejus (Luc. III).» O beatae humilitatis excelsa majestas, quae dum suo judicio in ima deprimitur, divina provehente clementia, ad coelestia sublevatur; dumque Deo se humiliter subjicit, ad Dei consortium excellenter assurgit! Ille quippe se cum caeteris hominibus perhibet terram, ac terrena loquentem; Dominus autem testatur, nullum eo inter natos mulierum surrexisse majorem (Matth. XI). Ille se ad solvendum caligae vinculum vociferatur indignum, Dominus totum corpus suum ejus manibus subjicit, cum baptismatis lavacrum subiturus accedit. Ille se prophetam humiliter abnegat, quem plusquam prophetam esse, atque insuper angelum Salvator affirmat, de quo et postmodum dicit: «Ille erat lucerna ardens, et lucens (Joan. V).»

Estas cosas, hermanos carísimos, no exponiéndolas, sino tocándolas de algún modo, las recorremos sucintamente, para que demostremos al B. Juan como ministro de la nueva gracia, y paraninfo de las nupcias espirituales, incluso desde las antiguas páginas de la sagrada Escritura. Pues a este insigne y egregio varón de todo el género humano, el Salvador lo tomó para sí como compañero de viaje para recorrer, como gigante, el camino de nuestra mortalidad; y lo eligió para realizar el negocio de nuestra redención, para que de algún modo fuera partícipe y colaborador. Por lo cual, cuando se acercaba a él para ser bautizado, el sublime y humilde siervo se excusaba trémulo del ministerio que se le había impuesto, diciendo: «¿Yo debo ser bautizado por ti, y tú vienes a mí? (Mt 3)». Él respondió: «Déjalo por ahora. Pues así conviene que cumplamos toda justicia». ¡Oh Señor!, tú dijiste: «Hágase la luz, y la luz fue hecha (Gén 1)». Háganse las estrellas del cielo, las bestias del campo, las volátiles del aire, los peces de las aguas. Todas estas cosas fueron fundadas al solo imperio de tu mandato, todas se disponen al único gesto de tu voluntad, ni empleaste para realizar estas cosas el auxilio de cualquier potestad angélica; ¿cómo, pues, dices ahora, como coigualándote a un hombre de condición terrena, y contemperándote a nuestra enfermedad: Déjalo por ahora; pues así conviene que cumplamos toda justicia? Pues he aquí que aquel a quien tú elevas al participio de tu cooperación, a quien de algún modo levantas a la cumbre de tu semejanza, diga qué comparación puede hacerse de ti con él. Dice, pues: «No por medida da Dios el Espíritu (Jn 3)». El Padre ama al Hijo, y todas las cosas dio en su mano; pero porque él declara que tú no tienes ninguna medida del Espíritu, diga qué siente de sí mismo: «Nosotros —dice— todos recibimos de su plenitud (Jn 1)». Como si dijera: Nosotros somos vasos, Él es la fuente. Él dispensa en nosotros según la medida de su moderación, de donde redunda incomparablemente la plenitud de su inmensidad. Mas qué comparación hay entre ti y él, de nuevo lo declara manifiestamente cuando dice: «El que es de la tierra, de la tierra habla; el que viene del cielo, sobre todos es (Jn 3)». Cuánta obediencia de sujeción te deba, lo clama con voces públicas a todo el pueblo: «Viene uno más fuerte que yo, de quien no soy digno de desatar la correa de su calzado (Lc 3)». ¡Oh excelsa majestad de la bienaventurada humildad, que mientras por su propio juicio se deprime a lo profundo, por la divina clemencia que la promueve, es elevada a lo celestial; y mientras se somete humildemente a Dios, se levanta excelentemente al consorcio de Dios! Pues él ciertamente se declara con los demás hombres ser tierra, y que habla cosas terrenas; mas el Señor testifica que entre los nacidos de mujeres no se ha levantado nadie mayor que él (Mt 11). Él vocifera ser indigno de desatar el vínculo del calzado; el Señor somete todo su cuerpo a sus manos, cuando se acerca para someterse al lavacro del bautismo. Él se niega humildemente como profeta, a quien el Salvador afirma ser más que profeta, e incluso ángel, de quien después dice: «Él era la lámpara ardiente y luciente (Jn 5)».

Perpendite, fratres mei, quam admirabilis, imo quam angelica vita beati Joannis erat, quam certe magnifica cunctis opinione claruerat, qui cum nullis signum virtutis ostenderet, Christum tamen illum esse omnis populus aestimaret, Luca testante, qui ait: «Existimante autem populo, et cogitantibus omnibus in cordibus suis de Joanne, ne forte ipse esset Christus (Luc. III).» Quae enim religio, quae perfectio, quae denique virtus, quod sanctitatis genus reperitur in aliquo sanctorum, quod in Joanne quasi praerogativae cujusdam non teneat principatum? Sunt siquidem sancti eremitae et anachoretae, sed quis sibi vivendi regulam in silvestri melle, et incomestibili locustarum esca praefixit? Cui porro ad asperitatem vestium non sufficiant saga cilina caprarum? Iste pellicea zona praecinctus, pilis induitur camelorum. Enimvero sunt sancti abrenuntiatores, et saeculum relinquentes; sed iste, puerilis adhuc indolis, cum necdum didicisset civiliter vivere, deserta penetrans, decrevit solitarius habitare; nec dignatus est patri in sacerdotali dignitate succedere, ut verum summumque omnium sacerdotem libera potuisset voce praedicare. Prophetae vaticinantur futurum Salvatoris adventum, apostoli, caeterique doctores testantur impletum; Joannes autem illum praesentem ostendit, cui totius saeculi, et antiqui scilicet et moderni, praedicatio militavit.

In hoc etiam iste prophetis omnibus supereminet, quoniam illi Spiritum sanctum per aetatum incrementa suscipiunt; iste vero visceribus adhuc maternis inclusus, virtutem Spiritus, gratia praeveniente, concepit; et appropinquante totius Auctore laetitiae, vix dum formati corporis nutibus exsultavit. Alii non coinquinantes vestimenta sua virgines permanserunt; hic autem, ut omnes in se carnis illecebras ab ipsa funditus radice praecideret, et non modo genitalia membra, sed et aures et oculos in vernantis ac floridae virginitatis indeficienti viredine custodiret, cohabitationis humanae contubernia respuit, et prae fervore spiritus ferarum se lustris immersit. Inter purpuratos etiam martyrum choros B. Joannes in magisterii cathedra praesidet, quia pro testimonio veritatis strenuus bellator occubuit, omniumque pro Christo certantium dux factus, vexillum triumphale martyrii coelo primus invexit. Beatus itaque Joannes omnium sanctorum particeps factus est choris, quia nulla sibi virtus defuit sanctitatis: imo tanto insignius inter omnes sanctorum ordines emicat, quanto auctori omnium per incomparabile meritum sublimius appropinquat. Qui in Trinitate perfecta unus et verus Deus vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen.

Sermo XXVI.

DE SANCTO PETRO APOSTOLO. (XXIX. JUN.)

Considerad, hermanos míos, cuán admirable, más aún, cuán angélica era la vida del bienaventurado Juan, cuán ciertamente magnífica había brillado en la opinión de todos, que aunque no mostraba a nadie signo de virtud, sin embargo todo el pueblo estimaba que él era el Cristo, según atestigua Lucas, quien dice: «Estando, pues, el pueblo en expectativa, y pensando todos en sus corazones acerca de Juan, si acaso él mismo fuera el Cristo (Lc 3)». Pues ¿qué religión, qué perfección, qué virtud finalmente, qué género de santidad se encuentra en alguno de los santos que en Juan no posea el primado como de una cierta prerrogativa? Hay ciertamente santos ermitaños y anacoretas, pero ¿quién se fijó para sí una regla de vida en la miel silvestre y en el incomestible alimento de las langostas? ¿A quién por lo demás no le bastarían para la aspereza de los vestidos los sayos de cilicio de las cabras? Este, ceñido con una zona de cuero, se viste con los pelos de los camellos. En verdad hay santos renunciantes y que dejan el siglo; mas este, de índole aún pueril, cuando todavía no había aprendido a vivir civilmente, penetrando los desiertos, decretó habitar solitario; ni se dignó suceder al padre en la dignidad sacerdotal, para haber podido predicar con libre voz al verdadero y sumo sacerdote de todos. Los profetas vaticinan el futuro advenimiento del Salvador, los apóstoles y demás doctores atestiguan que se ha cumplido; mas Juan lo muestra presente, a quien sirvió la predicación de todo el siglo, a saber tanto antiguo como moderno.

En esto también este sobrepasa a todos los profetas, puesto que aquellos reciben el Espíritu Santo por los incrementos de las edades; mas este, encerrado aún en las entrañas maternas, concibió la virtud del Espíritu, previniéndole la gracia; y al acercarse el Autor de toda alegría, exultó con los gestos de un cuerpo apenas formado. Otros permanecieron vírgenes no manchando sus vestiduras; mas este, para cortar de raíz en sí todos los halagos de la carne, y custodiar no solo los miembros genitales, sino también los oídos y los ojos en el verdor infalible de una floreciente y florida virginidad, rechazó el trato de la cohabitación humana, y por el fervor del espíritu se sumergió en las guaridas de las fieras. Entre los coros purpúreos de los mártires, el B. Juan preside también en la cátedra del magisterio, porque como esforzado guerrero sucumbió por el testimonio de la verdad, y hecho guía de todos los que combaten por Cristo, introdujo el primero en el cielo el estandarte triunfal del martirio. El bienaventurado Juan, por tanto, se ha hecho partícipe de los coros de todos los santos, porque ninguna virtud de santidad le faltó: más aún, tanto más insignemente brilla entre todos los órdenes de los santos, cuanto más sublimemente se aproxima al Autor de todos por un mérito incomparable. El cual en la Trinidad perfecta vive y reina un solo y verdadero Dios por los siglos de los siglos. Amén.

Sermón XXVI.

DE SAN PEDRO APÓSTOL. (29 DE JUN.)

Super illud Canticorum Salomonis: Adolescentulae dilexerunt te nimis.

Petrus apostolus, apostolorum princeps et principum primus, hodiernam diem nobis reddidit clariorem. Sacra profecto dies, quia sacratissimo homini consecrata, et illius assignata praeconiis, quem conventus angelicus non mediocriter reveretur. Unus est enim, quem praenobilitant singularis primatus insignia, clavicularius regni coelorum, lingua, fidei fundamentum. Consummatur honor et dignatio gloriosa, hominem in terris positum coelis imperitare, et inter angelorum choros judiciariae potestatis exercere virtutem. Sedet dominator Dominus inter agmina lucidiore luce fulgentia, et de Thronis ad Cherubim transvolans, vices sessionarias intermutat. Quamobrem admiranda quidem sessionum mutatio, longeque rationis humanae superducta conspectibus, cum modo Thronos, modo Cherubim insedisse legatur. Et licet assistant angeli praesidentis imperium exspectantes, et administratorii spiritus assignata sibi ministeria sortiantur; nullus tamen eorum ligandi atque solvendi possidet potestatem. Adest Petrus, et ad ejus arbitrium orbis universitas solvitur, et ligatur; et praecedit Petri sententia sententiam Redemptoris, quia non quod Christus, hoc ligat Petrus, sed quod Petrus, hoc ligat Christus. Ipso idipsum attestante: «Quodcunque, inquit, ligaveris super terram, erit ligatum et in coelis (Matth. XVI).»

O quam potens dignitas, quam digna potentia! Judicat Petrus, et Petri judicia confirmat Omnipotens, et est in manu Petri manus Altissimi; solusque ille efficitur familiaris Christi, qui Petri familiaritatem habuerit. Quid est quo, angelorum et hominum agminibus exclusis, solus Petrus in consortium divinae majestatis, et cum Domino residet praesidente? Dulce colloquium, sancta conversatio; concilium speciale Petri et Dei, ubi secretorum indifferentia mortalem hominem Deo copulat et counit. Non ergo mirum si ardentiore affectu diligit Salvatorem Petrus apostolus, cum singularis amor refusus sit in eum, ut et singulariter diligat, et specialiter diligatur. Anima ejus una est de adolescentulis quae dilexerunt eum nimis. Puerilis aetas nondum amori congruit, semilis desiit ab amore. Puer est, qui nondum aeternis studere coepit; senex est, qui coeperat, sed dimisit. Utrosque igitur ille summus amator excludit, et a majestate suae dilectionis eliminat. Sola adolescentia, ardentissimis ignibus incandescens, eclipticum amorem non recipit, sed ardorem sibi vindicat copiosum. Inter adolescentulas igitur, animas videlicet electorum, quae coelesti sponso dilectionem promiserunt et fidem, ista sola dilexit ardentius, et amoris impatiens, ait: «Domine, si tu es, jube me venire ad te super aquas (Matth. I).» Non timuit singularem elementi molestiam, et pelagi saevientis undositas affectum Apostoli retinere non potuit. Sed quid est quod dicit nimis, cum nimis ille diligi non possit, qui toto corde, tota anima, totis viribus praecipitur diligendus?

Sobre aquello del Cantar de Salomón: Las jovencitas te han amado en exceso.

Pedro el apóstol, príncipe de los apóstoles y primero de los príncipes, nos ha devuelto el día de hoy más brillante. Día sagrado por cierto, porque consagrado a un hombre sacratísimo, y asignado a las alabanzas de aquel a quien la asamblea angélica reverencia no mediocremente. Pues es el único a quien ennoblecen las insignias de un primado singular, llavero del reino de los cielos, lengua, fundamento de la fe. Se consuma el honor y la dignación gloriosa de que un hombre puesto en la tierra impere en los cielos, y entre los coros de los ángeles ejerza la virtud de la potestad judicial. Se sienta el Señor dominador entre las legiones que brillan con luz más lúcida, y volando de los Tronos a los Querubines, intercambia los turnos de la sesión. Por lo cual es de admirar ciertamente el cambio de las sesiones, y traído de lejos por encima de las visiones de la razón humana, cuando se lee que se sentó ahora en los Tronos, ahora en los Querubines. Y aunque asistan los ángeles esperando el imperio del que preside, y los espíritus administradores sorteen los ministerios que se les han asignado; sin embargo, ninguno de ellos posee la potestad de atar y de desatar. Está presente Pedro, y a su arbitrio la universalidad del orbe se desata y se ata; y precede la sentencia de Pedro a la sentencia del Redentor, porque no lo que Cristo [ata], esto ata Pedro, sino lo que Pedro [ata], esto ata Cristo. Atándolo él mismo esto mismo: «Todo lo que —dijo— atares sobre la tierra, será atado también en los cielos (Mt 16)».

¡Oh qué poderosa dignidad, qué digna potencia! Juzga Pedro, y los juicios de Pedro los confirma el Omnipotente, y está en la mano de Pedro la mano del Altísimo; y solo aquel se hace familiar de Cristo, que hubiere tenido la familiaridad de Pedro. ¿Qué es aquello por lo cual, excluidas las legiones de ángeles y de hombres, solo Pedro reside en el consorcio de la majestad divina, y con el Señor que preside? Dulce coloquio, santa conversación; concilio especial de Pedro y de Dios, donde la indiferencia de los secretos acopla y une al hombre mortal con Dios. No es, pues, de maravillar si con más ardiente afecto ama al Salvador el apóstol Pedro, cuando un amor singular se ha infundido en él, para que tanto ame singularmente como sea amado especialmente. Su alma es una de las jovencitas que lo amaron en exceso. La edad pueril aún no es congruente para el amor, la senil desistió del amor. Es niño el que aún no comenzó a estudiar las cosas eternas; es anciano el que había comenzado, pero lo dejó. A ambos, por tanto, aquel sumo amador los excluye, y los elimina de la majestad de su dilección. Solo la adolescencia, incandescente con los fuegos más ardientes, no recibe un amor eclíptico, sino que reivindica para sí un ardor copioso. Entre las jovencitas, por tanto, a saber las almas de los elegidos, que prometieron al esposo celestial amor y fe, esta sola amó más ardientemente, e impaciente del amor, dijo: «Señor, si eres tú, mándame ir a ti sobre las aguas (Mt 14)». No temió la singular molestia del elemento, y la ondulosidad del mar embravecido no pudo retener el afecto del Apóstol. Pero ¿qué es lo que dice en exceso, cuando no puede ser amado en exceso aquel que se manda amar con todo el corazón, con toda el alma, con todas las fuerzas?

Mira a María atendiendo fuertemente al pie del juicio, mientras la noble y lasciva mujer no atiende al rostro de los comensales, sino que con el cuerpo extendido se postra a los pies de la majestad, llena de dolor, impaciente de temor, herida por el dardo de la compunción; pero también besa con labios más apretados el pie de la misericordia, en cuya esperanza se aferra firmemente a los pasos del que está recostado, hasta que oye: «Se te perdonan tus pecados (Luc. 7)». Ciertamente un ungüento precioso, con el cual no solo la casa terrena, sino también la celestial es rociada. Pero son vilísimas las especies de las que se compone, y una gran abundancia de ellas podrá encontrarse dentro de nuestros huertos. Nuestros pecados, pues, plantados en nuestras conciencias, cuya numerosidad no puede contarse por su multitud, son sus especies. Estas, pues, machacadas en el mortero de la penitencia con el pistilo de la maceración, y rociadas con el aceite de la discreción, puesto debajo el fuego del dolor, y cocidas en la caldera de la disciplina, exhiben un ungüento precioso y acepto a los pies del Salvador. Lo hemos confeccionado compendiosamente, dejando por completo a los sabios la ocasión de las cosas. Y aunque la materia parezca más bien indigna, entretanto sin embargo es ese ungüento que llena la casa, penetra los cielos, alegra a los ángeles, y devuelve alegría y gozo a la ciudad bienaventurada. Este es el sacrificio de justicia, porque el espíritu atribulado es un sacrificio para Dios (Sal. 50).

El segundo ungüento es el de la devoción por el recuerdo de los beneficios de Dios. Por cierto dignísima es la composición de este ungüento, y en comparación con este la aspersión del anterior ha de ser menospreciada. Pues sus especies fueron traídas del paraíso celestial, y en la tierra de los hijos de los hombres no pueden encontrarse. Pues las virtudes conferidas divinamente, y trituradas en el mortero del pensamiento con el pistilo de la meditación diligentísima, y regadas con el aceite de la exultación, sufuso el fuego de la justicia, y cocidas en la caldera de la humildad, hacen un ungüento admirable tanto en olor como en virtud, que solo puede ser derramado sobre la cabeza del Señor recostado y exhibido a la reverencia de la majestad. Pero también esto lo hemos recogido brevemente, reservando la multitud de palabras para aquellos que han aprendido a esculpir mucho de poco.

Notanda tamen utriusque differentia, et secundi sublimitas attendenda; quia illud est Deo sacrificium spiritus contribulatus (Psal. L), et istud sacrificium laudis (Psal. XLIX), quod honorat Deum. Pedes igitur ungimus Redemptoris, cum de peccatis compungimur; ungimus caput, cum de collatis virtutibus virtutum largitori gratias cumulamus. Interstitii tamen morositas inter pedes esse debet, et caput; quia profecto difficillimus et praesumptuosus saltus est, a vestigiis ad verticem Domini transvolare. Neque enim eadem, quae unxit pedes, unxit caput; cum illa meretrix, haec nihil horum fecisse legatur, secundum illud: «Verte impios et non erunt (Prov. XII).» Unxit ergo Maria sanctum Dei verticem, profecto jam dilecta, jam familiaris effecta, longeque peccatricis illius evoluta contagiis, quam infelix ille septenarius confundebat.

Porro si duo praemissa unguenta tantae dignitatis sunt, ut alterum pedibus, alterum capiti complaceat dominantis; illud tertium, quod optimum est et superexcellens, ubinam invenire poterimus? Sed absit, ut sponsa Veritatis a veritate dissentiat; et tale aliquid habere se jactitet, quod habere non possit. Est ergo tertium pietatis unguentum, quod est super omnia aromata, morbis omnibus et periculis salutare, quodque nulli unquam pesti inveniatur inefficax. De ipso namque sic legitur: «Maria Magdalene, et Maria Jacobi, et Salome emerunt aromata, ut venientes ungerent Jesum (Marc. XVI).» Videsne in prima capituli fronte propositum, quod non una, vel duae, sed tres vix sufficiunt ad emendum tantae compositionis unguentum? Intelligis, quia non pedes, aut caput, sed totum crucifixi corpus sibi vindicat ista confectio? Confectio sine dubio pretiosa, quae toti sufficiat corpori Creatoris? Et attende, quia unguentum pedibus infusum adeo dignissima lenitate suscepit, ut Pharisaeum murmurantem parabolica prolixitate convinceret, et retorto sugillaret exemplo (Luc. VII). Sed et de refuso super caput ejus unguento discipulos indignantes coarguit, bonum mulieris opus esse protestans, et tumidam eorum animositatem verbis compescuit moderatis. Hoc vero tam salubre, tamque mirificum in mortuo corpore suo voluit expendi, quod vivo utique reservabat. Duo enim corpora habet Christus, unum, quod suscepit in Virgine; alterum Ecclesiae, quod carius habet benignitas Redimentis. Denique illud pro isto morti exposuit, et tormentis, addictus cruci, vinctus cum sceleratis, morte turpissima condemnatus. Poterimusne tam salubrem confectionem conficere? Universae miserorum miseriae tam animarum, quam corporum, oculo pietatis inspectae, species ejus sunt. Istae igitur in mortariolo largitatis, dulcedinis pistillo confractae, et delinitae charitatis oleo, succenso compassionis igne, et in aheno perseverantiae despumatae, unguentum faciunt ipsis etiam angelis admirandum.

Se ha de notar, sin embargo, la diferencia de ambos, y se ha de atender a la sublimidad del segundo; porque aquel es para Dios el sacrificio del espíritu atribulado (Sal. 50), y este el sacrificio de alabanza (Sal. 49), que honra a Dios. Ungimos, pues, los pies del Redentor cuando nos compungimos por los pecados; ungimos la cabeza cuando acumulamos gracias al dador de las virtudes por las virtudes conferidas. Debe haber, sin embargo, una demora de intervalo entre los pies y la cabeza; porque por cierto es un salto muy difícil y presuntuoso volar de las huellas al vértice del Señor. Pues ni la misma que ungió los pies, ungió la cabeza; siendo que aquella era una meretriz, y de esta se lee que nada de esto hizo, según aquello: «Vuelve a los impíos y no serán (Prov. 12)». Ungió, pues, María el santo vértice de Dios, siendo ya por cierto amada, ya hecha familiar, y desenvuelta lejos de los contagios de aquella pecadora a quien confundía aquel infeliz septenario.

Además, si los dos ungüentos premencionados son de tanta dignidad que uno complace a los pies y el otro a la cabeza del que domina, ¿en qué lugar podremos encontrar ese tercero, que es el óptimo y superexcelente? Pero lejos esté que la esposa de la Verdad disienta de la verdad, y se jacte de tener algo tal que no pueda tener. Hay, pues, un tercer ungüento de piedad, que está sobre todos los aromas, saludable para todas las enfermedades y peligros, y que no se encuentra ineficaz para ninguna peste jamás. Pues de él se lee así: «María Magdalena, y María de Santiago, y Salomé compraron aromas, para que viniendo ungieran a Jesús (Mar. 16)». ¿Ves propuesto en el primer frente del capítulo que no una, o dos, sino tres apenas bastan para comprar un ungüento de tan gran composición? ¿Entiendes que no los pies, o la cabeza, sino todo el cuerpo del Crucificado reclama para sí esta confección? ¿Confección sin duda preciosa, que baste para todo el cuerpo del Creador? Y atiende, porque el ungüento infundido en los pies lo recibió con tan dignísima lenidad que convenció al fariseo que murmuraba con una prolijidad parabólica, y lo reprendió con el ejemplo retorcido (Luc. 7). Pero también sobre el ungüento derramado sobre su cabeza reprendió a los discípulos indignados, protestando que era una buena obra de la mujer, y contuvo la hinchada animosidad de ellos con palabras moderadas. Este, por cierto, tan salubre y tan admirable quiso que se gastara en su cuerpo muerto, lo cual ciertamente reservaba para el vivo. Pues dos cuerpos tiene Cristo: uno, el que tomó en la Virgen; el otro de la Iglesia, al cual la benignidad del Redentor tiene por más caro. Finalmente, aquel expuso a la muerte por este, y a los tormentos, adicto a la cruz, atado con los malvados, condenado con muerte torpísima. ¿Podremos nosotros confeccionar tan salubre confección? Todas las miserias de los míseros, tanto de las almas como de los cuerpos, miradas con el ojo de la piedad, son sus especies. Estas, pues, en el mortero de la largueza, quebrantadas con el pistilo de la dulzura, y suavizadas con el aceite de la caridad, encendido el fuego de la compasión, y despumadas en la caldera de la perseverancia, hacen un ungüento admirable para los mismos ángeles.

Sunt viri divitiarum in domo Domini virtutum; vestigemus, an apud eos hujusmodi habeantur unguenta. Primus occurrit mihi Paulus, sicut ubique solet, totus praesenti delibutus unguento. «Quis in firmatur, inquit, et ego non infirmor?» (II Cor. XI.) Felix anima, facta sibi tanquam vas perditum, ut omnium miserias in sua conscientia colligaret. Totum se toti corpori Christi donaverat, omnibus omnia factus, ut omnes lucrifaceret (II Cor. IX). Sed et ille vir simplex, et rectus, et timens Deum, vide quomodo non secundum hominem, imo vero secundum hominem; et quod verius est, supra hominem ambulabat: «Oculus, inquit, fui caeco, et pes claudo; pater eram pauperum (Job I, XXIX)» et caetera, quae sic eum hoc unguento perunxerant, ut de misericordiae thalamo largius irroratus exiret. Samuelem recolo, qui non semel, sed omnibus diebus vitae suae lugebat super Saul; et cum sciret illum ab oculis divinitatis longius elongatum, non cessabat tamen compassio, quae in condolentis animum irrepserat, fundens lacrymas, et si non profuturas, pias tamen (I Reg. XV). David parricidam filium continua deploratione plorabat (II Reg. XVIII), plorans in eo non carnis necessitudinem, sed fidei destructionem. Cerne quomodo Joseph totus hoc melle illitus erat (Gen. XLIII). Veniunt fratres, jam non ante fratrem, sed ante dominum assistentes, conscii proditionis, homicidii rei, fratricidii succensores. Videns eos Joseph, et omnium injuriarum immemor, dulcissimis fletibus inundatur, et pietatis adeps, qui intus latitat, foras per oculos emanat. Fugit odium, nescit iram, tempus iracundiae non reservat, reddens bonum pro malo, pro credulitate dulcedinem. Pene oblitus sum Moysen adeo sacri hujus liquoris rore perfusum, ut totus ex eo superfundatur et profluat. Peccat Israel, et Moyses peccantem reconciliare nititur Creatori; sed dissimulat Dominus exaudire rogantem. Promittit plurima Moysi Creator omnium, et feriendi licentiam quaerit a Moyse, qui Moysen fecit. «Dimitte me, inquit, ut irascatur furor meus contra eos, et faciam te in gentem magnam.» Respondit Moyses: «Si dimittis, Domine, dimitte; alioquin dele me de libro, quem scripsisti (Exod. XXXII).» Obstupenda profecto dulcedo; et principatum gentis respuit alienae, et de libro viventium deleri desiderat, nisi peccantibus dimittatur offensa. Haec sunt unguenta propinationis et misericordiae, quae a sponsae uberibus eliciuntur, infirmitates omnes fugantia, profugantia [f. profligantia] passiones.

Felix Maria unxit pedes Jesu, felicior eadem caput unxit auctoris, felicissima, quae rorem unguentarium toti Christi corpori praeparavit. Considera, quam vehementissimo dilectionis affectu beata haec mulier diligebat Christum regem. «Domine, inquit, si tu sustulisti eum, dicito mihi, et ego eum tollam (Joan. XX).» Quem eum dicis Maria, cum de nullo feceris mentionem ad quem relationem facias? Putasne, quod in omnium cordibus ita versetur memoria dilecti tui, sicut et in consistorio cordis tui? «Et ego, inquit, tollam eum.» Mira res.

Hay varones de riquezas en la casa del Señor de las virtudes; rastreemos si entre ellos se tienen tales ungüentos. El primero que se me ocurre es Pablo, como suele en todas partes, todo ungido con el presente ungüento. «¿Quién se enferma —dice— y yo no me enfermo?» (2 Cor. 11). Alma feliz, hecha para sí como un vaso perdido, para ligar las miserias de todos en su propia conciencia. Se había entregado todo al cuerpo entero de Cristo, hecho todo para todos, para ganarlos a todos (1 Cor. 9). Pero también aquel varón sencillo, y recto, y temeroso de Dios, ved cómo caminaba no según el hombre, sino más bien según el hombre; y lo que es más verdadero, sobre el hombre: «Fui ojo —dice— para el ciego, y pie para el cojo; yo era padre de los pobres» (Job 29) y lo demás, que de tal modo lo habían ungido con este ungüento, que salía más largamente rociado del tálamo de la misericordia. Recuerdo a Samuel, que no una vez, sino todos los días de su vida lloraba sobre Saúl; y aunque sabía que aquel estaba muy alejado de los ojos de la divinidad, no cesaba sin embargo la compasión, que se había deslizado en el ánimo del que se dolía, derramando lágrimas, y si no habrían de aprovechar, piadosas sin embargo (1 Sam. 15). David lloraba a su hijo parricida con continua deploración (2 Sam. 18), llorando en él no el parentesco de la carne, sino la destrucción de la fe. Ved cómo José estaba todo untado con esta miel (Gén. 43). Vienen los hermanos, ya no asistiendo ante el hermano, sino ante el señor, conscientes de la traición, reos de homicidio, sucesores del fratricidio. Viendo José a estos, y olvidado de todas las injurias, se inunda con dulcísimos llantos, y el gordo de la piedad, que late dentro, emana fuera por los ojos. Huye el odio, no conoce la ira, no reserva tiempo de indignación, devolviendo bien por mal, dulzura por la credulidad. Casi me olvido de Moisés, tan empapado con el rocío de este sagrado licor, que todo se desborda de él y fluye. Peca Israel, y Moisés se esfuerza por reconciliar al que peca con el Creador; pero el Señor disimula oír al que ruega. Promite muchísimas cosas a Moisés el Creador de todos, y busca de Moisés licencia para herir, el que hizo a Moisés. «Déjame —dice— que se aire mi furor contra ellos, y te haré una nación grande». Respondió Moisés: «Si perdonas, Señor, perdona; de lo contrario, bórrame del libro que has escrito» (Éxod. 32). Estupenda por cierto dulzura; y rechaza el principado de una nación ajena, y desea ser borrado del libro de los vivientes, si no se perdona la ofensa a los que pecan. Estos son los ungüentos de la propiciación y de la misericordia, que se extraen de los pechos de la esposa, ahuyentando todas las enfermedades, poniendo en fuga las pasiones.

Feliz María ungió los pies de Jesús, más feliz la misma ungió la cabeza del autor, felicísima la que preparó el rocío de ungüento para todo el cuerpo de Cristo. Considerad con qué vehementísimo afecto de dilección amaba esta bienaventurada mujer a Cristo rey. «Señor —dice— si tú te lo has llevado, dime, y yo me lo llevaré» (Juan 20). ¿A quién llamas 'lo', María, si de nadie has hecho mención a quien hagas relación? ¿Piensas que en los corazones de todos se revuelve así la memoria de tu amado, como en el consistorio de tu corazón? «Y yo —dice— me lo llevaré». Cosa admirable.

Hominem perfectae aetatis virum, cujus corpori vix centum librae sufficiunt unguentorum, tenerrima mulier portabis, et tolles? Ardens et affecta locutio, quae de puritatis amore refusa, promittit quod implere non potest. Nihil enim amanti difficile esse videtur. Quis desperare debeat, tanta peccatrice non solum veniam, sed gloriam consequente? Ipsa hodie intercedat pro peccatis nostris, et placatum nobis reddat judicem nostrum, sponsum suum, qui est Deus benedictus in saecula saeculorum. Amen.

Sermo XXX.

I. DE SANCTO APOLLINARE EPISCOPO RAVENNATE ET MARTYRE. (XXIII JUL.)

Hodierna die, fratres charissimi, ad jucundum nimis, satisque delectabile spectaculum venimus, et gloriosae palaestrae certamen oculis fidei contemplati sumus. Vidimus enim unum civem supernae Jerusalem pro rege suo strenue ad bella procedere, et innumerum Babyloniae vulgus unanimi conspiratione contra unum caput ferociter dimicare. Vidimus hunc militem Christi contra mundum triumphale vexillum crucis inferre, vidimus econtra amatores mundi pro dilecto suo constipatis cuneis obviare. Illi denique undique circumfusi diversa tela conjiciunt, sagittas emittunt, machinas erigunt; et ut vallum Christi irrumpere valeant, omnia praeliandi argumenta componunt; hic autem ense verbi spiritualis accinctus, lorica fidei indutus, spei galea praemunitus (Ephes. VI), sub patientiae suae se clypeo colligit, et hoc contra omnes bellicae tempestatis ictus vigilanti oculo circumducit. Illi ignem adhibent; sed iste immensae charitatis ardore succensus, incendia exterioris flammae non sentit. Illi bullientibus aquis dilacerata membra perfundunt; iste largo sancti Spiritus imbre divinitus refrigeratur, cantans cum Propheta: «Transivimus per ignem, et aquam, et eduxisti nos in refrigerium (Psal. LXV).» Illi virgis caedunt, sudibus frangunt, equuleo suspendunt, in carcerem mittunt, postremo catenatum in exsilium dirigunt; iste vero in arce mentis constitutus, quidquid erga se agitur, sub se fieri quasi alius quidam eminus intuetur, dicens cum Paulo: «Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus (II Cor. IV).» Et iterum: «Licet exterior homo noster corrumpatur, is tamen, qui intus est, renovatur de die in diem. Id enim, quod in praesenti est momentaneum, et leve tribulationis nostrae, supra modum in sublimitate aeternae gloriae pondus operatur in nobis (Ibid.).»

¿A un hombre de edad perfecta, para cuyo cuerpo apenas bastan cien libras de ungüentos, tú, mujer tiernísima, lo portarás y te lo llevarás? Ardiente y afectado discurso, que derramado por el amor de la pureza, promete lo que no puede cumplir. Pues nada parece difícil al que ama. ¿Quién debe desesperar, consiguiendo tal pecadora no solo el perdón, sino la gloria? Ella misma interceda hoy por nuestros pecados, y nos devuelva aplacado a nuestro juez, su esposo, que es Dios bendito por los siglos de los siglos. Amén.

Sermón XXX.

I. DE SAN APOLINAR OBISPO DE RÁVENA Y MÁRTIR. (23 JUL.)

En el día de hoy, hermanos carísimos, hemos venido a un espectáculo sobremanera agradable y bastante deleitable, y hemos contemplado con los ojos de la fe el certamen de una gloriosa palestra. Pues hemos visto a un ciudadano de la Jerusalén celestial marchar denodadamente a las guerras por su rey, y al innumerable vulgo de Babilonia luchar ferozmente contra una sola cabeza con una conspiración unánime. Hemos visto a este soldado de Cristo llevar contra el mundo el estandarte triunfal de la cruz; hemos visto, por el contrario, a los amantes del mundo oponerse con apretados escuadrones por su amado. Aquellos, en fin, rodeándolo por todas partes, lanzan diversos dardos, emiten saetas, yerguen máquinas; y para que puedan irrumpir el vallado de Cristo, componen todos los argumentos de pelea; este, en cambio, ceñido con la espada de la palabra espiritual, revestido con la loriga de la fe, protegido con el yelmo de la esperanza (Efes. 6), se recoge bajo el escudo de su paciencia, y gira este con ojo vigilante contra todos los golpes de la tempestad bélica. Aquellos aplican fuego; pero este, encendido por el ardor de una inmensa caridad, no siente los incendios de la llama exterior. Aquellos rocían con aguas hirvientes los miembros lacerados; este es refrescado divinamente por una larga lluvia del Espíritu Santo, cantando con el Profeta: «Pasamos por el fuego y el agua, y nos sacaste al refrigerio» (Sal. 65). Aquellos azotan con varas, quiebran con estacas, suspenden en el ecúleo, envían a la cárcel, finalmente lo dirigen encadenado al exilio; este, empero, constituido en la fortaleza de su mente, mira lo que se hace contra él como si otro lo contemplara de lejos, diciendo con Pablo: «Tenemos este tesoro en vasijas de barro» (2 Cor. 4). Y de nuevo: «Aunque nuestro hombre exterior se corrompa, aquel, sin embargo, que está dentro, se renueva de día en día. Pues aquello que en el presente es momentáneo y leve de nuestra tribulación, obra en nosotros sobremanera un peso de gloria eterna en la sublimidad» (ibíd.).

Cuncta ergo hostium jacula facta sunt B. Apollinari gloriose vincendi materia. Et unde illorum crudelitas dejicere nititur, inde istius patientia ad standum firmius roboratur. Sanctus enim vir inter persecutionum bella deprehensus, quo durius telorum grandinem inhorrescere conspicit, eo cautius undique scutum suae gravitatis opponit. Et quo violentius pugnae impetus videt ingruere, eo magis se studet et in vires colligere, et ad agendum fortiter excitare. Ubique paratus assistit, ubique vigilanter intendit, et venientibus undique gladiis imperturba tus occurrit.

Quia vero, fratres mei, B. Apollinaris agonem palaestram superius nominavimus, utrumnam congrue positum sit, si placet, paulo subtilius inquiramus. Palaestrita quippe nudus luctatur, et B. Apollinaris mundanae possessionis indumento nudus fuisse cognoscitur. In spectaculo autem civium hujusmodi lucta proponitur, ut B. Paulus de se aliisque Christi bellatoribus congrue testatur, dicens: «Spectaculum facti sumus angelis et hominibus (II Cor. IV).» Solet autem pueris oleum, quod videlicet ceroma ab eis dicitur, a campiductoribus tribui, unde eorum debeant omnia corporis membra perungi. Sanctus vero Petrus apostolus B. Apollinaris, non dicam campiductor, sed ductor, sancti Spiritus eum unctione perfudit, cum ad certamina persecutionum misit. Ut enim in sancta gestorum illius narratur historia, ait B. Petrus apostolus Apollinari discipulo suo: «Quid sedes nobiscum; ecce eruditus es de omnibus quae fecit Jesus. Surge, accipe Spiritum sanctum, simulque pontificatum, et perge ad urbem, quae vocatur Ravenna.» Quod enim dicit, accipe Spiritum sanctum, et perge, tale est, ac si diceret: Oleo membra perfunde, et bellum viriliter consere. De hoc enim sancti Spiritus oleo per prophetam dicitur: «Computrescet jugum a facie olei (Isa. X).» De hoc et per Psalmistam canitur: «Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum (Psal. LXXXVIII).»

Mos vero esse campiductorum solet, ut prius certaturi discipuli membra provideant, videlicet quam latum validumque sit pectus, quam sani plenique tumeant lacerti, quam subterpositus venter, nec mole gravet, nec extenuatione debilitet; et si cuncta bellico usui apta esse perspexerint, mox ejus segnitiem dura severitate corripiunt, et desides adhuc animos in amorem laudis accendunt, hortantur et instigant; et ne formidare debeant, suam ipsius coram eo fortitudinem laudant.

Todos los dardos de los enemigos, pues, se convirtieron en materia de vencer gloriosamente para el B. Apolinar. And de donde la crueldad de aquellos se esfuerza por derribarlo, de allí la paciencia de este se robustece para estar más firmemente. Pues el santo varón, sorprendido entre las guerras de las persecuciones, cuanto más duramente ve horrorizarse el granizo de los dardos, tanto más cautamente opone por todas partes el escudo de su gravedad. Y cuanto más violentamente ve acometer los ímpetus de la pugna, tanto más se esmera tanto en recogerse en sus fuerzas como en excitarse para obrar fuertemente. En todas partes asiste preparado, en todas partes atiende vigilante, y sale al encuentro de las espadas que vienen de todas partes sin perturbación.

Porque en verdad, hermanos míos, hemos llamado anteriormente palestra al combate del B. Apolinar, indaguemos un poco más sutilmente, si place, si se ha puesto congruentemente. El palestrita, en efecto, lucha desnudo, y consta que el B. Apolinar estuvo desnudo del indumento de la posesión mundana. En el espectáculo de los ciudadanos se propone una lucha de este género, como el B. Pablo testifica congruentemente de sí y de los otros luchadores de Cristo, diciendo: «Espectáculo hemos sido hechos para los ángeles y para los hombres» (2 Cor. 4). Suele, además, darse a los jóvenes el aceite, que a saber ellos llaman ceroma, por los directores de campo, con el cual deben ungirse todos los miembros de su cuerpo. El santo apóstol Pedro fue del B. Apolinar, no diré director de campo, sino conductor, que lo empapó con la unción del Espíritu Santo cuando lo envió a los combates de las persecuciones. Pues como se narra en la santa historia de sus hechos, dice el B. apóstol Pedro a Apolinar su discípulo: «¿Por qué te sientas con nosotros? He aquí que estás instruido de todas las cosas que hizo Jesús. Levántate, recibe el Espíritu Santo, y al mismo tiempo el pontificado, y marcha a la ciudad que se llama Rávena». Lo que en efecto dice, recibe el Espíritu Santo y marcha, es tal como si dijera: Empapa los miembros con el aceite, y traba la batalla varonilmente. Pues de este aceite del Espíritu Santo se dice por el profeta: «Se pudrirá el yugo ante la faz del aceite» (Is. 10). De este también se canta por el Salmista: «Encontré a David mi siervo, con mi aceite santo lo ungí» (Sal. 88).

Suele, además, ser costumbre de los directores de campo que primero provean los miembros de los discípulos que van a combatir, a saber, cuán ancho y fuerte sea el pecho, cuán sanos y llenos se hinchen los brazos, cómo el vientre situado debajo ni grave con su mole ni debilite con su flaqueza; y si vieren que todas las cosas son aptas para el uso bélico, al punto corrigen su desidia con dura severidad, y encienden los ánimos todavía ociosos en el amor de la alabanza, exhortan e instigan; y para que no deban temer, loan ante él su propia fortaleza.

Sic nimirum, sic B. apostolus quasi ante ipsum arenae vestibulum alumni sui membra considerat; et ut se ad congrediendum praeparet, verbis suasoriae adhortationis inflammat. Quid est enim dicere, «quid sedes nobiscum,» nisi jam depone desidiam, ut post peractam victoriam pervenias ad coronam? Et quid est dicere, «ecce eruditus es de omnibus quae fecit Jesus,» nisi omnes tui corporis artus jam perfecto vigent robore, nihilque tibi jam superest nisi ut timore postposito, incipias dimicare? Unde apte subjungitur: «Praedica eis de nomine Jesu, et ne formidaveris;» tanquam diceret: Ex jussionis meae auctoritate congredere, brachia consere, ut communem utriusque regis possis victoriam de triumphatis hostibus reportare. Percurre impiger stadium, ut ad propositum victoribus merearis pertingere bravium. Non dubites arripere pugnam, de qua nobilem referes, auctore Deo, victoriae palmam. Ego, ego tibi praecipio, quia potestatem ligandi non solum in terra, sed et in coelestibus habeo; ego te ad pascendas oves Dominicas mitto, qui ovile totius sanctae Ecclesiae injuncta mihi cura custodio. Praerogativa ergo magistri sit discipulo audacia praesumendi, et mittentis auctoritas sit fiducia missi.

O beate apostole, quam libenter, quam alacriter motum tuae diversitatis intueor: et nunc te debilem, nunc fortissimum pulchra varietate contemplor! Debilem, inquam, negando magistrum, fortissimum vero pro ejusdem magistri confessione mittendo discipulum. Non times discipulo Ravennam multarum urbium dominam assignare, qui tibimetipsi expaveras unius sacerdotis ancillam. Non metuis illum in procellosos fluctus turbulentissimae civitatis solum mittere, qui cum ipso Creatore marium super marinas undas expaveras ambulare. Illi namque dictum est: «Aquilonem et mare tu creasti (Psal. LXXXVIII).» Licet enim dixeris: «Domine, jube me venire ad te (Matth. XIV):» nisi tamen expavisses, mergi utique non coepisses, nisi in navi fidei aliquam naufragii undam pertulisses, nullatenus ex ore Veritatis audisses: «Modicae fidei quare dubitasti?» (Ibid.) Nec mirum tibimetipsi maris tunc formidasse periculum, qui pro eadem mentis infirmitate, magistrum et Dominum tuum nolebas crucis subire patibulum. Cum enim tibi diceret, quod pro redemptione humani generis crucifigendus esset, protinus respondisti: «Absit a te, Domine, propitius tibi esto, Domine, ne fiat hoc (Matth. XVI).» Quid est hoc, B. apostole? Nunquid vis claudere locum, unde nostrae redemptionis est pretium exiturum? Nunquid vis fontem restringere, qui pravitatis nostrae descendit maculas emundare? Ecce jam nosti illum procul dubio Deum esse, tamen dissuades mortem subire. Nisi enim Deum crederes, propitius tibi esto, Domine, non dixisses.

Así ciertamente, así el bienaventurado apóstol considera los miembros de su alumno como ante el mismo vestíbulo de la arena; y para que se prepare para entablar el combate, lo inflama con palabras de persuasiva exhortación. Pues ¿qué es decir «¿por qué te sientas con nosotros?» sino «depón ya la desidia, para que tras la victoria alcanzada llegues a la corona»? ¿Y qué es decir «he aquí que estás instruido de todas las cosas que hizo Jesús» sino que todas las coyunturas de tu cuerpo ya vigoran con perfecto robustez, y nada te queda ya sino que, pospuesto el temor, comiences a luchar? Por lo cual aptamente se añade: «Predícales sobre el nombre de Jesús, y no temas»; como si dijera: «Acomete por la autoridad de mi mando, traba los brazos, para que puedas reportar la victoria común de ambos reyes de los enemigos triunfados». Recorre impávido el estadio, para que merezcas alcanzar el premio propuesto a los vencedores. No dudes en arrebatar la lucha, de la cual reportarás la noble palma de la victoria, siendo Dios el autor. Yo, yo te lo mando, porque tengo la potestad de atar no solo en la tierra, sino también en los cielos; yo te envío a apacentar las ovejas del Señor, yo que custodio el redil de toda la santa Iglesia con el cuidado que me ha sido encomendado. Sea, pues, la prerrogativa del maestro audacia de presumir para el discípulo, y sea la autoridad del que envía confianza del enviado.

¡Oh bienaventurado apóstol, cuán de buena gana, cuán alborozadamente miro el movimiento de tu diversidad: y ahora te contemplo débil, ahora fortísimo con hermosa variedad! Débil, digo, negando al maestro, pero fortísimo enviando al discípulo para la confesión del mismo maestro. No temes asignar al discípulo Rávena, señora de muchas ciudades, tú que te habías espantado ante la criada de un solo sacerdote. No temes enviarlo solo a las procelosas olas de una ciudad turbulentísima, tú que con el mismo Creador de los mares habías temido caminar sobre las ondas marinas. Pues a él se le dijo: «El Aquilón y el mar tú los creaste» (Sal. 88). Pues aunque dijiste: «Señor, mándame ir a ti» (Mat. 14), si no hubieras temido, no habrías comenzado ciertamente a sumergirte; si no hubieras padecido alguna ola de naufragio en la nave de la fe, de ningún modo habrías oído de la boca de la Verdad: «Hombre de poca fe, ¿por qué dudaste?» (ibíd.). Ni es maravilla que temieras entonces el peligro del mar, tú que por la misma flaqueza de mente no querías que tu maestro y Señor sufriera el patíbulo de la cruz. Pues cuando te decía que había de ser crucificado para la redención del género humano, al punto respondiste: «Lejos de ti, Señor, sé propicio contigo mismo, Señor, no sea esto» (Mat. 16). ¿Qué es esto, bienaventurado apóstol? ¿Acaso quieres cerrar el lugar de donde ha de salir el precio de nuestra redención? ¿Acaso quieres restringir la fuente que desciende a limpiar las manchas de nuestra maldad? He aquí que ya sabes sin duda alguna que él es Dios, y sin embargo le disuades de sufrir la muerte. Pues si no creyeras que es Dios, no habrías dicho «sé propicio contigo mismo, Señor».

Concordat denique fides discipuli cum assertione Magistri. «Potestatem, inquit, habeo ponendi animam meam, et potestatem habeo iterum sumendi illam (Joan. X).» Sed qui fide stas, infirmitate jaces, quem fides erigit, timor sternit. Qui ergo Magistro crucis timueras mortem, et tibimetipsi pelagi profunditatem, tunc dilectum discipulum non dubitas mittere inter persecutorum furentium rabiem. Cur hoc, nisi quia completum est in te, quod per coapostolum tuum dicitur, quia «timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem?» (I Joan. IV.) Jam enim iterum audieras a Domino (Joan. XXI.): «Simon, amas me?» Et respondens: «Domine, tu scis quia amo te;» illico audisti: «Pasce oves meas.» Dixerat iterum Dominus: «Sicut dilexit me Pater, et ego diligo vos (Joan. XV).» Sicut ergo te Dominus dilexit, cum pro pascendis ovibus suis inter scandala persecutorum misit; sic et tu discipulum diligis, cum pro eisdem ovibus ad martyrium dirigis.

Sed libet, fratres mei, haec apostolica verba subtili indagatione discutere, et quomodo canonica ecclesiasticae censurae auctoritas in eligendis praepositis unam ubique teneat regulam, praevidere. Dicitur enim B. Apollinari: «Quid sedes nobiscum? Ecce eruditus es de omnibus quae fecit Jesus.» Rursus idem apostolorum princeps cum in loco Judae alium subrogare voluisset apostolum, ut neophytorum reprimeret pravitatem, inquit: «Oportet ergo ex his viris, qui nobiscum congregati sunt in omni tempore, quo intravit, et exivit inter nos Dominus Jesus, testem resurrectionis ejus nobiscum fieri unum ex istis (Act. I).» Hinc idem ipse gentibus Christum evangelizans, aiebat: «Hunc Deus suscitavit tertia die, et dedit eum manifestum fieri non omni populo, sed testibus praeordinatis a Deo, nobis qui manducavimus et bibimus cum illo, postquam surrexit a mortuis (Act. X).» Hinc ipse Dominus in Evangelio cum de mittendo sancto Spiritu apostolis loqueretur. «Ille, inquit, testimonium perhibebit de me, et vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis (Joan. XVI);» tanquam diceret: Idcirco idoneum de me testimonium perhibebitis, quia quidquid alios docueritis, longae conversationis assiduitate ipsi antea didicistis.

Audiant neophyti, audiant elati, et quasi folles vento arrogantiae, et igne cupiditatis inflati, qui ante volunt docere, quam sciant; et in schola Christi ante inhiant in cathedra praesidere, quam ferulam sentiant. Dumque inordinato ordine non per ostium, sed aliunde ad regiminis jura prorumpunt, non se pastores esse, sed fures, et mercenarios patenter ostendunt, qui prodesse nil curant, sed praeesse flamma perniciosissimae cupiditatis anhelant.

Finalmente, la fe del discípulo concuerda con la afirmación del Maestro. «Tengo poder —dice— para poner mi vida, y tengo poder para volverla a tomar (Juan X)». Pero tú, que por la fe estás en pie, por la debilidad yaces; a quien la fe levanta, el temor lo derriba. Tú, pues, que habías temido la muerte de la cruz para el Maestro, y para ti mismo la profundidad del mar, no dudas entonces en enviar al amado discípulo en medio de la rabia de los perseguidores furiosos. ¿Por qué esto, sino porque se ha cumplido en ti lo que se dice por medio de tu coapóstol, que «el temor no está en la caridad, sino que la perfecta caridad echa fuera el temor»? (I Juan IV.) Pues ya habías oído de nuevo del Señor (Juan XXI): «Simón, ¿me amas?». Y respondiendo: «Señor, tú sabes que te amo», al punto oíste: «Apacienta mis ovejas». Había dicho de nuevo el Señor: «Como me amó el Padre, así os amo yo (Juan XV)». Por tanto, como el Señor te amó cuando te envió entre los escándalos de los perseguidores para apacentar a sus ovejas; así también tú amas al discípulo cuando lo diriges al martirio por las mismas ovejas.

Pero place, hermanos míos, discutir estas palabras apostólicas con sutil indagación, y prever cómo la canónica autoridad de la censura eclesiástica mantiene en todas partes una misma regla al elegir a los prepósitos. Pues se le dice al bienaventurado Apolinar: «¿Por qué te sientas con nosotros? He aquí que estás instruido de todas las cosas que hizo Jesús». De nuevo, cuando el mismo príncipe de los apóstoles quiso subrogar a otro apóstol en lugar de Judas, para reprimir la maldad de los neófitos, dijo: «Conviene, pues, que de estos hombres que han estado congregados con nosotros todo el tiempo en que entró y salió entre nosotros el Señor Jesús, uno de estos sea hecho con nosotros testigo de su resurrección (Hechos I)». De aquí que él mismo, evangelizando a Cristo a las gentes, decía: «A este Dios lo resucitó al tercer día, y le dio que se manifestase, no a todo el pueblo, sino a los testigos preordinados por Dios, a nosotros que comimos y bebimos con él después que resucitó de entre los muertos (Hechos X)». De aquí que el mismo Señor dice en el Evangelio, cuando hablaba a los apóstoles sobre el envío del Espíritu Santo. «Él —dice— dará testimonio de mí, y vosotros daréis testimonio, porque desde el principio estáis conmigo (Juan XVI)»; como si dijera: Por eso daréis testimonio idóneo de mí, porque lo que sea que enseñéis a otros, vosotros mismos lo aprendisteis antes por la asiduidad de un largo trato.

Oigan los neófitos, oigan los soberbios, e inflados como fuelles por el viento de la arrogancia y el fuego de la codicia, que quieren enseñar antes de saber; y en la escuela de Cristo ansían presidir en la cátedra antes de sentir la férula. Y mientras por un orden desordenado irrumpen en los derechos del régimen, no por la puerta sino por otra parte, muestran patentemente que no son pastores, sino ladrones y mercenarios, que nada cuidan de ser útiles, sino que anhelan mandar con la llama de una codicia perniciosa.

Hi profecto non praeferuntur, ut Christi ovile custodiant, non ut gregem Dominicum pascant, sed ut miseram carnem suam in lasciviis et voluptatibus molliter nutriant; dumque se proximis praelatos esse considerant, caecam mentem in superbiae cornibus exaltant. Audiant ergo, qui ejusmodi sunt, et vel curent se ab hac praesumptione compescere, vel noverint se a corpore sanctae Ecclesiae jam, etsi non aperte, vere tamen radicitus praecisos jacere. Ecce beati apostoli, super quos quasi solidissimas bases sancta fundatur Ecclesia, non novitium, non indoctum, sed illum ordinant, quem in doctrina, et sanctae conversationis studio perspexerint esse maturum. Hoc quaerit Petrus in Mathia, cum elegit in apostolatum, hoc in Apollinare cum promovet in episcopatum. Quod ergo Dominus providerat in apostolis, hoc apostoli considerant in apostolicis viris.

Illud etiam praetereundum non est, quod beatus apostolus osculans discipulum, emisit eum a se. Hic antiquorum Patrum consuetudo recolitur, et in novo jam saeculo veterum patriarcharum antiquitas reparatur. Ecce Isaac iterum filium osculatur. Ecce Jacob iterum benedicitur, et patriarcha a patriarcha ex authenticae traditionis ordine consecratur. Illi dictum est: «Accede ad me, fili, ut benedicat tibi anima mea (Gen. XXVII).» Ipsi dictum est: «Surge, accipe Spiritum sanctum.» Illi dictum est: «Det tibi Deus de rore coeli, et de pinguedine terrae abundantia frumenti, vini et olei (Ibid.);» isti vero dicitur: «Mittat Dominus noster Jesus Christus angelum suum, qui praeparet iter tuum, et quae postulaveris, annuat tibi.» Sic et ipse Jacob Ephraim et Manasse filiis Joseph osculum praebuit, cum eos inter reliquos patriarchas constituens, benedixit (Gen. XLVIII). Hinc etiam ecclesiasticus mos inolevit, ut pontifices his, quos consecrant, osculum tribuant. Hinc, fratres, hinc rogo, colligite, B. Apollinaris quanta sit celsitudo, qui ut apostolus ad arcem pontificatus eligitur, et ut patriarcha solemniter ordinatur. Qui et ab illo, et non diverso modo provehitur, a quo et apostoli promoventur.

Videtur ergo in illo et apostolica dignitas, et patriarchalis sublimitas; quia et apostolico ore provehitur, et patriarchali solemnitate consecratur. Unde fit, ut cum caeteri, qui pro testimonio veritatis supplicia passi sunt, martyres nuncupentur; hic, qui non solum passus, sed etiam ad martyrium ab apostolo tam nobiliter est electus, apostolicus martyr jure dicatur.

Estos ciertamente no son preferidos para que custodien el redil de Cristo, ni para que apacienten la grey del Señor, sino para nutrir blandamente su miserable carne en las lascivias y placeres; y mientras consideran que han sido puestos sobre sus prójimos, exaltan su mente ciega en los cuernos de la soberbia. Oigan, pues, quienes son de tal condición, y o bien cuiden de refrenarse de esta presunción, o bien sepan que yacen ya cortados del cuerpo de la santa Iglesia, si no abiertamente, sí verdaderamente de raíz. He aquí que los bienaventurados apóstoles, sobre los cuales como bases solidísimas se funda la santa Iglesia, no ordenan a un novicio ni a un ignorante, sino a aquel a quien han visto maduro en la doctrina y en el estudio de la santa conducta. Esto busca Pedro en Matías cuando lo elige para el apostolado, esto en Apolinar cuando lo promueve al episcopado. Lo que, por tanto, el Señor había provisto en los apóstoles, esto los apóstoles consideran en los varones apostólicos.

Tampoco debe pasarse por alto aquello de que el bienaventurado apóstol, besando al discípulo, lo envió de su lado. Aquí se recuerda la costumbre de los antiguos Padres, y en un nuevo siglo se repara la antigüedad de los antiguos patriarcas. He aquí que Isaac besa de nuevo a su hijo. He aquí que Jacob es bendecido de nuevo, y un patriarca es consagrado por un patriarca según el orden de la tradición auténtica. A aquel se le dijo: «Acércate a mí, hijo mío, para que te bendiga mi alma (Gén. XXVII)». A este se le dijo: «Levántate, recibe el Espíritu Santo». A aquel se le dijo: «Dios te dé del rocío del cielo, y de la grosura de la tierra, abundancia de trigo, de vino y de aceite (Ibid.)»; pero a este se le dice: «Nuestro Señor Jesucristo envíe a su ángel, que prepare tu camino, y te conceda lo que pidas». Así también el mismo Jacob dio el beso a Efraín y Manasés, hijos de José, cuando, constituyéndolos entre los demás patriarcas, los bendijo (Gén. XLVIII). De aquí también nació la costumbre eclesiástica de que los pontífices den el beso a aquellos a quienes consagran. De aquí, hermanos, de aquí os ruego que deduzcáis cuánta sea la celsitud del bienaventurado Apolinar, que como apóstol es elegido para la cumbre del pontificado, y como patriarca es solemnemente ordenado. El cual es promovido por aquel, y no de modo diverso a como son promovidos los apóstoles.

Se ve, pues, en él tanto la dignidad apostólica como la sublimidad patriarcal; porque es promovido por boca apostólica y consagrado con solemnidad patriarcal. De donde resulta que, mientras los otros, que han sufrido suplicios por el testimonio de la verdad, son llamados mártires; este, que no solo sufrió, sino que también fue tan noblemente elegido para el martirio por el apóstol, es llamado con derecho mártir apostólico.

Inter haec vos, fratres charissimi, ad vosmetipsos redite, actus vestros sollicita examinatione discutite; et qui laudes martyris libenter auditis, laudabilem vitam habere curate. Non est enim speciosa laus in ore peccatoris (Eccli. XV). Illi enim digne sanctis laudibus efferunt, qui laudabiliter vivunt. Et hi fortium virtutes utiliter audiunt, quos audita praeconia ad amorem imitationis accendunt. Caeterum quid prodest si alios constitutos in sublimibus videas, ipse vero in praeceps ad ima descendas? Quid prodest fortium bellatorum triumphos extollere, si ipse non erubescas quotidie terga hostibus dare? Quisquis ergo gaudes fortiter egisse martyres Christi, corripe et ipse arma inter milites Christi. Desunt exterius hostes? Verte manus in te, et multos seditiosos invenies cives. Doma superbiam, jugula iracundiam, exstingue libidinem, reprime avaritiam, occide invidiam; et, ut breviter cum Apostolo cuncta complectar: «Crucifige carnem tuam cum vitiis (Gal. V).» Hoc est fortiter agere, hoc est viriliter dimicare. Nam quid juvat, si circa vallum te non obsideant acies persequentium, et intra urbis moenia grassetur barbaries vitiorum? Vis autem adhuc apertius discere, qualiter in pace sanctae Ecclesiae valeas martyrium invenire? Audi attente, intellige diligenter. Cor vigilet, oculus non dormitet. Quod enim dico, brevissimum est. Ascende igitur tribunal mentis, et temetipsum pertrahe ad judicium quaestionis. Cogitatio accuset, animus judicet, poenitens conscientia velut carnifex feriat, lacrymarum rivus velut vulnus erumpat. Sic sic per martyrii similitudinem, ad veram pervenies martyrium dignitatem, auxiliante Domino nostro Jesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et gloriatur per infinita saecula saeculorum. Amen.

Sermo XXXI.

II. DE SANCTO APOLLINARE EPISCOPO ET MARTYRE. (XXIII JUL.)

Apostolici martyris gloriosa solemnitas, fratres charissimi, alacrem fecit vestrae devotionis adesse conventum. Unde dignum est, ut communi vobiscum laetitia pariter exsultemus, et totam hanc diem in psalmis, hymnis et canticis spiritualibus expendamus. Merito hodie profusis gaudiis totus ubique terrarum orbis exsultat. Merito sancta Ecclesia, dispositis fidelium choris, dulcisonas melodiarum voces alternat. Gaudeat Antiochia, quae talem meruit gignere filium; exsultet Roma, quae talem potuit habere discipulum; praecipue vero jubilet urbs Ravenna, quae tantum meruit referre patronum.

Entre tanto, hermanos carísimos, volved a vosotros mismos, discutid vuestros actos con solicita examinación; y vosotros que escucháis de buena gana las alabanzas del mártir, cuidad de tener una vida laudable. Pues no es hermosa la alabanza en la boca del pecador (Ecli. XV). Porque dignamente ensalzan con santas alabanzas aquellos que viven laudablemente. Y estos escuchan con utilidad las virtudes de los fuertes, a quienes los pregones oídos encienden en el amor de la imitación. Por lo demás, ¿qué aprovecha si ves a otros constituidos en las alturas, mientras tú mismo desciendes de cabeza a lo profundo? ¿Qué aprovecha ensalzar los triunfos de los fuertes guerreros, si tú mismo no te avergüenzas de dar la espalda a los enemigos cada día? Quienquiera, pues, que te alegres de que los mártires de Cristo hayan obrado con fortaleza, toma tú también las armas entre los soldados de Cristo. ¿Faltan enemigos al exterior? Vuelve las manos hacia ti, y encontrarás muchos ciudadanos sediciosos. Doma la soberbia, degüella la ira, extingue la libido, reprime la avaricia, mata la envidia; y, para comprenderlo todo brevemente con el Apóstol: «Crucifica tu carne con sus vicios (Gál. V)». Esto es obrar con fortaleza, esto es luchar varonilmente. Pues, ¿qué ayuda si no te sitian las filas de los perseguidores alrededor de la valla, y dentro de los muros de la ciudad ruge la barbarie de los vicios? ¿Quieres además aprender aún más claramente de qué manera puedas encontrar el martirio en la paz de la santa Iglesia? Escucha atentamente, entiende diligentemente. Vigile el corazón, no duerma el ojo. Pues lo que digo es brevísimo. Sube, pues, al tribunal de la mente, y arrástrate a ti mismo al juicio del interrogatorio. Acuse el pensamiento, juzgue el ánimo, hiera la conciencia penitente como un verdugo, brote el río de las lágrimas como una herida. Así, así, por la semejanza del martirio, llegarás a la verdadera dignidad de los mártires, con la ayuda de nuestro Señor Jesucristo, que con el Padre y el Espíritu Santo vive y se gloría por los infinitos siglos de los siglos. Amén.

Sermón XXXI.

II. SOBRE SAN APOLINAR, OBISPO Y MÁRTIR. (23 DE JULIO)

La gloriosa solemnidad del mártir apostólico, hermanos carísimos, ha hecho que el convento de vuestra devoción asista con alborozo. Por lo cual es digno que nos regocijemos igualmente con una alegría común con vosotros, y empleemos todo este día en salmos, himnos y cánticos espirituales. Con razón hoy el mundo entero por todas partes se regocija con profusas alegrías. Con razón la santa Iglesia, dispuestos los coros de los fieles, alterna las dulces voces de las melodías. Alégrese Antioquía, que mereció engendrar a tal hijo; exulte Roma, que pudo tener a tal discípulo; pero especialmente jubile la ciudad de Rávena, que mereció tener a tal patrono.

Quae enim erat daemonum antea delubrum, per hunc coelestium senatorum facta est capitolium. Ibi enim jam martyrum corpora requiescunt, ibi multorum sanctorum patrocinia reconduntur. Quae ergo prius male fecunda in filiis suis multas stipulas germinabat inferno, jam per Dei gratiam multos cives parturit coelo; ut jam populo illius non immerito dicatur: «Jam non estis hospites et advenae; sed estis cives sanctorum, et domestici Dei!» (Ephes. II.) Et per Petrum: «Vos estis genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis (I Petr. II).» Reges enim sumus, quia crucis vexillum in fronte portamus. Sacerdotes autem jure dicimur, quia chrismatis unctione linimur.

Juste ergo egregia illa metropolis de B. Apollinaris festivitate specialiter gaudet, per quem, olim profana et rustica, facta est nunc sacerdotalis et regia. Cui cum Romanis arcibus adeo communis est dignitas, ut illa mater, ista dicatur congrue filia. Quod enim illa in coelesti clavigero, hoc totum ista possidet in discipulo; et quod illi praerogat apostolus, hoc addit isti martyr apostolicus. Si enim Constantinopolitana civitas, quia Romanos in se transtulit cives, secunda Roma est nuncupata; quanto magis haec, quae tantum principem de Roma suscepit, secunda Roma est appellanda! Nunquidnam gloriosius est suscipere Quirites de Romana curia, quam habere martyrem de Romana Ecclesia? Ex ea igitur parte, qua Roma carnalis est, carnales genuit; ex ea vero, qua spiritualis est, spiritualem ex se filium procreavit. «Quod enim natum est de carne caro est, et quod natum est ex spiritu, spiritus est (Joan. III).» Quod autem tantum civitati illi tribuimus, ut Romae similem esse dicamus, ad laudem Dei referimus, non favores hominum affectamus. Nam ornatus habitationis, decus est habitantis; et honor militis, gloria est imperatoris.

Libet autem, dilectissimi, pulchrum divinae dispensationis ordinem studiose perpendere; et quam mirabiliter omnipotens Deus regionis illius tenebras illustrare decreverit, indagare. Sicut enim matutinus Lucifer ab ortu surgens solem praecedit, ita beatissimus martyr ab orientali plaga progrediens, nomen Domini nostri Jesu Christi, qui vere est sol Justitiae, primus Ravennae finibus introduxit. Et quam bene sibi Luciferi nomen congruit, qui primum adventus sui miraculum de lumine fecit! Nam mox ut in suburbano est receptus hospitio, caeco Irenaei militis filio lumen reddidit, et sic de parentum cordibus infidelitatis tenebras effugavit; et dum illi oculos reddidit frontis, istis multo felicius lumen aperuit cordis.

Hujus itaque, fratres mei, tam egregii praeliatoris imitemur exemplum, istius formam, istius teneamus in nostra tentatione custodiam. Adversus hunc tyrannus omnia fere elementa commovit, et superare non potuit. Nos saltem carnis nostrae resistamus illecebris, reprimamus iram, studeamus edomare superbiam, omniumque vitiorum monstra fidei virtute calcemus; et qui gloriosum hunc virum novimus tormentis non cessisse carnificum, nos saltem non acquiescamus titillantium illecebris voluptatum, licet nec dum valeamus ad exemplum beati hujus martyris Deum perfecte diligere, studeamus eum interim amando timere, timendo mandatis ejus insistere, sicque paulatim ad amoris ejus valebimus culmen ascendere. Nam si diligenter intendimus, hunc dispositionis ordinem et in ipsius Domini sermonibus invenimus. Nam in Deuteronomio legitur: «Et nunc Israel, quid Dominus Deus tuus quaerit abs te, nisi ut timeas Dominum Deum tuum, et ambules in viis ejus, et diligas eum? (Deut. X.)» Ut videlicet Creatorem suum mens humana timere prius incipiat, deinde se in mandatis ejus exerceat, sic postremo ad concipiendam divini amoris dulcedinem convalescat. Hunc scilicet intimae dilectionis ordinem sponsa quaerit in Canticis: «Ordinate, inquit, in me charitatem (Cant. II).» Ad charitatem ergo, dilectissimi, mentis nostrae se fervor accendat, per quam et hostilis versutiae machinas respuat, et lubrica mundi hujus oblectamenta contemnat. Demus repudium mundo, praebeamus in nostris visceribus habitaculum Deo; ut si, juxta nomen B. martyris, Christum nunc in nostro pectore ferimus, ad eum postmodum angelico subvehente remigio, deferamur. Ipse est enim qui et sanctis praebet martyribus gloriam, et conversis peccatoribus donat offensam. Ipse est qui et in certantium victoria superat, et de poenitentium conversione triumphat, Jesus Christus Dominus noster, qui cum Deo Patre et Spiritu sancto vivit et gloriatur in saecula saeculorum. Amen.

Sermo XXXIV.

I. DE SS. FLORA ET LUCILLA VIRGINE ET MARTYRE (XXIX JUL.).

Pues el soldado de Cristo, sorprendido entre las filas hostiles, no solo no pudo ser doblegado por el golpeo, sino que también retorció valientemente los dardos de la santa predicación; y, como guerrero instruido, convirtió en usos propios las armas ajenas. Pues el perseguidor sirvió ensañándose, y, mientras quiso dañar, ministró sin saberlo; porque cuanto más lo encontró sufriendo ecuánimemente la locura de su furor, tanto más devolvió más clara la apariencia del oro acrisolado.

A quien el tirano, cuando lo vio como soldado de Dios ceñido, bramó, e intentó impugnarlo con diversos modos de dardos, con muchas máquinas de guerra.

Por tanto, hermanos míos, imitemos el ejemplo de tan egregio luchador, mantengamos su forma, mantengamos su custodia en nuestra tentación. Contra este el tirano movió casi todos los elementos, y no pudo vencerlo. Nosotros al menos resistamos a los halagos de nuestra carne, reprimamos la ira, estudiemos domar la soberbia, y pisoteemos los monstruos de todos los vicios por la virtud de la fe; y nosotros que sabemos que este glorioso varón no cedió a los tormentos de los verdugos, nosotros al menos no consintamos a los halagos titilantes de los placeres, aunque todavía no seamos capaces de amar a Dios perfectamente según el ejemplo de este bienaventurado mártir, estudiemos entretanto temerle amándole, y temiéndole insistir en sus mandatos, y así poco a poco seremos capaces de ascender a la cumbre de su amor. Pues si atendemos diligentemente, encontramos este orden de disposición incluso en las palabras del mismo Señor. Pues en el Deuteronomio se lee: «Y ahora, Israel, ¿qué pide de ti el Señor tu Dios, sino que temas al Señor tu Dios, y camines por sus vías, y le ames? (Deut. 10)». Para que, a saber, la mente humana empiece primero a temer a su Creador, luego se ejercite en sus mandatos, y así finalmente convalezca para concebir la dulzura del divino amor. Este orden ciertamente de la íntima dilección busca la esposa en los Cánticos: «Ordenad —dice— en mí la caridad (Cant. 2)». Hacia la caridad, pues, dilectísimos, se encienda el fervor de nuestra mente, por la cual tanto rechace las máquinas de la astucia hostil, como desprecie los lúbricos deleites de este mundo. Demos el repudio al mundo, ofrezcamos en nuestras entrañas habitación a Dios; para que si, según el nombre del bienaventurado mártir, llevamos ahora a Cristo en nuestro pecho, seamos después llevados hacia Él por el remo de los ángeles. Pues es Él quien tanto ofrece la gloria a los santos mártires, como otorga el perdón de la ofensa a los pecadores convertidos. Él es quien tanto vence en la victoria de los que luchan, como triunfa por la conversión de los penitentes, Jesucristo nuestro Señor, que con Dios Padre y el Espíritu Santo vive y es glorificado por los siglos de los siglos. Amén.

Sermón XXXIV.

I. SOBRE LAS SANTAS FLORA Y LUCILLA, VIRGEN Y MÁRTIR (29 DE JULIO).

Gaudemus, fratres charissimi, virginum celebrare triumphum, qui virginalem partum non ambigimus nostrae redemptionis exordium. Auctor quippe virginitatis, qui per virginem dignatus est in hujus mundi campum praeliaturus accedere, per plures quoque virgines victoriae suae voluit insignia reparare. Ex quibus nimirum et istae virgines tanquam geminae lampades effulserunt, quae, juxta nominis utriusque praesagium, una quidem florem redolet, micat altera lucem. Istae itaque, sicut in veterum gestorum reperitur historia, a barbaro quodam rege captae, per geminata decennii curricula sub honesta custodia sunt detentae. Rex autem primum quidem libidinis igne succensus efferbuit, sed earum constantia vehementer infractus, tandem castitatis consilio salubriter acquievit. Postremo etiam, qui captivas duxerat, concaptivus factus regalia sceptra deposuit, et cum eis simul per martyrii palmam terrenum regnum coelestis imperii gloria permutavit. Deposuit volaticam purpuram, et immortalitatis adeptus est stolam. Pro ruinalis aulae tricliniis meruit domum non manufactam, aeternam in coelis. Et quam pulchra rerum species, ut qui prius fuerat tanquam Leo frendens inter lustra ferarum, jam intra caulas Ecclesiae, factus mitis agniculus, ubera sugeret ovium.

His ergo duabus sanctis virginibus manifecte concessum esse perpendimus quod sponsae sponsus in Canticis mystice pollicetur: «Coronaberis, inquit, de vertice Sanir, de capite Amana et Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum (Cant. IV).» Amana siquidem mons esse Ciliciae dicitur, qui et Taurus a compluribus appellatur. Sanir vero et Hermon Judaicae terrae montes sunt, in quibus leones et pardi habitare creduntur. Per hos ergo montes reges et principes diversaeque hujus mundi intelligendae sunt potestates, quae velut montes se in superbiae cacumen attollunt, et malignis spiritibus tanquam pardis atque leonibus habitaculum ferunt. Perversi quippe spiritus leones vocantur propter crudelitatem; pardi autem, quia hoc animal varii coloris est, propter deceptionis ac fraudis multimodam varietatem.

De his ergo montibus vel quaeque fidelis anima vel sancta coronatur Ecclesia, quando saeculi principes convertit ad fidem, vel ad sanctae conversationis dirigit rectitudinem. Coronatur autem, quia vel pro apportato eorum lucro remuneratur a Christo, vel ab eisdem quibus antea premebatur, honoratur in saeculo. Coronatur, inquam, de cubilibus leonum et montibus pardorum, quando superbos quosque atque dolosos a sua pravitate convertit, et pro correctis eorum moribus aeterna praemia recipit.

Nos alegramos, hermanos carísimos, de celebrar el triunfo de las vírgenes, nosotros que no dudamos que el parto virginal es el inicio de nuestra redención. Ciertamente el Autor de la virginidad, que se dignó acceder al campo de este mundo a través de una virgen para luchar, quiso también reparar las insignias de su victoria a través de muchas vírgenes. Entre las cuales ciertamente estas vírgenes brillaron como lámparas gemelas, las cuales, según el presagio de ambos nombres, una ciertamente huele a flor, la otra brilla con la luz. Estas, por tanto, como se encuentra en la historia de los antiguos hechos, capturadas por cierto rey bárbaro, fueron retenidas bajo honesta custodia durante ciclos duplicados de una década. Pero el rey, al principio ciertamente, hirvió encendido por el fuego de la libido, pero vehementemente quebrantado por la constancia de ellas, finalmente asintió saludablemente al consejo de la castidad. Finalmente también, el que las había llevado cautivas, hecho concautivo, depuso los cetros reales, y junto con ellas a través de la palma del martirio cambió el reino terrenal por la gloria del imperio celestial. Depuso la púrpura volátil, y alcanzó la estola de la inmortalidad. En lugar de los triclinios del palacio ruinoso, mereció una casa no hecha por manos, eterna en los cielos. Y qué hermosa apariencia de las cosas, que el que antes había sido como un León rugiente entre las guaridas de las fieras, ya dentro de los rediles de la Iglesia, convertido en manso corderito, chupara las ubres de las ovejas.

Perpendimos, por tanto, que a estas dos santas vírgenes se les concedió manifiestamente lo que el esposo promete místicamente a la esposa en los Cánticos: «Serás coronada —dice— desde la cumbre del Sanir, desde la cabeza del Amaná y del Hermón, desde las guaridas de los leones, desde los montes de los leopardos (Cant. 4)». El Amaná ciertamente se dice que es un monte de Cilicia, que por muchos es llamado también Tauro. El Sanir verdaderamente y el Hermón son montes de la tierra de Judea, en los cuales se cree que habitan leones y leopardos. Por estos montes, por tanto, han de entenderse los reyes y príncipes y las diversas potestades de este mundo, que como montes se levantan hacia la cima de la soberbia, y ofrecen habitación a los espíritus malignos como a leopardos y leones. Ciertamente los espíritus perversos son llamados leones por la crueldad; y leopardos, porque este animal es de color variado, por la multiforme variedad del engaño y del fraude.

Desde estos montes, por tanto, o bien cada alma fiel o la santa Iglesia es coronada, cuando convierte a los príncipes del siglo a la fe, o los dirige hacia la rectitud de la santa conducta. Y es coronada, porque o bien es remunerada por Cristo por el lucro aportado de ellos, o es honrada en el siglo por aquellos mismos por quienes antes era oprimida. Es coronada, digo, desde las guaridas de los leones y los montes de los leopardos, cuando convierte a todos los soberbios y falaces de su pravidad, y recibe premios eternos por sus costumbres corregidas.

Quod profecto his sacris virginibus contigisse probatur, si tamen rei fides est adhibenda quae dicitur, quae et de iniquo prius rege victoriae palmam, et de converso postmodum ac feliciter consummato consecutae sunt gloriam. Dicant ergo coelesti Sponso beatae virgines quod in eisdem canticis dicitur: «Exsultabimus, et laetabimur in te (cant. I).» Non in nobis, sed in te; quia qui nos dudum ad lucem veritatis tuae de tenebris eduxisti, per nos etiam de ignorantiae caligine ad notitiam tui nominis et alios provocasti, ut fiat quod dicitur: «Qui gloriatur, in Domino glorietur (I Cor. I).» Jam vero, quod stylus tradit historiae, Dominum scilicet eis nocturno silentio fuisse locutum, easque ad consummandum Romae provocasse martyrium. Nonne videtur ad hoc manifeste congruere quod inter eosdem sponsum et sponsam per typici colloquii conseritur sacramentum? «Ego dormio, et cor meum vigilat. Vox dilecti mei pulsantis: Aperi, soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea; quia caput meum plenum est rore, et cincinni mei guttis noctium (cant. V).» Dicit ergo utraque beata virgo, quarum scilicet erat cor unum et anima una: «Ego dormio, et cor meum vigilat;» quia videlicet sancta mens quo se a strepitu temporalis concupiscentiae comprimit, eo verius interna cognoscit; et tanto ad intima vigilat, quanto se ab exteriori inquietudine solerter occultat.

Dormiebant itaque sanctae istae virgines a negotiis et concupiscentia saeculi, sed apertos atque pervigiles tenebant oculos in aestu amoris Dei. Sed quia non est hoc tempus plenae quietis, sed laboris potius atque certaminis, repente dilectus ostium pulsat, easque ad procinctum conserendi belli suis exhortationibus excitat: «Vox, inquit, dilecti mei pulsantis (Ibid).» Pulsat dilectus, cum fideles suos provocat Christus aut ad suarum incrementa virtutum, aut certe ad lucrandas animas proximorum. Aperi mihi, soror mea. Soror utique, quia regni mei mihi cohaeres effecta, et in necessitudinem mihi fraternae adoptionis adscita. Amica mea, quia de jugo servitutis erepta, cognovisti meae veritatis arcana. Columba mea, quia fellis amaritudine vacua, et spiritus mei qui in columba descendit, dono ditata. Immaculata mea, quia effusione mei sanguinis ab omni peccatorum tuorum labe purgata es. Aperi itaque mihi, hoc est, de quiete et otio dilectae tibi contemplationis egredere, et ad perhibendum veritati meae testimonium ferventissime te et constanter impende: «Quia caput meum plenum est rore, et cincinni mei guttis noctium (I Cor. XI).»

Lo cual de hecho se prueba que les sucedió a estas santas vírgenes, si es que se ha de dar fe a lo que se dice, las cuales consiguieron tanto la palma de la victoria sobre el rey antes inicuo, como después la gloria por él convertido y felizmente consumado. Digan, pues, al celestial Esposo las bienaventuradas vírgenes lo que se dice en los mismos cánticos: «Nos exultaremos y nos alegraremos en ti (Cant. 1)». No en nosotras, sino en ti; porque tú que hace poco nos sacaste de las tinieblas a la luz de tu verdad, a través de nosotras también provocaste a otros desde la calima de la ignorancia al conocimiento de tu nombre, para que se haga lo que se dice: «El que se gloría, gloríese en el Señor (1 Cor. 1)». Ya verdaderamente, lo que transmite el estilo de la historia, a saber, que el Señor les había hablado en el silencio nocturno, y las había provocado a consumar en Roma el martirio. ¿Acaso no parece congruir manifiestamente con esto lo que se entreteje entre los mismos esposo y esposa a través del sacramento del coloquio típico? «Yo duermo, y mi corazón vigila. La voz de mi amado que pulsa: Ábreme, hermana mía, amiga mía, paloma mía, inmaculada mía; porque mi cabeza está llena de rocío, y mis guedejas de las gotas de las noches (Cant. 5)». Dice, pues, cada bienaventurada virgen, de las cuales ciertamente había un solo corazón y una sola alma: «Yo duermo, y mi corazón vigila»; porque sin duda cuanto más la santa mente se comprime del estrépito de la concupiscencia temporal, tanto más verdaderamente conoce lo interno; y tanto más vigila hacia lo íntimo, cuanto más solícitamente se oculta de la inquietud exterior.

Dormían, pues, estas santas vírgenes de los negocios y de la concupiscencia del siglo, pero mantenían los ojos abiertos y muy vigilantes en el ardor del amor de Dios. Pero porque este no es el tiempo del pleno descanso, sino más bien del trabajo y del combate, de repente el amado pulsa la puerta, y las excita a la disposición de entablar la batalla con sus exhortaciones: «La voz —dice— de mi amado que pulsa (Cant. 5)». Pulsa el amado cuando Cristo provoca a sus fieles o bien a los incrementos de sus virtudes, o ciertamente a ganar las almas de los prójimos. «Ábreme, hermana mía». Hermana ciertamente, porque has sido hecha coheredera mía de mi reino, y admitida en la necesidad de la adopción fraterna. «Amiga mía», porque arrebatada del yugo de la servidumbre, conociste los arcanos de mi verdad. «Paloma mía», porque vacía de la amargura de la hiel, y enriquecida con el don de mi espíritu que descendió en paloma. «Inmaculada mía», porque por la efusión de mi sangre has sido purificada de toda mancha de tus pecados. Ábreme, pues, a mí, esto es, sal del descanso y del ocio de la contemplación amada para ti, y empéñate fervorosísima y constantemente para dar testimonio a mi verdad: «Porque mi cabeza está llena de rocío, y mis guedejas de las gotas de las noches (Cant. 5)».

Caput C

hristi Deus est, ut dicit Apostolus.

Cincinni vero intimae sanctorum cogitationes sunt, quae non laxae fluunt et dissolutae, sed timoris et amoris Dei sunt vinculo colligatae. Enimvero, quid per rorem et guttas noctium, nisi tenebrosas et frigidas quorumdam reproborum mentes accipimus?

Caput ergo sponsi in reprobis plenum est rore, cum saeculares quippe a Dei charitate torpescunt, et per voluptatum suarum lasciviam defluunt. Juxta id quod Dominus dicit: «Abundabit iniquitas, et refrigescet charitas multorum (Matth. XXIV).» Hujusmodi plane cum sanctos Dei persequuntur et odiunt, in illorum cordibus quasi cincinni sponsi guttis noctium pleni sunt. Cumque tales multiplicantur et Ecclesiam persecutionibus aggravant, tunc sponsus sponsam exhortatur ut surgat et studio praedicationis valenter insistat. Hinc est quod Flora et Lucilla beatissimae virgines per noctem divinitus admonentur ut Romam redeant, atque ad martyrii certamen accedere nullatenus pertimescant. Ubi enim vidit omnipotens Deus persecutionis aestum ferventius ebullire, illic decrevit per fragilem sexum gloriosius triumphare.

Sed ut ad Canticum redeam, utraque haec venerabilis virgo tanquam singulari unimodi oris depromit eloquio: «Exspoliavi me, inquit, tunica mea, quomodo induar illam?» (Cant. V.) Ac si dicat: Exui me curis et occupationibus saeculi, et in solo me tuae contemplationis amore constrinxi. Quomodo itaque nunc discursionis iter arripiam? Quomodo strepitus et luctamen obloquentium feram? Quod autem per tunicas curas sollicitudinesque significet, ostendit Dominus, cum dicit: «Qui in tecto est, non descendat tollere tunicam suam (Matth. XXIV).» Quod est aperte dicere, qui sublimi contemplationis arce subnititur, nequaquam descendat, ut iterum saecularis negotii occupationibus implicetur. «Lavi pedes meos, quomodo inquinabo illos? (Cant. V).» id est gressus mei operis ab aspersione terreni pulveris dignis poenitentiae fletibus ablui, quo pacto jam potero, nisi, quibus assueta sum, coelestia meditari?

La cabeza de Cristo es Dios, como dice el Apóstol (1 Cor. 11).

Pero las guedejas son los íntimos pensamientos de los santos, que no fluyen sueltos y disueltos, sino que están ligados por el vínculo del temor y del amor de Dios. En verdad, ¿qué entendemos por el rocío y las gotas de las noches, sino las tenebrosas y frías mentes de ciertos réprobos?

Por lo tanto, la cabeza del esposo en los réprobos está llena de rocío, ya que los mundanos ciertamente se entumecen del amor de Dios y se desvían por la lascivia de sus placeres. Según lo que dice el Señor: «Abundará la iniquidad, y se enfriará la caridad de muchos (Mat. 24)». Claramente, cuando tales personas persiguen y odian a los santos de Dios, en sus corazones las guedejas del esposo están, como si fuera, llenas de las gotas de las noches. Y cuando tales personas se multiplican y agravan a la Iglesia con persecuciones, entonces el esposo exhorta a la esposa a que se levante e insista valientemente en el celo de la predicación. De aquí es que las bienaventuradas vírgenes Flora y Lucila son amonestadas divinamente durante la noche para que regresen a Roma, y de ningún modo teman acceder al combate del martirio. Pues donde el Dios omnipotente vio hervir con más fervor el ardor de la persecución, allí decretó triunfar más gloriosamente a través del sexo frágil.

Pero para volver al Cantar, cada una de estas venerables vírgenes expresa como con la elocuencia única de una sola boca: «Me he despojado, dice, de mi túnica, ¿cómo me la he de poner?» (Cant. 5). Como si dijera: Me despojé de los cuidados y ocupaciones del siglo, y me estreché solo en el amor de tu contemplación. ¿Cómo, pues, emprenderé ahora el camino de la discursión? ¿Cómo soportaré el estruendo y la lucha de los que hablan en contra? El Señor muestra que por las túnicas significa los cuidados y las solicitudes, cuando dice: «El que esté en el terrado, no baje a tomar su túnica (Mat. 24)». Lo cual es decir abiertamente: el que se apoya en la sublime fortaleza de la contemplación, de ningún modo descienda para implicarse de nuevo en las ocupaciones del negocio secular. «He lavado mis pies, ¿cómo los he de manchar? (Cant. 5)», es decir, lavé los pasos de mi obra de la aspersión del polvo terrenal con dignas lágrimas de penitencia; ¿de qué modo podré ya, sino meditar las cosas celestiales a las que estoy acostumbrada?

Veruntamen beatae virgines istae, Flora videlicet et Lucilla, postponunt contemplationis requiem, cum qua in aula regni tanquam in eremo eatenus vixerant; et, ad Salvatoris imperium procedentes, quietis amissae damnum subeundi martyrii gloria recompensant. Qui enim eis verba forinsecus dabat, ipse etiam mentes earum ad fervorem obedientiae intrinsecus accendebat. Unde utraeque beatissimae virgines veluti uniloqua perhibent voce, dicentes: «Dilectus meus misit manum suam per foramen, et venter meus intremuit ad tactum ejus (Ibid).» Dilectus plane manum per foramen mittit, et ventrem tangit, cum occulta Conditor inspiratione cor visitat atque ad agonem certaminis et sancti laboris inflammat. Nam, quod venter cor significet, ostendit propheta cum dicit: «Ventrem meum doleo.» Quod profecto quid esset, aperit, cum subjungit: «Sensus cordis mei dissipati sunt (Jer. IV).» Beatarum ergo virginum, Florae videlicet et Lucillae, venter intremuit, cum dilectus manum misit et tetigit. Quia mox et earum cor divinae jussionis mandata concepit, se sibimet abnegans, nihil suo deinceps arbitrio reservavit. Unde utraque adhuc quasi singulariter dicit: «Surrexi, ut aperirem dilecto meo (Cant. V).» Surrexerunt sanctae virgines, ut dilecto mox aperirent; quia promptissimo decreverunt animo ut humiliter obedirent. Aperuerunt nempe dilecto, cum, cervicem cordis ad ejus imperium inclinantes, calcaverunt propriam, totisque viribus voluntatem implevere divinam.

Sed nos forte quis arguat cur, relictis Scripturarum patentibus campis, de solo canticorum angulo florum odoramenta decerpimus, ut sacris virginibus sertum gloriae compingamus. Quod utique, fratres mei, fateor, ex industria facimus, quia nulli melius arbitramur canticum nuptiale congruere, quam sacris istis virginibus, quae coelestis sponsi thalamos per insignem martyrii victoryiam conscenderunt; in illius nunc sponsi complexibus requiescunt, pro cujus amore, sub duro laborum ac pressurarum pondere desudarunt; in cujus nimirum nuptiali foedere non locum corruptio reperit, sed virginalis integritas crevit.

Sequamur itaque, dilectissimi, sacratissimas virgines in via laborum atque certaminum; ut eis extremi saltem, et ultimi jungi mereamur in retributionibus meritorum. Pudeat viros carnalibus illecebris deservire, qui fragilem sexum videmus per diversa tormenta, per ferrum, per gladios regna coelestia penetrare. Erubescat vir sub degeneris otii umbra torpescere, qui puellas videat sub persecutionis aestu in agonis stadio viriliter decertare. Sic itaque nunc sacrarum virginum, in quantum possumus, imitemur exemplum, ut cum eis quandoque perducamur ad virginitatis auctorem Virginis Filium; qui cum Deo Patre et Spiritu sancto vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen.

No obstante, estas bienaventuradas vírgenes, a saber, Flora y Lucila, posponen el descanso de la contemplación, con la cual habían vivido hasta entonces en el aula del reino como en un desierto; y, procediendo al mandato del Salvador, recompensan el daño del descanso perdido con la gloria de sufrir el martirio. Pues el que les daba las palabras por fuera, él mismo también encendía sus mentes por dentro al fervor de la obediencia. Por lo cual ambas bienaventuradas vírgenes declaran como con voz de un solo hablar, diciendo: «Mi amado metió su mano por la ventanilla, y mi vientre tembló a su tacto (Ibíd.)». El amado claramente mete la mano por la ventanilla y toca el vientre, cuando el Creador visita el corazón con oculta inspiración e inflama al agon del combate y del santo trabajo. Pues que el vientre signifique el corazón, lo muestra el profeta cuando dice: «Me duele el vientre». Lo que ciertamente era esto, lo abre cuando añade: «Los sentidos de mi corazón están disipados (Jer. 4)». El vientre, pues, de las bienaventuradas vírgenes, a saber, Flora y Lucila, tembló cuando el amado metió la mano y tocó. Porque pronto también su corazón concibió los mandatos de la divina orden, negándose a sí mismo, nada reservó en adelante a su propio arbitrio. Por lo cual cada una dice todavía como singularmente: «Me levanté para abrir a mi amado (Cant. 5)». Se levantaron las santas vírgenes para abrir pronto al amado; porque con prontísimo ánimo decretaron obedecer humildemente. Abrieron ciertamente al amado cuando, inclinando la cerviz del corazón a su imperio, pisotearon la propia voluntad y cumplieron con todas sus fuerzas la divina.

Pero quizás alguien nos arguya por qué, dejados los campos abiertos de las Escrituras, recogemos los aromas de las flores de solo el rincón de los cánticos, para componer a las sagradas vírgenes una guirnalda de gloria. Lo cual ciertamente, hermanos míos, lo confieso, lo hacemos de industria, porque juzgamos que a nadie le conviene mejor el cántico nupcial que a estas sagradas vírgenes, que ascendieron a los tálamos del esposo celestial por la insigne victoria del martirio; ahora descansan en los abrazos de aquel esposo, por cuyo amor sudaron bajo el duro peso de los trabajos y las presiones; en cuyo pacto nupcial, ciertamente, la corrupción no encontró lugar, sino que la integridad virginal creció.

Sigamos, pues, amadísimos, a las sacratísimas vírgenes en la vía de los trabajos y de los combates; para que merezcamos unirnos a ellas al menos como los últimos en las retribuciones de los méritos. Avergüéncense los hombres de servir a los atractivos carnales, nosotros que vemos al sexo frágil penetrar los reinos celestiales a través de diversos tormentos, por el hierro, por las espadas. Enrojezca el hombre de entumecerse bajo la sombra de un ocio degenerado, quien vea a las niñas luchar varonilmente bajo el ardor de la persecución en el estadio del combate (*agonis stadio*). Así, pues, imitemos ahora el ejemplo de las sagradas vírgenes, en cuanto podemos, para que con ellas seamos conducidos alguna vez al autor de la virginidad, el Hijo de la Virgen; quien con Dios Padre y el Espíritu Santo vive y reina por los siglos de los siglos. Amén.

Sermo XXXV.

II. DE SS. FLORA, LUCILLA VIRGINIBUS ET MARTYRIBUS. (XXXI JUL.).

Adhuc, dilectissimi, virgineus germinat partus, adhuc virginalis illa fecunditas coelestium segetum fructus accumulat, cum muliebris infirmitas non modo sexum superat, sed et mundi hujus principem insuperabili mentis magnanimitate triumphat. Ad hoc namque Dei Filius vernantis vulvae flore conceptus est, ut fermentum vetus in azymam verteret, et per carnem, quae victa fuerat, humano generi victoriam reportaret. Loricam quippe sibi de nostra fragilitate composuit, in qua exsultans ut gigas (Psal. XVIII), et potens ac fortis in praelio, potestates aereas debellavit.

Sic itaque de infirmitate constantia, de captivitate victoria, de ruina est ascensio procurata. Hinc siquidem factum est ut antiquus hostis, qui sibi provenisse victoriam per unius feminae vecordiam applaudebat, per multas se jam devictum atque confusum feminas erubescat. Hinc est et quod nunc versatur in manibus, quia videlicet sacratissimae istae virgines, Flora scilicet et Lucilla, et prius illecebras voluptatum, et postmodum gladios contempsere tortorum. Quaeque diutissime prius fuerant martyres in occulto, claruerunt postmodum victrices in publico. Quibus nimirum illud aptissime congruit quod sponsa dicit in Canticis: «Fasciculus myrrhae dilectus meus mihi, inter ubera mea commorabitur (Cant. I).» Myrrha plane species est aromatica nimiae amaritudinis, qua mortuorum cadavera condiuntur, ne facile computrescant. Hinc est quod et ipsius sponsi corpus a Nicodemo et Joseph, de cruce depositum, myrrha et aloe conditur, et linteis involutum sepulturae committitur (Joan. XIX).

Quid ergo per myrrhae fasciculum, nisi multiplex mortificatio designatur? Non enim dicit, surculus myrrhae, vel ramusculus myrrhae, sed fasciculus, inquit, myrrhae dilectus meus mihi. Ac si dicat quia in omni me mea conversatione mortifico, et nullis jam propriae voluntatis operibus vivo, dilectus meus non mihi simplex factus est ramus, sed myrrhae fasciculus. Unde et praedicator eximius: «Ego, inquit, stigmata Jesu in corpore meo porto (Gal. VI).» Ad quam videlicet multiplicem mortificationem, et nos secum hortatur, dicens: «Semper mortificationem Jesu in corpore nostro circumferentes, ut et vita Jesu manifestetur in carne nostra mortali (II Cor. IV).» Ab eo namque quod corpore nostro circumferimus, nullam corporis partem vacuam reservamus. Ille ergo mortificationem Jesu in corpore suo circumfert, qui de se sibi nihil relinquit, qui non sibi sed Christo in omnibus vivit; qui certe se a voluntatibus propriis undique crucifigit.

Sermón XXXV.

II. DE LAS SANTAS FLORA Y LUCILA, VÍRGENES Y MÁRTIRES. (31 DE JULIO).

Todavía, amadísimos, germina el parto virginal, todavía aquella fecundidad virginal acumula los frutos de las mieses celestiales, cuando la flaqueza mujeril no solo supera al sexo, sino que además triunfa sobre el príncipe de este mundo con insuperable magnanimidad de mente. Para esto, en efecto, el Hijo de Dios fue concebido de la flor de una matriz primaveral, para convertir el viejo fermento en ázimo (*azymam*), y por la carne, que había sido vencida, reportar la victoria al género humano. En verdad, compuso para sí una loriga de nuestra fragilidad, en la cual exultando como gigante (Sal. 18), y potente y fuerte en la batalla, debeló a las potestades aéreas.

Así, pues, de la flaqueza se procuró la constancia, de la cautividad la victoria, de la ruina la ascensión. De aquí, ciertamente, se ha hecho que el antiguo enemigo, que se aplaudía de que le había provenido la victoria por la necedad de una sola mujer, ahora se avergüence de verse vencido y confuso por muchas mujeres. De aquí es también lo que ahora se trata, porque a saber, estas sacratísimas vírgenes, Flora y Lucila, primero despreciaron los atractivos de los placeres, y después las espadas de los torturadores. Y las que durante muchísimo tiempo habían sido primero mártires en lo oculto, brillaron después victoriosas en público. A las cuales, ciertamente, les cuadra muy aptamente lo que la esposa dice en el Cantar de los Cantares: «Un manojo de mirra es mi amado para mí, morará entre mis pechos (Cant. 1)». La mirra es claramente una especie aromática de demasiada amargura, con la que se condimentan los cadáveres de los muertos para que no se pudran fácilmente. De aquí es que también el cuerpo del mismo esposo, bajado de la cruz por Nicodemo y José, es condimentado con mirra y áloe, y entregado a la sepultura envuelto en lienzos (Juan 19).

¿Qué se designa, pues, por el manojo de mirra, sino la múltiple mortificación? Pues no dice: un brote de mirra, o una ramita de mirra, sino un manojo, dice, de mirra es mi amado para mí. Como si dijera que porque en toda mi conducta me mortifico, y ya no vivo por ninguna obra de mi propia voluntad, mi amado no se ha hecho para mí una simple rama, sino un manojo de mirra. Por lo cual también el eximio predicador dice: «Yo llevo los estigmas (*stigmata*) de Jesús en mi cuerpo (Gál. 6)». A cuya múltiple mortificación, ciertamente, también él nos exhorta consigo, diciendo: «Llevando siempre la mortificación de Jesús en nuestro cuerpo, para que también la vida de Jesús se manifieste en nuestra carne mortal (2 Cor. 4)». Pues de aquello que llevamos en nuestro cuerpo, no reservamos ninguna parte del cuerpo vacía. Aquel, pues, lleva la mortificación de Jesús en su cuerpo, que no se deja nada de sí mismo para sí, que no vive para sí sino para Cristo en todo; que ciertamente se crucifica por todas partes a sus propias voluntades.

Hic itaque dilectus myrrhae fasciculus fit, quia in cunctis suis actionibus se velut exstinctum praebens, multiplicem quodammodo mortificationis Christi manipulum colligit. Concinant ergo beatissimae virgines, quae, unum sponsum habentes, zelotypiam non noverunt, et sicut per charitatis glutinum unam ex duabus animam conflant, ita velut uno ore singulariter dicant: «Fasciculus myrrhae dilectus meus mihi.» Ubi et apte subjungitur: «Inter ubera mea commorabitur.» Nemo dubitat inter ubera pectoris esse locum cordis.

Dilectus ergo inter utriusque virginis ubera commoratur, quia indeficiens ejus amor ac desiderium ex earum memoria non deletur. «Inter ubera mea commorabitur,» tanquam diceret: Qui mihi fasciculus myrrhae factus est per amaritudinem passionis, inter ubera mea jugiter commoratur per dulcedinem cordis, et qui me extrinsecus per exemplum susceptae mortis exasperat, per infusam gratiam me intimae suavitatis obdulcat; sicut de eodem sponsa iterum dicit: «Dilectus meus candidus et rubicundus, electus ex millibus (Cant. V).» Candidus videlicet ex gloria divinitatis, rubicundus autem per sanguinem passionis. Electus vero ex millibus dicitur, quia ex omni sanctorum multitudine solus est qui dignus fuit audire: «Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui (Matth. III, XVII).»

Hanc dilecti pulchritudinem venerabiles istae virgines nisi oculis fidei indesinenter aspicerent, tot aerumnas atque pressuras velut amarum atque multiplicem myrrhae fasciculum nullatenus pertulissent. Plane nisi ad illius summae pulchritudinis accenderentur amplexus, nequaquam de aula regis eremum facerent, et, inter carnales et lubricos homines, omnes carnis illecebras per tres fere annorum hebdomadas jugis continentiae mucrone truncarent. Erat enim eis, sicut dicitur: «guttur sponsi suavissimum, et totus desiderabilis (Cant. V).» Suavissimum sponsi guttur, interior est dulcedo verborum. In verbis etenim Christi quamplures intelligunt facile superficiem, paucis vero datum est interiorem penetrare dulcedinem, de qua per Prophetam dicitur: «Gustate, et videte quoniam suavis est Dominus (Psal. XXXIII).» Sed qui suavis est in gutture, amarum sapit in ore. Unde scriptum est: «Labia illius labia distillantia myrrham primam (Cant. V).»

Labia igitur sponsi, verba sunt Redemptoris. Quae profecto myrrham distillant, quia per mortificationem et amaritudinem carnis perveniendum esse docent ad suavitatem internae dulcedinis.

Aquí, pues, el amado se hace manojo de mirra, porque en todas sus acciones mostrándose como extinguido, recoge de algún modo un múltiple manípulo de la mortificación de Cristo. Canten, pues, juntas las bienaventuradas vírgenes, que, teniendo un solo esposo, no conocieron los celos, y así como por el pegamento de la caridad funden una sola alma de las dos, así como con una sola boca digan singularmente: «Un manojo de mirra es mi amado para mí». Donde también se añade aptamente: «Morará entre mis pechos». Nadie duda que entre los pechos del pecho está el lugar del corazón.

El amado, pues, mora entre los pechos de cada una de las vírgenes, porque su infalible amor y deseo no se borra de su memoria. «Morará entre mis pechos», como si dijera: El que se me hizo manojo de mirra por la amargura de la pasión, mora continuamente entre mis pechos por la dulzura del corazón; y el que me exaspera por fuera por el ejemplo de la muerte recibida, me endulza por dentro por la gracia infundida de íntima suavidad; como de él mismo dice otra vez la esposa: «Mi amado es blanco y rubicundo, elegido entre millares (Cant. 5)». Blanco ciertamente por la gloria de la divinidad, pero rubicundo por la sangre de la pasión. Pero se dice elegido entre millares, porque de toda la multitud de los santos él solo es el que fue digno de oír: «Este es mi Hijo amado, en quien me he complacido (Mat. 3, 17)».

Si estas venerables vírgenes no miraran incesantemente esta belleza del amado con los ojos de la fe, de ningún modo habrían soportado tantas penalidades y presiones como un amargo y múltiple manojo de mirra. Claramente, si no se encendieran en los abrazos de aquella suma belleza, de ningún modo harían del aula del rey un desierto, y, entre hombres carnales y resbaladizos, truncarían todos los atractivos de la carne durante casi tres semanas de años con el cuchillo de una continua continencia. Pues para ellas había, como se dice: «la garganta del esposo suavísima, y todo él deseable (Cant. 5)». La suavísima garganta del esposo es la dulzura interior de las palabras. Pues en las palabras de Cristo muchísimos entienden fácilmente la superficie, pero a pocos les es dado penetrar la dulzura interior, de la cual se dice por el Profeta: «Gustad y ved que el Señor es suave (Sal. 33)». Pero el que es suave en la garganta, sabe amargo en la boca. Por lo cual está escrito: «Sus labios son labios que destilan la primera mirra (Cant. 5)».

Los labios del esposo, por lo tanto, son las palabras del Redentor. Las cuales ciertamente destilan mirra, porque enseñan que por la mortificación y amargura de la carne se ha de llegar a la suavidad de la dulzura interna.

Per hanc amaritudinis viam, fratres charissimi, nunc cum beatis virginibus studeamus incedere, ut cum eisdem postmodum ad regales aeterni sponsi nuptias mereamur cum benedictione dulcedinis introire. Ab hujus nos aeterni aviditate convivii non falsa carnis dulcedo demulceat, non laborum ingruentium asperitas frangat, non sarcina rerum temporalium aggravet, non filiorum affectus, vel charorum quorumlibet necessitudo retentet, non implacabilis erga proximum ira praepediat, non acquirendae vel acquisitae rei sollicitudo restringat. Amputemus a nobis omnes vitiorum male pullulantium spinas, abigamus ab oculis cordis terrenae concupiscentiae tenebras, ut cum beatis virginibus, Flora scilicet et Lucilla, elaboremus florere virtutibus, et in bonorum operum luce vivamus, quatenus per earum vestigia gradientes, dum non haeremus transitoriis, inferamur aeternis: et dum contemnimus mundum, perveniamus ad Christum. Qui cum Deo Patre et Spiritu sancto vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen.

Sermo XXXVI.

DE SANCTO RUFFINO MARTYRE. (XXX JUN.)

Nostis, fratres charissimi, sicut ex catholicae fidei magisterio didicistis, quia in ultimae discussionis examine, omnes simul et peccatores et justi ante tribunal aeterni Judicis cum suis sunt corporibus exhibendi, Apostolo testante, qui ait: «Omnes nos oportet manifestari ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit sive bonum sive malum (II Cor. V).» Et reprobi quidem ad hoc ut, quia hic cum carne simul et anima Conditoris sui praecepta calcaverunt, cum eadem illic utraque substantia sententiam justae damnationis excipiant, atque utrobique deinceps suppliciorum amaritudinem sentiant, qui, dum viverent, pravis suis delectationibus ex utroque serviebant. Electi autem ut, quia carnem suam nunc cum vitiis et concupiscentiis crucifigere (Galat. V) non desistunt, cum ipsis suis corporibus, quibus videlicet tanquam tabernaculis in divina militia usi sunt, ad supernae claritatis gloriam provehantur; ut, soluto militiae cingulo, unum tunc interior et exterior homo sortiantur quietis perpetuae municipium, qui ad unum pervenerunt per communia bella triumphum. Et quibus una fuit pugna, eadem sit nihilominus et corona. Illud plane erit Sabbatum nostrum, ille septimus legis annus, ille veraciter Jubilaeus (Deut. XV; Levit. XXV). Sabbatum quippe feriatum esse praecipitur, ut aeterna per ilud requies figuretur. Sub ejusdem quoque quietis aeternae vel resurrectionis designandae mysterio, in septimo anno libertas redditur.

Por este camino de amargura, hermanos carísimos, estudiemos ahora caminar con las bienaventuradas vírgenes, para que con ellas mismas después merezcamos entrar a las reales bodas del esposo eterno con la bendición de la dulzura. De la avidez de este convite eterno no nos acaricie una falsa dulzura de la carne, no nos rompa la aspereza de los trabajos que nos acometen, no nos agrave la carga de las cosas temporales, no nos retenga el afecto de los hijos, o la necesidad de cualesquiera seres queridos, no nos impida la ira implacable contra el prójimo, no nos restrinja la solicitud de la cosa por adquirir o adquirida. Amputemos de nosotros todas las espinas de los vicios que brotan malamente, alejemos de los ojos del corazón las tinieblas de la concupiscencia terrenal, para que con las bienaventuradas vírgenes, a saber, Flora y Lucila, nos esforcemos por florecer en virtudes, y vivamos en la luz de las buenas obras, a fin de que caminando por sus huellas, mientras no nos adherimos a las cosas transitorias, seamos introducidos en las eternas: y mientras despreciamos el mundo, lleguemos a Cristo. Quien con Dios Padre y el Espíritu Santo vive y reina por los siglos de los siglos. Amén.

Sermón XXXVI.

DE SAN RUFINO MÁRTIR. (30 DE JUNIO).

Sabéis, hermanos carísimos, según habéis aprendido por el magisterio de la fe católica, que en el examen de la última discusión, todos juntos, tanto los pecadores como los justos, han de ser presentados ante el tribunal del eterno Juez con sus cuerpos, testificando el Apóstol, quien dice: «Es necesario que todos nosotros nos manifestemos ante el tribunal de Cristo, para que cada uno reciba lo propio del cuerpo, según lo que hizo, sea bueno o malo (2 Cor. 5)». Y los réprobos ciertamente para esto, para que, porque aquí pisotearon junto con la carne y el alma los preceptos de su Creador, allí con ambas sustancias reciban la sentencia de la justa condenación, y en adelante sientan en ambas partes la amargura de los suplicios, ellos que, mientras vivían, servían a sus depravadas deleitaciones desde ambas. Los elegidos, en cambio, para que, porque no desisten ahora de crucificar su carne con sus vicios y concupiscencias (Gál. 5), con esos mismos cuerpos suyos, de los cuales a saber usaron como tabernáculos en la milicia divina, sean promovidos a la gloria de la claridad superna; para que, suelto el cíngulo de la milicia, el hombre interior y el exterior obtengan entonces un solo municipio (*municipium*) de descanso perpetuo, ellos que llegaron a un solo triunfo por medio de guerras comunes. Y para quienes hubo una sola lucha, sea no obstante la misma también la corona. Aquel será claramente nuestro Sábado, aquel séptimo año de la ley, aquel verdaderamente el Jubileo (Deut. 15; Lev. 25). En efecto, se manda que el Sábado sea feriado, para que por él se figure el descanso eterno. Bajo el misterio también de designar ese mismo descanso eterno o resurrección, en el séptimo año se restituye la libertad.

In Jubilaeo autem tubis clangitur ut unusquisque ad possessionem propriam revertatur. «Canet enim tuba, sicut dicit Apostolus, et mortui, qui in Christo sunt, resurgent (I Cor. XV).» Ad possessiones ergo proprias omnes tunc revertuntur, quia in illo ultimae resurrectionis die unusquisque proprium corpus recipit, in quo, dum praesentem vitam duceret, habitavit.

Ad possessiones ergo proprias omnes tunc revertuntur, quia in illo ultimae resurrectionis die unusquisque proprium corpus recipit, in quo, dum praesentem vitam duceret, habitavit. Tunc Adam, tunc Noe, tunc omnes antiqui Patres, imo omnes mortalium animae ad amissam carnis suae terram redeunt, qui recepta corpora sua in perpetuum possidebunt, et perducti in libertatem filiorum Dei, jam secure gaudebunt omnes servili vinculo corruptionis humanae soluti.

Cum ergo sanctorum corpora tantae futura sint dignitatis ut et coronam vitae perpetuae et immortalitatis stolam cum suis animabus sint communiter receptura; quid mirum si nunc omnipotens Deus apta illis loca provideat, et eorum tumulos non passim vel per casum fieri, sed ex suae voluntatis electione disponat? Enim vero et illud saepe non otiose quaeritur cur Abraham, qui se ex parte corporis pulverem esse confitetur et cinerem (Gen. XVIII), tam ambitiosam sepulturae suae providentiam habuit, ut ex omni peregrinationis suae latitudine solam Hebron, Chananitidis videlicet regionis, eligeret, in qua etiam non parva summa speluncam sibi duplicem compararet? (Gen. XXIII.) Jacob quoque filios, et Joseph fratres suos, obtestantes adjurant ut eorum ossa ad eamdem speluncam post obitum transferant (Gen. XLIX). Quid est ergo quod sancti viri, qui et praesentem vitam et omnem mundi gloriam sublimi mentis arce despexerant, tam cupide, tam anxie, tam studiose de loco ubi eorum conderentur cineres, litigabant, nisi quia per prophetae spiritum noverant Salvatorem mundi illic de suo semine nasciturum, et sanguinem qui mundi peccata dilueret in illa specialiter regione fundendum? Sicut per Psalmistam dicitur: «Quia Deus noster ante saecula operatus est salutem in medio terrae (Psal. LXXIII).» Quod nimirum quanquam de ipso Domini corpore specialiter possit intelligi, de regione tamen illa quoque ubi pati dignatus est, quae certe mundi meditullium est, non incongrue dici videtur.

Pero en el Jubileo se suena con trompetas para que cada uno vuelva a su propia posesión. «Sonará, en efecto, la trompeta», como dice el Apóstol, «y los muertos que están en Cristo resucitarán (1 Cor. 15)». A sus propias posesiones, por lo tanto, vuelven todos entonces, porque en aquel día de la última resurrección cada uno recibe su propio cuerpo, en el que habitó mientras llevaba la vida presente.

A sus propias posesiones, por lo tanto, vuelven todos entonces, porque en aquel día de la última resurrección cada uno recibe su propio cuerpo, en el que habitó mientras llevaba la vida presente. Entonces Adán, entonces Noé, entonces todos los antiguos Padres, más aún todas las almas de los mortales vuelven a la tierra perdida de su carne; ellos poseerán para siempre sus cuerpos recibidos y, conducidos a la libertad de los hijos de Dios, todos se alegrarán ya seguros, soltados del vínculo servil de la corrupción humana.

Siendo, pues, que los cuerpos de los santos han de ser de tanta dignidad que han de recibir comúnmente con sus almas tanto la corona de la vida perpetua como la estola de la inmortalidad; ¿qué maravilla si ahora el Dios omnipotente les provee de lugares aptos, y dispone que sus sepulcros no se hagan en cualquier parte o por azar, sino por elección de su voluntad? En efecto, también aquello se pregunta a menudo no ociosamente: ¿por qué Abraham, que confiesa por parte del cuerpo ser polvo y ceniza (Gén. 18), tuvo una providencia tan ambiciosa para su sepultura, que de toda la latitud de su peregrinación eligiera solo Hebrón, a saber, de la región cananea, en la que también por una suma no pequeña comprara para sí una cueva doble? (Gén. 23). Jacob también a sus hijos, y José a sus hermanos, los conjuran protestando que trasladen sus huesos a la misma cueva después de su muerte (Gén. 49). ¿Qué es, pues, lo que hombres santos, que desde la sublime fortaleza de la mente habían despreciado tanto la vida presente como toda la gloria del mundo, litigaban tan codiciosamente, tan ansiosamente, tan estudiosamente sobre el lugar donde se guardarían sus cenizas, sino porque por el espíritu del profeta sabían que el Salvador del mundo nacería allí de su simiente, y que la sangre que lavaría los pecados del mundo se dermaría especialmente en aquella región? Como se dice por el Salmista: «Porque nuestro Dios antes de los siglos obró la salvación en medio de la tierra (Sal. 73)». Lo cual, ciertamente, aunque puede entenderse especialmente del mismo cuerpo del Señor, sin embargo de aquella región también donde se dignó padecer, que ciertamente es el centro (*meditullium*) del mundo, parece decirse no incongruentemente.

In Chananaeae igitur terra sancti Patres nostri tumulos elegerunt, ut inde illi mererentur quandoque resurgere, ubi ipse resurrectionis auctor, Primogenitus videlicet vivorum et mortuorum in se dignatus est resurrectionis gloriam declarare. Et quid amplius dicam de honore, quem bonorum remunerator Deus sanctorum suorum corporibus exhibet? quandoquidem ipse Deus omnipotens Moysis corpus dignatus est sepelire (Deut. XXXIV), et Elisei cadaver, mortuum legitur suscitasse (IV Reg. XIII). Imo, ut verum fatear, quod in carne viventibus sanctis minime contulit, hoc saepe divina dispensatio mortuis praerogavit. Quod in Abdo scilicet viro Dei liquido perpenditur, quem viventem quidem leo potuit occisurus invadere, sed cadaver ejus nequaquam permissus est aliquatenus violare (III Reg. XIII). «Pretiosa nimirum in conspectu Domini mors sanctorum ejus (Psal. CXV).» Non ergo mirum si divina dispensatio congrua sanctorum corporibus loca distribuit, et nunc quasi quoddam depositum terrae commendat, quae postmodum regnis coelestibus transferenda restituat. Sed jam, propter quod ista praemisimus, de B. Ruffini miraculis breviter aliqua perstringamus.

Beati igitur hujus martyris corpus de Suburbio Assisiensis oppidi, ubi antiquitus fuerat positum, intra moenia postmodum fuit gentilis impetus terrore translatum. Labrum autem lapideum, in quo praedictum corpus ante jacuerat, per longum tempus extra muros fuerat derelictum. De quo nimirum inter populum et Ugonem ejusdem tunc sedis episcopum gravis est orta seditio. Episcopus siquidem ad ecclesiam B. Mariae semper virginis, quae eo loci prima sedes est, deferendum esse censebat, eo nimirum consilio ut quod mater ecclesia corpus martyris non haberet, quodam saltem vacui sepulcri solatio compensaret. Econtra populus asserebat inter sacras reliquias et proprium tumulum divisionem fieri non debere, nec humanis nunc adinventionibus permutandum, quod ab ipso gloriosi martyris consummato triumpho videretur divinitus institutum. Taliter igitur hinc atque inde certantibus labrum moenibus urbis infertur, et ab utrisque simul partibus ad bivii cujusdam compitum pervenitur.

Illic itaque cum fautores episcopi ad S. Mariae, reliqua autem pars populi ad B. Ruffini basilicam sacrum vasculum pertrahere molirentur; his atque illis in diversa nitentibus, crescente jurgio, eo usque processum est, ut furentes arma corriperent, et mutuos inter se ictus amissa confusae mentis ratione miscerent. Vibratis itaque gladiis cominus utrinque concurritur, et acres ardentibus animis ad infligenda mutuo vulnera debacchantur.

En la tierra de Canaán, por lo tanto, nuestros santos Padres eligieron sepulcros, para que de allí merecieran resurgir alguna vez, donde el mismo autor de la resurrección, a saber, el Primogénito de los vivos y de los muertos, se dignó declarar en sí mismo la gloria de la resurrección. ¿Y qué más diré del honor que Dios, remunerador de los buenos, exhibe a los cuerpos de sus santos? Puesto que el mismo Dios omnipotente se dignó sepultar el cuerpo de Moisés (Deut. 34), y se lee que el cadáver de Eliseo resucitó a un muerto (4 Rey. 13). Más aún, para confesar la verdad, lo que de ningún modo concedió a los santos que vivían en la carne, esto lo otorgó a menudo la divina dispensación a los muertos. Lo cual se pondera claramente en Abdo, el hombre de Dios, a quien ciertamente viviendo pudo un león invadir para matarlo, pero su cadáver de ningún modo se permitió que fuera violado en lo más mínimo (3 Rey. 13). «Preciosa es, ciertamente, a los ojos del Señor la muerte de sus santos (Sal. 115)». No es, pues, maravilla si la divina dispensación distribuye lugares congruos a los cuerpos de los santos, y ahora los encomienda a la tierra como un cierto depósito, para restituirlos después para ser trasladados a los reinos celestiales. Pero ya, por causa de lo cual hemos premiso estas cosas, toquemos brevemente algunos de los milagros del bienaventurado Rufino.

El cuerpo, pues, de este bienaventurado mártir fue trasladado después desde el Suburbio de la ciudad de Asís, donde había sido colocado antiguamente, dentro de los muros por el terror de una incursión de paganos (*gentilis*). Pero el labro (*labrum*) de piedra, en el que antes había yacido el predicho cuerpo, había sido dejado fuera de los muros durante mucho tiempo. Sobre el cual, ciertamente, se originó una grave sedición entre el pueblo y Hugo, entonces obispo de la misma sede. El obispo, en efecto, juzgaba que debía ser llevado a la iglesia de la bienaventurada María siempre virgen, que es la primera sede de aquel lugar, ciertamente con el propósito de que, ya que la iglesia madre no tenía el cuerpo del mártir, se compensara al menos con algún consuelo de un sepulcro vacío. Por el contrario, el pueblo afirmaba que no debía hacerse división entre las sagradas reliquias y el propio túmulo, ni debía cambiarse ahora por invenciones humanas lo que parecía instituido divinamente desde el consumado triunfo del mismo glorioso mártir. Contendiendo, pues, de tal modo unos y otros, el labro es introducido en los muros de la ciudad, y por ambas partes juntas se llega a la encrucijada de un cierto camino.

Allí, pues, cuando los partidarios del obispo se esforzaban por arrastrar el sagrado recipiente hacia Santa María, y la otra parte del pueblo hacia la basílica de San Rufino; pugnando unos y otros en sentidos opuestos, creciendo la disputa, se llegó a tal punto que, furiosos, tomaron las armas y mezclaron golpes mutuos entre sí, perdida la razón de sus mentes confusas. Blandidas, pues, las espadas, se concurre de cerca por ambas partes, y acres con los ánimos ardientes se enfurecen para infligirse mutuamente heridas.

Sed, o praedicanda divina clementia, quae humanis miseretur erroribus, et saepe pravis nostris voluntatibus obviat, ut ad bonos exitus ipsa etiam male coepta perducat! Quid multis morer? Nullus illic vulneratur, nulla denique nec tenuis quidem gutta sanguinis funditur, atque, ut mirabilibus adhuc mirabiliora succedant, sexaginta fere viri ex parte episcopi praedictum vasculum ad ecclesiam B. Mariae conabantur attrahere, sed nullis illud nisibus de loci sui fixa potuerunt statione movere. Illi igitur cum jam prae lassitudine fracti omnino deficerent, et vehiculum lapidis funditus desperarent, tunc ex altera parte vix septem homines urnam corripientes, ad S. Ruffini basilicam tanta illam permissi sunt celeritate pervehere, ac si non lapidem, sed palearum potius viderentur fasciculum detulisse. Illico populi clamor exsultantis attollitur, gratiarum actio fautori Deo laeta persolvitur, et quia pius Deus unum cum populo suo senserit ab omnibus alacriter divulgatur. Tunc denique probatum est verum esse quod dicitur: Vox populi, vox Dei.

Accessit autem ad rei certitudinem et presbyter quidam, ab ipso videlicet B. Ruffino ad episcopum missus. Nam cum praefatus episcopus adversus eos qui sibi restiterant, non leviter commotus esset, atque illi pararent sibi digne satisfacere, et devota illum humilitate placare, presbytero quem diximus, per visum beatus martyr apparuit, eique dixit: Vade, et dic episcopo, si me non vult offendere, satisfactionem quamlibet a populo non recipiat, sed gratis ei puram sui amoris et benedictionis gratiam reddat. Mea siquidem hoc gestum est voluntate, ut vasculum illud ad meam deferretur ecclesiam; quatenus meum in eo corpusculum denuo recondatur. Noverit etiam quia, nisi ego illis tumultuantibus interessem meque eorum telis opponerem, magna hominum strages fusa jaceret. Sed cum episcopus adhuc haesitans, ne his quidem verbis presbyteri fidem accommodare disponeret, ecce quidam, qui contractus fuerat, gaudens et exsultans eodem die a beato se Ruffino fatebatur erectum, sibique ab eodem beato martyre hoc mandatum perhibebat injunctum, ut haec ipsa cuncta per ordinem, quae presbyter asserebat, ipse quoque nihilominus episcopo nuntiaret. Tandem episcopus, omni scrupulo dubietatis amoto, quod sibi imperatum est incunctanter exsequitur, atque in gratiam suo populo donatis offensionibus foederatur.

¡Pero, oh clemencia divina que debe ser pregonada, que se compadece de los errores humanos, y a menudo sale al paso de nuestras depravadas voluntades, para que ella misma conduzca a buenos fines incluso lo mal comenzado! ¿Para qué detenerme en muchas palabras? Nadie es herido allí, finalmente ni siquiera una tenue gota de sangre se derrama, y, para que a las maravillas sucedan todavía más maravillas, unos sesenta hombres por parte del obispo intentaban atraer el predicho recipiente hacia la iglesia de Santa María, pero por ningún esfuerzo pudieron moverlo de la estación fija de su lugar. Ellos, pues, cuando ya por el cansancio desfallecían del todo, y desesperaban fundadamente del vehículo de la piedra, entonces por la otra parte apenas siete hombres, tomando la urna, se les permitió trasladarla a la basílica de San Rufino con tanta celeridad, como si no parecieran haber traído una piedra, sino más bien un manojo de paja. Al punto se levanta el clamor del pueblo que exulta, se rinde una alegre acción de gracias a Dios protector, y todos divulgan alacremente que el piadoso Dios ha sentido lo mismo que su pueblo. Entonces, finalmente, se probó ser verdad lo que se dice: La voz del pueblo, la voz de Dios.

Se añadió además a la certidumbre del hecho también un cierto presbítero, enviado a saber por el mismo bienaventurado Rufino al obispo. Pues como el predicho obispo estuviera no poco conmovido contra los que le habían resistido, y ellos se prepararan para darle digna satisfacción y aplacarlo con devota humildad, el bienaventurado mártir se apareció en sueños al presbítero que dijimos, y le dijo: Ve, y di al obispo que, si no quiere ofenderme, no reciba satisfacción alguna del pueblo, sino que le devuelva gratuitamente la pura gracia de su amor y bendición. Pues esto se ha hecho por voluntad mía, para que aquel recipiente fuera llevado a mi iglesia; a fin de que mi cuerpecillo (*corpusculum*) sea de nuevo guardado en él. Sepa también que, si yo no hubiera intervenido entre aquellos que alborotaban y no me hubiera opuesto a sus dardos, yacería allí derramada una gran matanza de hombres. Pero como el obispo todavía dudando, ni siquiera a estas palabras del presbítero dispusiera dar crédito, he aquí que uno que había estado contraído (*contractus*), confesaba gozoso y exultante haber sido enderezado el mismo día por el bienaventurado Rufino, y afirmaba que le había sido impuesto este mandato por el mismo bienaventurado mártir: que él también, no obstante, anunciara al obispo todas estas mismas cosas por su orden, las que el presbítero aseguraba. Finalmente el obispo, quitado todo escrúpulo de duda, ejecuta sin tardanza lo que se le ha mandado, y se une en gracia con su pueblo perdonadas las ofensas.

Sed, ne apud aliquem fortassis episcopus naevum reprehensionis incurrat quia ab ecclesia sua ad horam dissidens contra Dei judicium sentiebat, Isaac ad memoriam reducendus est, qui non Esau, a se videlicet electum, sed Jacob potius ab uxore suppositum benedixit (Gen. XXVII). Et illic ergo carnalis uxor, et hic spiritualis sponsa viris suis in propriae sententiae diversitate praevaluit, quia qui mundi infirma elegit, ut confundat fortia (I Cor. I), Deus utrique consensit. Propheta quoque David construere templum voluit (II Reg. VII), sed hoc illi superna dispositio non permisit. Inter Paulum quoque et Barnabam pro Joanne quoddam legimus intervenisse dissidium (Act. XV), propter quod tamen non solum utriusque apostoli non imminutum est meritum, sed ipse quoque discipulus ab apostolicae disciplinae linea non erravit. Non ergo mirum si nunc homo aliquando inscius a veritate dissentiat, cum et ipsis apostolis, et prophetis, humanitatis aliquid accidisse Scripturarum auctoritas probet. Sed haec alias, nunc ad proposita redeamus.

Porro eodem die duo caeci ad altare beati martyris illuminati sunt. Sed et alius debilitatus membris et gibberosus erectus est et saluti per omnia restitutus. De quibus porro miraculis duntaxat quid factum sit, nobis referre sufficiat; ne si qualiter facta singula per rei gestae ordinem referre contendimus, auditores fortasse, quod absit! laciniosi styli prolixitate gravemus. Ipsa quoque miracula enumerando, persequi cuncta negligimus, sed velut ex magno quodam flumine cyathum haurientes trahimus, quem super mensam Christi convivantibus salubriter propinemus, ne mentis stomachus ingurgitatione gravari, sed sobrio potu tantummodo sitis possit auferri. Ad alia igitur adhuc enarranda miracula, quae per eumdem beatissimum martyrem divinitus sunt ostensa, pergamus.

His ita transactis, coepit non parva inquisitio fieri quo die invectissimi triumphatoris Christi Ruffini deberet martyrium celebrari. Nullis siquidem apud eos exstantibus historiae monimentis, sola erant eatetenus annuae dedicationis solemnitate contenti. Tandem auctore Deo reperta passionis historia constituit venerabilis pontifex, juxta tenorem videlicet quem litterae testabantur, ut tertio Kalendas Augusti ejusdem gloriosi martyris festivitas coleretur. At nonnulli adversus episcopum invidiae facibus accensi, et vesaniae spiritu implicabiliter incitati, tumultuabantur, onerosum esse dicentes, populum geminatis unius sancti solemnitatibus feriari, superstitiosumque esse domesticis adinventas studiis festivitates noviter introduci, ad summam, non fabricatum hoc religionis amore, sed ardore pecuniae.

Pero, para que quizás el obispo no incurra ante nadie en la mancha de la reprensión porque, disintiendo de su iglesia por una hora, sentía contra el juicio de Dios, debe traerse a la memoria a Isaac, que bendijo no a Esaú, elegido a saber por él, sino más bien a Jacob, suplantado por su mujer (Gén. 27). Y allí, pues, la mujer carnal, y aquí la esposa espiritual prevaleció sobre sus maridos en la diversidad de la propia sentencia, porque Dios, que eligió lo débil del mundo para confundir lo fuerte (1 Cor. 1), consintió a ambas. También el profeta David quiso construir un templo (2 Rey. 7), pero la disposición suprema no se lo permitió. Entre Pablo también y Bernabé leemos que intervino un cierto desacuerdo por causa de Juan (Hech. 15), por lo cual, sin embargo, no solo no disminuyó el mérito de ambos apóstoles, sino que el mismo discípulo tampoco erró de la línea de la disciplina apostólica. No es, pues, maravilla si ahora el hombre a veces, ignorante, disiente de la verdad, cuando la autoridad de las Escrituras prueba que algo de humanidad les sucedió a los mismos apóstoles y a los profetas. Pero esto en otro lugar, ahora volvamos a lo propuesto.

Además, el mismo día dos ciegos fueron iluminados ante el altar del bienaventurado mártir. Pero también otro debilitado de sus miembros y jorobado fue enderezado y restituido por completo a la salud. De los cuales milagros, por lo demás, bástenos referir solamente lo que se hizo; no sea que, si pretendemos referir cada hecho por el orden de la hazaña realizada, ¡lo que no suceda!, cansemos a los oyentes con la prolijidad de un estilo verboso. Al enumerar también los milagros mismos, descuidamos proseguir todo, sino que como quien saca un pequeño vaso de un gran río, lo traemos para brindárselo saludablemente a los que conviven sobre la mesa de Cristo, para que el estómago de la mente no se grave con la ingurgitación, sino que solo con una bebida sobria pueda quitarse la sed. Pasemos, pues, a narrar todavía otros milagros que fueron mostrados divinamente por medio del mismo bienaventuradísimo mártir.

Transcurridas estas cosas, comenzó a hacerse una no pequeña indagación sobre qué día debía celebrarse el martirio de Rufino, el invictísimo triunfador de Cristo. Pues no existiendo entre ellos ningún monumento de historia, estaban hasta entonces contentos solo con la solemnidad anual de la dedicación. Finalmente, por autoría de Dios, hallada la historia de la pasión, el venerable pontífice estableció, a saber según el tenor que las letras atestiguaban, que se celebrara la festividad del mismo glorioso mártir el tres de las Calendas de agosto. Pero algunos, encendidos contra el obispo con las antorchas de la envidia e instigados de manera inextricable por un espíritu de locura, alborotaban, diciendo que era gravoso que el pueblo holgara por las solemnidades duplicadas de un solo santo, y que era supersticioso introducir de nuevo festividades inventadas por afanes domésticos; en suma, que esto no había sido fabricado por amor a la religión, sino por el ardor del dinero.

Praesertim autem quidam protervi homines, qui a vocabulo loci, quem incolunt, Insulani vocantur, ipso praeclarae festivitatis die irreverenter abutentes, coeperunt cum suis mulierculis non modo textrinis operibus audacter insistere, verum etiam ruralibus exercitiis liberius insudare. Sed protinus in eos sententia divinae animadversionis ulciscitur, et flagellis eruditi ad cor redeunt, qui cor habere in prosperitate noluerunt. Ut eis aptissime congruere videatur quod per prophetam dicitur: «Redite, praevaricatores, ad cor (Isa. XLVI).» Illud etiam: «Et nunc ignis adversarius consumit.» Nam casas eorum repente flamma corripuit, et non solum domestica quaeque, sed quae in agris erant, omnia inexstinguibilibus conflagravit; adeo ut infelices illi in extremis jam periculis constituti, ad amnem hinc inde confluerent, et in ipsum gurgitis alveum accensa quaeque jactarent. Sed ut perspicue probaretur hoc non casum, sed divini furoris esse indicium, quidquid mergebatur, exstingui non poterat.

Miro itaque modo elementum illud vires sui juris et partim tenebat et ex parte perdiderat. Nam et liquida erat aqua, ut immersa quaeque fluctu dehiscente reciperet, et quodammodo humida non erat, ut ardentia exstinguere posset. Sed quid minimis immoror, cum et ipsa hominum membra flamma prosiliens occupaverit, et exstinctionis remedium invenire, quocunque se verterent, non valerent? Tandem ustulati, fumigati et in modum torris combusti, cum magnis ululatuum stridoribus ad B. Ruffini altare confugiunt, indulgentiam petunt, et commissi piaculi emendationem de caetero per poenitentiam pollicentur. Precibus igitur beatissimi martyris ab incendii doloribus liberati, incolumes ad propria sunt reversi. Ab illo itaque tempore absque ullo cunctationis obstaculo B. Ruffini martyrium colitur, et die quam praediximus, cum magnae devotionis instantia ad ejus ecclesiam a populis undique convenitur.

Illud quoque praetereundum esse non arbitror, quod viri quidam trabem de silva operosa exercitiis levigatam ad B. Ruffini vectare ecclesiam conabantur, quibus nimirum quidam Perusinorum violentiam ingerentes lignum hostiliter extorserunt. Sed cum raptores arborem instantissimi conatus anxietate pertraherent, jam jam Perusinis moenibus uno vix interjacente milliario propinquarent, repente vehiculum haesit, nullisque virium nisibus impelli ulterius potuit. Interea contigui quique homines ad auxilium confluunt, non pauci etiam jugarii boves adduntur.

Pero especialmente ciertos hombres atrevidos que, por el nombre del lugar que habitan, son llamados Islanos (*Insulani*), abusando de manera irreverente del mismo día de la preclara festividad, comenzaron no solo a insistir audazmente en las obras de tejido, sino incluso a sudar más libremente en los ejercicios rurales. Pero al punto la sentencia de la animadversión divina se venga en ellos, y educados por los azotes vuelven al corazón quienes no quisieron tener corazón en la prosperidad. De modo que parece cuadrarles muy aptamente lo que se dice por el profeta: «Volved, prevaricadores, al corazón» (Is. 46). También aquello: «Y ahora el fuego consume al adversario». Pues la llama arrebató de repente sus casas y quemó con un incendio inextinguible no solo todo lo doméstico, sino lo que estaba en los campos; hasta tal punto que aquellos infelices, constituidos ya en los extremos peligrosos, confluían al río por una y otra parte y lanzaban al mismo cauce del abismo todo lo encendido. Pero para que se probara claramente que esto no era azar, sino indicio del furor divino, lo que se sumergía no podía extinguirse.

De modo admirable, pues, aquel elemento mantenía en parte las fuerzas de su derecho y en parte las había perdido. Pues el agua era líquida, para recibir en su ola abierta todo lo sumergido, y en cierto modo no era húmeda, para poder extinguir lo que ardía. ¿Pero por qué me detengo en lo mínimo, cuando la llama saltando ocupó incluso los mismos miembros de los hombres, y no valían para encontrar el remedio de la extinción hacia dondequiera que se volvieran? Finalmente, chamuscados, humeantes y quemados a modo de tizón, se refugian con grandes estridencias de alaridos ante el altar del bienaventurado Rufino, piden perdón y prometen para adelante la enmienda del pecado cometido mediante la penitencia. Liberados, pues, por las preces del bienaventuradísimo mártir de los dolores del incendio, regresaron incólumes a sus propias casas. Desde aquel tiempo, pues, sin ningún obstáculo de duda se celebra el martirio del bienaventurado Rufino, y el día que predijimos, se acude desde todas partes a su iglesia con la instancia de una gran devoción.

No juzgo tampoco que deba pasarse por alto que ciertos hombres intentaban transportar a la iglesia del bienaventurado Rufino una viga del bosque, pulida por laboriosos ejercicios; a los cuales algunos de los perusinos, haciendo violencia, arrebataron hostilmente el madero. Pero cuando los rapaces arrastraban el árbol con la ansiedad de un esfuerzo intensísimo, y ya se aproximaban a los muros perusinos interponiéndose apenas una milla, de repente el vehículo se detuvo y no pudo ser impulsado más allá por ningún esfuerzo de fuerzas. Entre tanto, todos los hombres contiguos confluyen al auxilio, se añaden no pocos bueyes de yunta.

Ordinant diligentius machinam, invicem exhortantur, in robur se colligunt, armos objiciunt, vociferanter impingunt, lignum tamen immobile permanet, ac si fixum radicibus teneretur. Demum magistra necessitas docuit quod caeca hominum pravitas ignorabat. Mens namque eorum perpetrati criminis conscia, licet sero, liquido cognovit quia, qui de beati martyris substantia rapinam fecerant, merito illis divina virtus obstabat. Mutato itaque repente consilio, Assisium versus illico vehiculum dirigunt, et, accelerandi facultate percepta, beatissimo martyri, quod superbe rapuerant, humiliter reddunt.

Agamus igitur Christo Salvatori nostro gratias, et digna laudum praeconia referamus, qui, dum per cives supernae Hierusalem talia nobis beneficia praerogat, tanquam per exiguas micas ac tenues ad plenum nos convivium mensae coelestis invitat; et dum illos jam post laborem quiescentes in patria ubertim satiat, nos etiam in hujus peregrinationis itinere quasi quibusdam ciborum reliquiis utcunque sustentat; imo qui illos solido suae visionis cibo reficit, quodam nos signorum suorum lacte tanquam parvulos nutrit, donec occurramus omnes in virum perfectum in mensuram aetatis plenitudinis Christi (Ephes. IV), qui cum Deo Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus in saecula saeculorum. Amen.

AUGUSTUS.

II. Sermo de S. Stephano papa et martyre.
VI. Sermo de SS. Donato et Hilariano martyribus.
XIII. Sermo de S. Cassiano martyre.
XV. Sermo de Assumptione Beatissimae Mariae Virginis.
XXIV Sermo I de S. Bartholomaeo apostolo. Sermo II de eodem.

Sermo XXXVII.

DE SANCTO STEPHANO PAPA ET MARTYRE (II AUG.)

Audistis hodie, fratres charissimi, militem Christi adversus membra diaboli viriliter dimicantem; audistis egregium ducem populi Christiani commilitones suos ad procinctum gloriosi certaminis constanter ac fiducialiter exhortantem. Lege quippe tyrannica tunc decretum erat ut quisquis occultum quemlibet proderet Christianum, non solum universas ejus facultates acciperet, sed ad honorem quoque militiae, quem eligeret, sacrilega eum remuneratio sublimaret.

Ordenan con más diligencia la máquina, se exhortan mutuamente, se reúnen en su robustez, oponen los hombros, empujan vociferando; sin embargo, el madero permanece inmóvil, como si se mantuviera fijo por las raíces. Finalmente, la maestra necesidad enseñó lo que la ciega depravación de los hombres ignoraba. Pues su mente, consciente del crimen perpetrado, aunque tarde, conoció claramente que, por haber cometido rapiña de la sustancia del bienaventurado mártir, merecidamente la virtud divina se les oponía. Cambiado, pues, de repente el consejo, dirigen al punto el vehículo hacia Asís y, percibida la facultad de acelerar, devuelven humildemente al bienaventuradísimo mártir lo que soberbiamente habían arrebatado.

Demos, pues, gracias a Cristo nuestro Salvador, y refiramos dignas alabanzas de pregón, quien, mientras nos otorga tales beneficios por medio de los ciudadanos de la Jerusalén celestial, nos invita como por medio de pequeñas y delgadas migajas al pleno convite de la mesa celestial; y mientras sacia abundantemente en la patria a aquellos que ya descansan después del trabajo, a nosotros también en el camino de esta peregrinación nos sustenta de algún modo como con ciertas sobras de alimentos; más aún, aquel que los recrea a ellos con el sólido alimento de su visión, a nosotros nos nutre con una cierta leche de sus signos como a pequeñuelos, hasta que todos nos encontremos en el varón perfecto, en la medida de la edad de la plenitud de Cristo (Ef. 4), que con Dios Padre y el Espíritu Santo vive y reina Dios por los siglos de los siglos. Amén.

AGOSTO.

II. Sermón sobre S. Esteban, papa y mártir.
VI. Sermón sobre los SS. Donato e Hilariano, mártires.
XIII. Sermón sobre S. Casiano, mártir.
XV. Sermón sobre la Asunción de la Bienaventurada Virgen María.
XXIV. Sermón I sobre S. Bartolomé apóstol. Sermón II sobre el mismo.

Sermón XXXVII.

SOBRE SAN ESTEBAN, PAPA Y MÁRTIR (2 DE AGOSTO)

Habéis oído hoy, hermanos carísimos, al soldado de Cristo luchando varonilmente contra los miembros del diablo; habéis oído al egregio jefe del pueblo cristiano exhortando constante y fielmente a sus compañeros de armas al apronto del glorioso certamen. Pues por ley tiránica se había decretado entonces que quienquiera que delatara a cualquier cristiano oculto, no solo recibiría todos sus bienes, sino que una sacrílega remuneración lo encumbraría también al honor de la milicia que eligiera.

Tunc B. Stephanus, utpote primipilus Christianae militiae et signifer imperatoris aeterni, congregavit cuneos bellatorum et telis aggressus est armare, virtutem exhortans atque suadens ut et peritura terrenae facultatis lucra contemnerent, et infinitam persecutorum rabiem non timerent. Pellebat a pavidorum mente formidinem, et rudes tironum animos ad agonem divini certaminis accendebat. Quod etiam per Moysen in lege praeceptum est: «Appropinquante, inquit, jam praelio, stabit sacerdos ante aciem, et sic loquetur ad populum: Audi Israel, vos hodie contra inimicos vestros pugnam committitis, non pertimescat cor vestrum, nolite metuere, nolite cedere, nec formidetis eos, quia Dominus Deus vester in medio vestri est, et pro vobis contra adversarios dimicabit, ut eruat vos de periculo (Deut. XX).»

Et notandum quod sacerdos, qui imminente jam bello, concionatur, non alibi, sed ante aciem stare praecipitur, ut videlicet eos ad pugnam, quos adhortationibus provocat, ipse quoque praevius antecedat, ne dum alibi ad bellum impellere nititur, ipse degeneri corporis otio per negligentiam dissolvatur, sicut de quibusdam magna praedicantibus, sed desidiose viventibus, per Prophetam dicitur: «Filii Ephrem intendentes arcum, et mittentes sagittas suas, conversi sunt in die belli (Psal. LXXVII).» Qui enim adversus vitiorum tentationes ad conflictum alios provocant, sed confligere ipsi sub ignobili desidiae languore detrectant, hi nimirum sagittas quidem dirigunt, sed post terga conversi consummatae victoriae titulos non merentur: Nec eis prodest quod bene coeperant, quia non usque ad finem magnanimiter perseverant. Unde et de illis protinus sequitur: «Non custodierunt testamentum Dei, et in lege ejus noluerunt ambulare (Ibid.)» Ac si diceret: Susceperunt quidem testamentum, sed non custodierunt: Posuerunt in lege pedem per initium, sed non tenuerunt perseverantiae gressum.

Quisquis ergo ad spiritale certamen alios provocat, quisquis ad fortiter agendum proximorum mentes instigat, debet utique vitam concordare cum lingua, ne, dum aliis proponit excelsa, ipse contentus imis prematur inertia. Hinc est quod in lege praecipitur: «Non habebis, inquit, in sacculo diversa pondera, majus et minus, nec erit in domo tua modius major et minor. Pondus habebis justum, et modius aequalis et verus erit tibi (Deut. XXV).»

Entonces el bienaventurado Esteban, como primipilo (*primipilus*) de la milicia cristiana y portaestandarte del Emperador eterno, congregó los batallones de los guerreros y comenzó a armarlos con dardos, exhortando y persuadiendo a la virtud para que despreciaran los lucros perecederos de la hacienda terrena y no temieran la infinita rabia de los perseguidores. Ahuyentaba de la mente de los pávidos el temor e inflamaba los rudos ánimos de los novicios para el combate (*agon*) del divino certamen. Lo cual también fue mandado por Moisés en la ley: «Al acercarse —dice— ya la batalla, se pondrá el sacerdote ante la línea de combate y hablará así al pueblo: Escucha, Israel, vosotros trabáis hoy combate contra vuestros enemigos, no desmaye vuestro corazón, no temáis, no cedáis ni los tengáis miedo, porque el Señor Dios vuestro está en medio de vosotros y luchará por vosotros contra vuestros adversarios, para libraros del peligro» (Deut. 20).

Y debe notarse que el sacerdote que, ante la guerra ya inminente, arenga, se le manda ponerse no en otro lugar sino ante la línea de combate, para que a saber él mismo también preceda como guía a aquellos a quienes provoca a la lucha con sus exhortaciones, no sea que mientras se esfuerza por impulsar a otros a la guerra, él mismo se disuelva por negligencia en el degenerado ocio del cuerpo, como se dice por el Profeta sobre ciertos que predican grandes cosas pero viven perezosamente: «Los hijos de Efraín, que tensan el arco y lanzan sus saetas, se volvieron atrás en el día de la batalla» (Sal. 77). Pues quienes provocan a otros al conflicto contra las tentaciones de los vicios, pero ellos mismos rehúsan combatir bajo el innoble lánguido de la desidia, estos sin duda dirigen ciertamente saetas, pero vueltos de espaldas no merecen los títulos de la victoria consumada: Ni les aprovecha el haber comenzado bien, porque no perseveran magnánimamente hasta el fin. Por lo cual también sobre ellos sigue inmediatamente: «No guardaron el testamento de Dios, y en su ley no quisieron caminar» (Ibíd.). Como si dijera: Recibieron ciertamente el testamento, pero no lo guardaron: Pusieron el pie en la ley por el inicio, pero no mantuvieron el paso de la perseverancia.

Quienquiera, pues, que provoca a otros al certamen espiritual, quienquiera que instiga los ánimos de los prójimos a actuar con fortaleza, debe por todos los medios concordar la vida con la lengua, no sea que, mientras propone a otros cosas excelsas, él mismo, contento con lo ínfimo, sea oprimido por la inercia. De aquí es que se manda en la ley: «No tendrás —dice— en el saco diversos pesos, mayor y menor, ni habrá en tu casa modio mayor y menor. Tendrás un peso justo, y el modio será igual y verdadero para ti» (Deut. 25).

Enimvero tunc in sacculo diversa pondera non habemus, si intra secretum conscientiae nostrae non aliter nobis, neque aliter aliis judicantes, easdem legalium praeceptorum mensuras apprehendimus nimirum, ut non aliis regulam districtae severitatis indicere, nosmetipsos studeamus remissioris indulgentiae lege tractare. De qua videlicet fraude et Salomon ait: «Abominatio est Domino pondus duplex et statera dolosa (Prov. XX).» Necesse est ergo fruges verbi nequaquam diversis, sed eisdem metiri ponderibus; ut, quae aliis agenda praecipimus, ipsi etiam vivis operibus efficaciter impleamus. Quod profecto B. martyr Stephanus laudabiliter fecit, quia dum alios adhortatur ad pugnam, ipse prius arma corripuit, et in ipsam se constipatae legionis aciem lorica fidei munitus immersit, dumque aliis congrediendi praebet exemplum, ille sortitur ex devicto hoste triumphum; atque, ut ita loquar, dum se sequentibus sternit iter ad pugnam, ipse mox peracta victoria perducitur ad coronam. Et quia Stephanus exprimitur coronatus, pontifex autem quasi pontem faciens, ac hoc via sequentium dicitur, bene simul utrumque et sui nominis etymologiam exhibuit, et officium pontificatus implevit, quia nimirum dum ad sancti agonis stadium viam sequentibus aperit, a justo remuneratore Deo coronam gloriae felix triumphator accepit.

Verumtamen quis iste B. Stephanus fuerit genere, quotus etiam, sive quotannis in apostolici regiminis successione, non superfluum ducimus si, prout in Catalogo summorum Pontificum reperitur, charitati vestrae breviter exponamus. Hic itaque B. Stephanus natione Romanus, ex patre Jobio [Julio], beato principi apostolorum Petro vigesimus quartus in Romanae sedis dignitate successit. Sedit autem septem annos, menses quinque, dies duos. Iste constituit ut sacerdotes et levitae nequaquam quotidiano usu sacris vestibus uterentur, sed in ecclesia tantum. Ordinavit autem episcopos tres, presbyteros sex, diaconos quinque. Cui B. Sixtus in pontificatu successit, aeque postmodum felicis martyrii gloria coronandus.

O beata mater Ecclesia, cui mors ad vitam militat, crudelitas persequentium ignara ministrat, cui videlicet et mors parit in aeternitate victuros, et poenalis oppressio generat perpetuo regnaturos! Beata, inquam, et vere felix Ecclesia, cui et ignominiae confusio gloriam, et tormenta victoriam, et vincula sive carceres libertatem pariunt sempiternam! Hic est profecto ager ille Dominicus, in quo grana tritici moritura quidem decidunt, sed multiplicatis postmodum frugibus rediviva nascuntur (Joan. XII).

En verdad, entonces no tenemos diversos pesos en el saco si, dentro del secreto de nuestra conciencia, no juzgando de un modo para nosotros y de otro para los demás, aprehendemos a saber las mismas medidas de los preceptos legales; de suerte que, no indicando a otros la regla de una estricta severidad, procuremos tratarnos a nosotros mismos por la ley de una más remisa indulgencia. Sobre el cual fraude también dice Salomón: «Abominación es al Señor el peso doble y la balanza dolosa» (Prov. 20). Es necesario, pues, medir los frutos de la palabra de ningún modo con pesos diversos, sino con los mismos; para que lo que mandamos a otros que hagan, nosotros mismos también lo cumplamos eficazmente con obras vivas. Lo cual ciertamente hizo laudablemente el bienaventurado mártir Esteban, porque mientras exhorta a otros a la lucha, él mismo tomó primero las armas y se sumergió, protegido por la loriga de la fe, en la misma línea de combate de la apretada legión; y mientras ofrece a otros ejemplo de combatir, él obtiene el triunfo sobre el enemigo vencido; y, por así decirlo, mientras allana a los que le siguen el camino hacia la lucha, él mismo, acabada pronto la victoria, es conducido a la corona. Y porque Esteban se traduce como «coronado», y el Pontífice se dice como «haciendo puente» (*pontem faciens*), y por esto «camino de los que siguen», bien mostró a la vez ambas cosas: la etimología de su nombre y el cumplimiento del oficio del pontificado, porque a saber, mientras abre el camino a los que siguen hacia el estadio del santo combate, el feliz triunfador recibió de Dios, justo remunerador, la corona de la gloria.

Sin embargo, quién fuera este bienaventurado Esteban por linaje, o qué número, o por cuántos años en la sucesión del régimen apostólico, no juzgamos superfluo si, según se encuentra en el Catálogo de los sumos Pontífices, lo exponemos brevemente a vuestra caridad. Este bienaventurado Esteban, pues, de nación romano, de su padre Jobio [Julio], sucedió al bienaventurado príncipe de los apóstoles Pedro como el vigésimo cuarto en la dignidad de la sede romana. Ocupó la sede siete años, cinco meses, dos días. Él estableció que los sacerdotes y levitas de ningún modo usaran las vestiduras sagradas para el uso cotidiano, sino solo en la iglesia. Ordenó además tres obispos, seis presbíteros y cinco diáconos. A quien sucedió en el pontificado el bienaventurado Sixto, igualmente para ser coronado después con la gloria del feliz martirio.

¡Oh bienaventurada madre Iglesia, para quien la muerte milita para la vida, y la crueldad de los perseguidores, ignorante, le sirve; para quien a saber tanto la muerte pare a los que han de vivir en la eternidad, como la opresión penal engendra a los que han de reinar perpetuamente! ¡Bienaventurada, digo, y verdaderamente feliz Iglesia, para quien tanto la confusión de la ignominy pare la gloria, como los tormentos la victoria, y las cadenas o cárceles la libertad sempiterna! Este es por cierto aquel campo del Señor en el que los granos de trigo caen ciertamente para morir, pero nacen revividos con frutos después multiplicados (Juan 12).

Haec est area illa Areuna [Ornan.] Jebusaei, in qua videlicet hostias David pacificas obtulit, et furorem Domini, repressa ab Israel ultoris gladii internecione, placavit (II Reg. XXIV). In hac area sive torculari Gedeon frumenta purgabat excutiens, cum videre angelum meruit, et ejus oraculo quia ipse Israel de manu Madian liberaturus esset agnovit (Jud. VI). In hac area Abel de primogenitis gregis sui et eorum adipibus obtulit, quae profecto divina gratia, quia grate suscepit, illico, sicut vetus testatur editio, coelitus inflammavit (Gen. IV). In hac etiam Cain de frugibus terrae munera obtulit, quae Dominus despexit, atque ideo non respexit (Ibid). In hac siquidem area, sicut sunt quaedam ex tritura, quae ignibus debentur, ita etiam sunt nonnulli de trituratoribus ipsis, qui simul ad ignem tendunt. Sive enim de justis, sive de peccatoribus, vera est Joannis sententia quae dicit: «Opera enim illorum sequuntur illos (Apoc. XIV).»

Attendite, fratres mei dilectissimi, considerate, perpendite quia tota universalis Ecclesia omni terrarum orbe diffusa una est area sic bonis ac malis, justis atque perversis, tanquam zizaniis et tritico, tanquam paleis ac frugibus plena. Sed quousque triturare terrae cultor incipiat, omnia indifferenter area continet, et quae recondenda sunt horreis, et quae tradenda sunt flammis. Sed quid est in area flammis obnoxium, quid horreis reservandum, nisi quod Joannes Baptista in Evangelio manifeste discernit cum de Domino loquens, ait: «Cujus ventilabrum in manu ejus, et purgabit aream suam, et congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igni inexstinguibili?» (Matth. III) Sed unde discernimus utrum paleae an triticum simus? Ex gravitate profecto morum vel inconstantia, ex pondere vel levitate. Quisquis enim voluptatum aura raptatur, quisquis turbine furoris impellitur, quem modo superbiae spiritus inaniter levat, modo moeror vel injuria illata praecipitat, hic profecto palea vel arundo dicenda est. Quod utique Joannes esse negatur, cum de illo ex ore Veritatis dicitur: «Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatam?» (Matth. XI.) Quod contra de reprobis scriptum est: «Non sic impii, non sic, sed tanquam pulvis, quem projicit ventus a facie nostra (Psal. I).» Non simus, fratres mei, non simus paleae, non simus zizania, quae ventilabrum ultimae discussionis excutiat, et mox ignis aeternae combustionis exurat. Pertimescamus semper illam evangelicae comminationis sententiam, qua dicitur: «Sinite, inquit, utraque usque ad messem, et in tempore messis dicite messoribus: Colligite primum zizania, et alligate fasciculos ad comburendum, triticum autem congregate in horreum meum (Matth. XIII).»

Esta es aquella era de Arauna el jebuseo, en la cual a saber David ofreció hostias pacíficas y aplacó el furor del Señor, reprimida la matanza de la espada vengadora de Israel (2 Rey. 24). En esta era o lagar Gedeón limpiaba los trigos sacudiéndolos cuando mereció ver al ángel, y por su oráculo conoció que él mismo habría de librar a Israel de la mano de Madián (Juec. 6). En esta era Abel ofreció de los primogénitos de su grey y de sus grasas, las cuales ciertamente la gracia divina, porque las recibió gratamente, al punto, como atestigua la antigua versión, las inflamó desde el cielo (Gén. 4). En esta también Caín ofreció dones de los frutos de la tierra, que el Señor despreció y por tanto no miró (Ibíd.). Pues en esta era, así como hay algunas cosas de la trilla que se deben a los fuegos, así también hay algunos de los mismos trilladores que tienden a la vez al fuego. Pues sea sobre los justos o sobre los pecadores, verdadera es la sentencia de Juan que dice: «Pues sus obras los siguen» (Apoc. 14).

Atended, mis hermanos amadísimos, considerad, sopesad que toda la Iglesia universal, difundida por todo el orbe de la tierra, es una sola era tan llena de buenos y malos, de justos y perversos, como de cizaña (*zizania*) y trigo, como de paja y de granos. Pero hasta que el cultivador de la tierra comience a trillar, la era contiene todo indiferentemente, tanto lo que ha de guardarse en los graneros como lo que ha de entregarse a las llamas. Pero ¿qué es en la era lo que está expuesto a las llamas, qué lo que ha de reservarse para los graneros, sino lo que Juan el Bautista en el Evangelio discierne manifiestamente cuando, hablando del Señor, dice: «Cuyo bieldo (*ventilabrum*) está en su mano, y limpiará su era, y congregará el trigo en su granero, pero la paja la quemará con fuego inextinguible» (Mt. 3)? Pero ¿por qué discernimos si somos paja o trigo? Por la gravedad ciertamente de las costumbres o por la inconstancia, por el peso o por la ligereza. Pues quienquiera que es arrebatado por el aura de los placeres, quienquiera que es impulsado por el torbellino de la furia, a quien ahora el espíritu de soberbia levanta vanamente, ahora la tristeza o la injuria inferida lo precipita, este por cierto ha de llamarse paja o caña. Lo cual precisamente se niega que sea Juan, cuando se dice de él por boca de la Verdad: «¿Qué salisteis a ver al desierto? ¿una caña agitada por el viento?» (Mt. 11). Lo que por el contrario está escrito de los réprobos: «No así los impíos, no así, sino como el polvo que proyecta el viento de nuestra faz» (Sal. 1). No seamos, hermanos míos, no seamos paja, no seamos cizaña, que el bieldo de la última discusión sacuda y pronto el fuego de la eterna combustión abrase. Temamos siempre aquella sentencia de la conminación evangélica por la que se dice: «Dejad —dice— que ambos crezcan hasta la cosecha, y en el tiempo de la cosecha decid a los segadores: Recoged primero la cizaña y atad manojos para quemar, pero el trigo congregadlo en mi granero» (Mt. 13).

Pensate diligenter verba Veritatis, pensate cum timore quod dicitur: alligate fasciculos ad comburendum; zizania quippe fasciculis alligantur, quia in illo perpetuae damnationis incendio homicidae cum homicidis, adulteri cum adulteris, perjuri cum perjuris, incestuosi cum incestuosis, non diverso poenalium tormentorum genere constringuntur. Illic eos infinitae poenae patens gehennae barathrum devorat, qui hic se arroganter in superbiae cornibus extollebant; illic eorum carnes atque medullas saginis irriguas crepitans flamma depascet, qui hic arsere deliciis, et aestuantis explevere illicebras voluptatis.

Bene itaque dicuntur fasciculis alligari, quia nequaquam eos tunc separat diversitas ultionis, quod hic similitudo sociaverat pravitatis, et qui nunc eisdem criminibus sunt obnoxii, ejusdem supplicii postmodum tenentur animadversione constricti. De quibus omnibus alibi sub unius personae specie dicitur: «Ligatis manibus et pedibus, mittite illum in tenebras exteriores (Matth. XXII).» Illic membra ligantur ad poenam, quae hic soluta et libera ferebantur ad culpam. Vel tunc digne constringenda sunt in suppliciis, quae nunc male ligata sunt a pietatis operibus peragendis. Illic animae reproborum cum corporibus simul inexstinguibili cruciantur incendio, sicut hic in exsecutione pravi operis jungebantur. Unde et per Prophetam dicitur: «Descenderunt ad infernum cum armis suis (Ezech. XXXII).» Arma quippe peccantium membra sunt corporis, quibus reprobi homines diabolo militant, et ejus imperio, perverse vivendo, ministrant. Simul ergo cum animabus et corpora in aeterna morte damnantur, quae simul in pravi operis perpetratione vixerunt. De quibus Propheta dicit: «Ibi Assur, et sepulcra ejus (Ibid).» Quid enim per Assur, superbum videlicet regem, nisi diabolus intelligitur, qui juxta what scriptum est: «Ipse est rex super omnes filios superbiae?» (Job XLII.) Quid sepulcra, nisi mortuorum sunt habitacula? tunc autem diabolus in mortem corruit cum ab auctore vitae superbiendo recessit. Quisquis ergo nequitiae spiritum, qui vere mortuus est, in sui cordis hospitio per pravam voluntatem habitare permittit, procul dubio de semetipso sepulcrum facit. Et necesse est ut cum ipso simul illic tormentorum supplicia perferat, cui semetipsum hic habitaculum per nequitiam perversi operis exhibebat.

Considerad diligentemente las palabras de la Verdad, sopesad con temor lo que se dice: «atad manojos para quemar»; pues la cizaña se ata en manojos porque en aquel incendio de la perpetua condenación los homicidas con los homicidas, los adúlteros con los adúlteros, los perjuros con los perjuros, los incestuosos con los incestuosos, son constreñidos por no diverso género de tormentos penales. Allí los devora el abismo abierto de la gehenna de pena infinita, a los que aquí arrogantemente se ensalzaban en los cuernos de la soberbia; allí la llama crepitante devorará sus carnes y médulas regadas de grosuras, los que aquí ardieron en delicias y cumplieron los halagos de la hirviente voluptuosidad.

Bien, pues, se dice que son atados en manojos, porque de ningún modo los separa entonces la diversidad de la venganza a los que aquí había asociado la similitud de la maldad, y los que ahora son reos de los mismos crímenes, son después mantenidos constreñidos por la animadversión del mismo suplicio. Sobre todos los cuales se dice en otro lugar bajo la especie de una sola persona: «Atado de pies y manos, echadlo a las tinieblas exteriores» (Mt. 22). Allí se atan los miembros para la pena, los que aquí se llevaban sueltos y libres para la culpa. O bien, entonces han de ser dignamente constreñidos en los suplicios los que ahora están mal ligados para dejar de realizar las obras de la piedad. Allí las almas de los réprobos son torturadas junto con sus cuerpos en incendio inextinguible, tal como aquí se unían en la ejecución de la obra malvada. Por lo cual también se dice por el Profeta: «Descendieron al infierno con sus armas» (Ezeq. 32). Las armas ciertamente de los pecadores son los miembros del cuerpo, con los que los hombres réprobos militan para el diablo y sirven a su imperio viviendo perversamente. A la vez, pues, con las almas también los cuerpos son condenados a la muerte eterna, los cuales vivieron a la vez en la perpetración de la obra malvada. De los cuales dice el Profeta: «Allí está Asur y sus sepulcros» (Ibíd.). Pues ¿qué se entiende por Asur, el rey soberbio por cierto, sino el diablo, que según lo que está escrito: «¿Él mismo es rey sobre todos los hijos de la soberbia?» (Job 41). ¿Qué los sepulcros sino los habitáculos de los muertos? Pero entonces el diablo cayó en la muerte cuando se apartó del autor de la vida por su soberbia. Quienquiera, pues, que permite al espíritu de la iniquidad, que está verdaderamente muerto, habitar en el hospedaje de su corazón por una voluntad perversa, sin duda hace de sí mismo un sepulcro. Y es necesario que soporte allí junto con él los suplicios de los tormentos, a quien aquí se ofrecía como habitáculo por la iniquidad de la obra perversa.

Quia ergo in area zizania simul continentur et triticum, videamus, fratres, si triticum sumus; videamus si ad horreum Dominicum reservamur. Sed quia dicit Apostolus: «Quae enim seminaverit homo, haec et metet (Gal. VI);» consideremus intente quid quotidie serimus, et sic jam conjicere possumus, quid postmodum necessario metere debeamus. Et ut exemplo facilius possit elucere quod dicimus, nunquid, fratres mei, qui hoc anno avenam sive lolium seminaverat, tritico se replere modo cellarium sperat? Nunquid cui sterilem placuit vitem serere, proventu leguminum ex ea poterit redundare? Et hae profecto quisquiliae, quas posuimus, victuales quodammodo species mentiuntur. Nam similitudinem quidem refectricum utcunque messium habent. Ita plane nonnulli sunt, qui religionis imaginem superficie tenus simulant, cum veram intus religionem habere vivendo contemnant. Ii nimirum in culmis et foliis frugum schema praetendunt, sed in ariditate medullae quisquilias contegunt.

Necesse est itaque, fratres, vera virtutum nunc germina seminare, unde postmodum valeamus coelestium frugum gaudia aeterna colligere. Consideremus quod dicit Apostolus: «Qui parce seminat, parce et metet (II Cor. IX).» Parce nimirum seminat, qui pauca bona facit, qui abundare virtutibus parvipendit, qui in erogandae misericordiae et humanitatis studio proficere negligit, qui se in exhibendis fraternae charitatis officiis non extendit. Porro autem ille non parce sed ubertim seminat, qui ejusdem egregii praedicatoris sententiam servat: «Bonum, inquit, facientes non deficiamus: Tempore enim suo metemus non deficientes (Gal. VI).» Ille non parce seminat qui studet implere quod ipse alibi dicit: «Quaecunque facitis, fratres, sive in verbo, sive in facto, omnia in gloriam Domini facite (I Cor. X).» Plane qui vitam aeternam accipit, non parce, sed multum metit. Quid est ergo quod dicit, qui parce seminat, parce et metet; nisi tanquam manifeste denuntiet quia qui parce in bonis operibus contentus est seminare, vitae aeternae praemium nullatenus meretur accipere? Sicut itaque, fratres mei, quisquis secundum transitoriae hujus vitae ordinem apte vult vivere, non uno cujuslibet messis contentus est genere, sed diversarum genera frugum satagit abundare; ita profecto quicunque ad terram viventium, quicunque ad illud promptuarium coeleste festinat, necesse est ut per multos se bonorum operum labores exerceat, omniumque intra conscientiae suae cellarium virtutum germina congregare contendat.

Ya que, pues, en la era se contienen a la vez la cizaña y el trigo, veamos, hermanos, si somos trigo; veamos si somos reservados para el granero del Señor. Pero porque dice el Apóstol: «Pues lo que el hombre sembrare, eso también cosechará» (Gál. 6); consideremos atentamente qué sembramos diariamente, y así ya podemos conjeturar qué habremos de cosechar necesariamente después. ¿Acaso, hermanos míos, quien este año hubiera sembrado avena o cizaña (*lolium*), espera llenar ahora su granero con trigo? ¿Acaso a quien plugo plantar una vid estéril, podrá redundar en ella con el provecho de las legumbres? Y por cierto estos desechos que hemos puesto, de algún modo mienten las especies alimenticias. Pues tienen ciertamente la semejanza de las cosechas alimenticias. Así, claramente hay algunos que simulan la imagen de la religión en la superficie, mientras desprecian tener la verdadera religión interiormente en su vivir. Estos sin duda pretenden el esquema de los granos en las pajas y las hojas, pero en la sequedad de la médula ocultan desechos.

Es necesario, pues, hermanos, sembrar ahora los verdaderos gérmenes de las virtudes, de donde después podamos recoger los goces eternos de los frutos celestiales. Consideremos lo que dice el Apóstol: «El que siembra con mezquindad, con mezquindad también cosechará» (2 Cor. 9). Con mezquindad siembra, ciertamente, quien hace pocos bienes, quien tiene en poco el abundar en virtudes, quien descuida el progresar en el celo de la misericordia y la humanidad que se debe erogar, quien no se extiende en exhibir los oficios de la caridad fraterna. Por otra parte, aquel siembra no con mezquindad sino con abundancia, que guarda la sentencia del mismo egregio predicador: «Haciendo el bien —dice— no desfallezcamos: pues a su tiempo cosecharemos sin desfallecer» (Gál. 6). No siembra con mezquindad el que se esmera en cumplir lo que él mismo dice en otra parte: «Todo lo que hagáis, hermanos, sea de palabra, sea de hecho, hacedlo todo para gloria del Señor» (1 Cor. 10). Claramente quien recibe la vida eterna, cosecha no con mezquindad, sino mucho. ¿Qué es, pues, lo que dice, el que siembra con mezquindad, con mezquindad también cosechará; sino como si denunciara manifiestamente que quien se contenta con sembrar con mezquindad en las buenas obras, de ningún modo merece recibir el premio de la vida eterna? Así pues, hermanos míos, quienquiera que según el orden de esta vida transitoria quiere vivir aptamente, no se contenta con un solo género de cualquier cosecha, sino que procura abundar en géneros de diversas mieses; así ciertamente quienquiera que se apresura a la tierra de los vivientes, quienquiera que se apresura a aquel depósito celestial, es necesario que se ejercite a través de muchos trabajos de buenas obras, y se esfuerce por congregar los gémenes de todas las virtudes dentro del depósito de su conciencia.

Studete igitur, fratres, ut humilitatem veram, charitatem non fictam, patientiae longanimitatem, castitatem carnis et cordis, obedientiam veram, viscera pietatis, et sincerae misericordiae caeterarumque dona virtutum, in quantum vobis, Deo largiente, possibile est, habeatis, et sic quasi uberem ac multiplicem spiritualium segetum copiam in vestri pectoris promptuario recondatis.

Nec putetis quod virtus cuilibet ad perfectam salutem una sufficiat, si reliquas deesse contingat. Neque enim unaquaeque virtus est, si mixta aliis virtutibus non est. Pectus vestrum lorica semper patientiae muniat, et contra cuncta adversitatum jacula, contra tribulationum flagella, contra illatas injurias vos insuperabiles reddat. Sic enim triticum prius in area tunditur, calcatur, atteritur, ub abjectis paleis mundum cellario postea recondatur.

Sic profecto necesse est ut animae nostrae multa tunsionum ac verberum flagella sustineant, quatenus, depositis iniquitatum stipulis, purgatae ad horreum coeleste perveniant.

Hinc est enim quod B. Jacobus dicit: «Patientes estote usque ad adventum Domini. Ecce agricola exspectat pretiosum fructum terrae, patienter ferens, donec accipiat temporaneum et serotinum (Jac. V).»

In proventu denique rerum temporalium nolite sperare. Et ut cum Propheta loquar: «Divitiae si affluant, nolite cor apponere (Psal. LXI).»

In his ergo successibus ille vobis ad memoriam redeat qui dicebat: «Destruam horrea mea, et majora faciam, et illuc congregabo omnia quae nata sunt mihi et bona mea, et dicam animae meae: Anima habes multa bona reposita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare (Luc. XII).» Cui protinus divina voce responsum est: «Stulte, hac nocte animam tuam repetent a te: Quae autem parasti cujus erunt?» (Ibid.)

O quanti hodie triturantes fructus agrorum in promptuariis colligunt, qui alterius anni segetes in hoc saeculo non videbunt! Quibus videlicet nunc mundus arridet, sed propinqua mors in insidiis latet. Qui profecto si tam vicinum suae vocationis agnoscerent terminum, alio transferrent a terrenis substantiis appetitum.

Esmeraos, pues, hermanos, para que tengáis la verdadera humildad, la caridad no fingida, la longanimidad de la paciencia, la castidad de la carne y del corazón, la verdadera obediencia, las entrañas de la piedad y los dones de la sincera misericordia y de las demás virtudes, en cuanto os sea posible, por la generosidad de Dios, y así guardéis como una abundante y múltiple copia de mieses espirituales en el depósito de vuestro pecho.

Ni penséis que una sola virtud baste a cualquiera para la perfecta salvación, si acontece que las restantes faltan. Pues ni siquiera es cada una una virtud, si no está mezclada con las otras virtudes. Que la loriga de la paciencia proteja siempre vuestro pecho, y contra todos los dardos de las adversidades, contra los azotes de las tribulaciones, contra las injurias inferidas, os vuelva insuperables. Pues así el trigo es primero trillado en la era, pisoteado, desgastado, para que, arrojadas las pajas, sea guardado después limpio en el depósito.

Así ciertamente es necesario que nuestras almas soporten muchos azotes de golpes y de verdugazos, para que, depuestas las estopas de las iniquidades, lleguen purgadas al granero celestial.

Por esto es lo que dice el bienaventurado Santiago: «Sed pacientes hasta la venida del Señor. Ved cómo el agricultor espera el precioso fruto de la tierra, soportando pacientemente, hasta que reciba lo temprano y lo tardío» (Sant. 5).

Finalmente, no esperéis en el provecho de las cosas temporales. Y para hablar con el Profeta: «Si las riquezas afluyen, no queráis poner el corazón» (Sal. 61).

En estos éxitos, pues, que os vuelva a la memoria aquel que decía: «Destruiré mis graneros, y los haré mayores, y allí congregaré todo lo que me ha nacido y mis bienes, y diré a mi alma: Alma, tienes muchos bienes guardados para muchísimos años, descansa, come, bebe, banquetea» (Lc. 12). A quien inmediatamente se le respondió con la voz divina: «Necio, esta noche te reclamarán tu alma: pero lo que preparaste, ¿de quién será?» (Ibíd.).

¡Oh, cuántos hoy trillando los frutos de los campos los recogen en los depósitos, los cuales no verán las mieses de otro año en este siglo! A los cuales ciertamente el mundo les sonríe ahora, pero la muerte cercana acecha en las emboscadas. Los cuales, ciertamente, si conocieran tan cercano el término de su vocación, trasladarían a otra parte su apetito de las sustancias terrenas.

Igitur, fratres mei, quanto magis de vitae vestrae fine estis incerti, tanto formidolosius semper estote suspecti. Nolite apud vos rerum vestrarum decimas retinere, ne illic eas a vobis terribilis judex per ratiocinium exigat, ubi nemo poterit habere quod reddat. Pensate quid per Malachiam Dominus dicat. Nam cum de reversione Israel divina vox disputaret, praesto subjunxit: «Et dixistis: In quo configimus te? In decimis, et in primitiis: et in penuria vos maledicti estis, et vos me configitis, gens tota, inferre omnem decimam in horreum, ut sit cibus in domo mea (Malach. III).» Dicit Apostolus: «Reddite omnibus debita.» Et paulo post: «Nemini, inquit, quidquam debeatis, nisi ut invicem diligatis (Rom. XIII).» Si ergo prohibemur humana debita retinere, perpendite quam periculosum sit quae Dei sunt Deo non reddere (Luc. XX). Exhibite Sacerdotibus reverentiam, eorumque mandatis humiliter obedite. «Obedite, ait Apostolus, praepositis vestris, et subjacete eis; ipsi enim pervigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri, ut cum gaudio hoc faciant, et non gementes; hoc enim non expedit vobis (Hebr. XIII).» Si enim Redemptor noster propter Chananaeae meritum, a filia ejus daemonium expulit (Matth. XV), si propter offerentium fidem paralytico lectum gestare praecepit (Marc. II), si centurionis precibus puerum, qui male torquebatur, incolumem reddidit (Matth. VIII); quam necessario nos sacerdotum orationibus indigemus, qui nos Deo diversis vitiorum languoribus aegrotantes offerunt, et quotidianis precibus apud divinam clementiam pro nobis indesinenter insistunt? Quorum procul dubio meritis sublevamur, etiamsi adhuc ex nostrae negligentiae languore deprimimur.

Interea plane et illud ad mentem redit quod huic beato martyri Stephano, cui praesens sermo famulatus est, contigit. Nam, sicut in authentica passionis ejus narratur historia, mox ut baptizavit Nemesium, qui eum pro caecitate filiae suae rogaverat, eadem Lucilla, licet nedum fuisset lavacro sacri fontis abluta, lumen recepit. Cumque, ait, levaretur Nemesius de aqua, coepit clamare filia ejus dicens: Ecce video hominem qui tetigit oculos meos, et lumen splendidum circa eum, atque mox subditur: Tunc baptizavit filiam ejus. O laudanda virtus divina! o praedicanda redemptionis nostrae clementia!

Por tanto, hermanos míos, cuanto más inciertos estáis del fin de vuestra vida, tanto más temerosos estad siempre en sospecha. No retengáis entre vosotros los diezmos de vuestras cosas, no sea que allí el terrible juez los exija de vosotros mediante un ajuste de cuentas, donde nadie podrá tener qué devolver. Sopesad lo que el Señor dice por Malaquías. Pues cuando la voz divina disputaba sobre el retorno de Israel, añadió enseguida: «Y dijisteis: ¿En qué te hemos herido? En los diezmos y en las primicias: y en la penuria estáis malditos, y vosotros me herís, gente toda, para introducir todo el diezmo en el granero, para que haya alimento en mi casa» (Mal. 3). Dice el Apóstol: «Pagad a todos lo que debéis». Y poco después: «A nadie —dice— debáis nada, sino el que os améis unos a otros» (Rom. 13). Si, pues, se nos prohíbe retener las deudas humanas, considerad cuán peligroso es no devolver a Dios lo que es de Dios (Lc. 20). Exhibid reverencia a los Sacerdotes, y obedeced humildemente sus mandatos. «Obedeced —dice el Apóstol— a vuestros superiores y someteos a ellos; pues ellos vigilan como quienes han de rendir cuenta por vuestras almas, para que hagan esto con gozo y no gimiendo; pues esto no os conviene» (Heb. 13). Pues si nuestro Redentor, por el mérito de la Cananea, expulsó al demonio de su hija (Mt. 15), si por la fe de quienes lo ofrecían mandó al paralítico cargar su camilla (Mc. 2), si por las súplicas del centurión devolvió incólume al muchacho que estaba mal atormentado (Mt. 8); ¡cuán necesariamente necesitamos nosotros las oraciones de los sacerdotes, que nos ofrecen a Dios enfermos por diversos languidecimientos de los vicios, e insisten incesantemente con oraciones cotidianas ante la divina clemencia por nosotros! Por cuyos méritos sin duda somos aliviados, aunque todavía seamos deprimidos por el languidecimiento de nuestra negligencia.

Entretanto, claramente también vuelve a la mente lo que le sucedió a este bienaventurado mártir Esteban, a quien ha servido el presente sermón. Pues, como se narra en la auténtica historia de su pasión, tan pronto como bautizó a Nemesio, que le había rogado por la ceguera de su hija, la misma Lucila, aunque todavía no había sido lavada por el lavacro de la sagrada fuente, recibió la luz. Y cuando —dice— Nemesio era levantado del agua, comenzó a clamar su hija diciendo: He aquí que veo a un hombre que tocó mis ojos, y una luz espléndida a su alrededor, e inmediatamente se añade: Entonces bautizó a su hija. ¡Oh laudable virtud divina! ¡Oh clemencia de nuestra redención que debe ser predicada!

Alius baptizatur ad lumen, et alteri lumen redditur. Pater recepit cordis, et filia protinus aperuit oculos frontis. Ambo tamen ad unam et veram perveniunt lucem, dum omnem pristini erroris respuunt caecitatem. Sic nimirum B. Stephanus, qui, juxta Veritatis vocem, lux mundi hujus erat (Joan. I), lumen cordibus infundebat, et animarum sacrificium divinis obtutibus offerebat. Hoc sacrificium, fratres mei, cum B. Stephano et nos pro modulo nostro semper Deo studeamus offerre, ut non solum de nostra salute solliciti, sed ad lucrandas etiam proximorum nostrorum animas simus solerter intenti; quatenus dum charitatis hostia in ara nostri pectoris adoletur, ab illo sacrificium nostrum mereatur in odorem suavitatis accipi, qui in ara crucis pro salute nostra dignatus est immolari, Jesus Christus Dominus noster, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen.

Uno es bautizado para la luz, y a la otra se le devuelve la luz. El padre recibió la del corazón, y la hija abrió enseguida los ojos de la cara. Ambos, sin embargo, llegan a la una y verdadera luz, mientras rechazan toda ceguera de su antiguo error. Así ciertamente el bienaventurado Esteban, quien, según la voz de la Verdad, era la luz de este mundo (Jn. 1), infundía luz en los corazones, y ofrecía el sacrificio de las almas a las divinas miradas. Este sacrificio, hermanos míos, con el bienaventurado Esteban procuremos también nosotros ofrecerlo siempre a Dios según nuestra medida, para que no solo estemos solícitos de nuestra salvación, sino que estemos también solícitamente atentos para ganar las almas de nuestros prójimos; a fin de que, mientras la hostia de la caridad se quema en el ara de nuestro pecho, nuestro sacrificio merezca ser recibido en olor de suavidad por Aquel que en el ara de la cruz se dignó ser inmolado por nuestra salvación, Jesucristo nuestro Señor, que con el Padre y el Espíritu Santo vive y reina por los siglos de los siglos. Amén.